

DE
VITA, ET MILITIA
TRACTATUS,

IN QUO ALIMENTA, SEV APPANAGIA;
Militiaque Secundogenitis debita à Primogenito ex Feudi
Iuris Francorum fructibus tractantur.

OPVS INGENII SVBTILITATE EXCOGITATVM,
Doctrinarum varietate refertum, Rationum soliditate roboratum,
Rerumque Iudicatarum autoritate firmatum

A V T H O R E

D. A N D R E A C A P A N O

Viro Patrio, ac Milite Neapolitano, XIV. continenti Auorum serie Carusiorum,
& Galdi Barone, Feudique Bariliorum VII. Domino, &c.
Pontificij, Cæsarei, ac Feudistici Iuris Doctore.

ADDITIS

D. IO. FRANCISCI REVERTERII, ET D. D. ANNIBALIS MOLES,
olim Præsid. Reg. Cam. Sum. & Reg. Cancell. Regentium, de hac re Decisionibus.

NECNON PETRI DE GREGORIO DE VITA, ET MILITIA
Dote de paragio, & Iudicij causarum feudaliū Tractatu.

ACCESSERVNT MATERIARVM, ET ARGVMENTORVM INDICES.



NEAPOLI, Typis Iacobi Gassari, MDCXXXII.

Superiorum facultate.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Illustriss. atque Excellentiss. Principi

D. RAMIRO PHILIPPO
DE GVZMAN.

DOMINO DOMVS DE GVZMAN,
Medinæ de las Torres Duci, Hostiliani Principi,
Sabionetæ, Mondragonis, & Traiecti Duci,

Marchioni de Toral, de Monesterio, & de Piadena; Comiti Furdorum, de Porma, Aliani, Collea, Satriani, Valdoreca, & Carinola, Dño Ciuitatis Theani, de la Villa, & Montañas de Bohar, Vallisq; de Curueño, & Castelli de Aviados, nec non de los Consejos de los Cilleros, Equiti Ordinis Calatraua, Supremo C. M. Cubiculario, Magnoq; Cancellario Indiarum, Thesaurario Generali Corona Aragonum, Commendatarioq; de Valdepeñas, Capitaneo Centum Nobilium Custodia C. M. Castellanoque Castris Novi Neapolis. Et in presenti Regno Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

ANDREAS CAPANVS PATRITIVS NEAP. P. F.



V M me olim (Excell. Princeps)
ad Te accersisses, vt meum de pecunijs sensum, quæ nostræ huic Ciuitati imperandæ erant ad bellorum subsidia, quibus Tu sedulò prouides, cognosceres, cùmque quid ea de re sentirem, ingenuè ostendissem, adeò singularis illa tua humanitas, quam vultu, quam verbis prætefers, ab omni pror-

ni prorsus aliena fastidio, me cepit, vt iam tunc lucubrationes has, licet non dum absolutas Tibi dederim, ac dedicauerim, ratus Principi literarum amantissimo nil gratius offerri posse, quam quod è literario censu depromptum, Et quidem iam diu, opus hoc sub lucentissima patrociniij tui umbra prodijisset in lucem, si Capuam à Te ad res iudicandas missus, potuissem ius dicendo intentus, vacare scribendo, Hilari igitur, lætoque vultu, (quod vel in minimis donis maximos Reges fecisse non ignoras, Princeps Excellent.) opus hoc quantulumcunq; est iam diu Tibi iure optimo debitum excipias, exiguum quidem munus, sed quod magnum ab animo pondus habet. Cæterum vale: Te Deus Hispanorum gloriæ, ac felicitati sospitem iam diu seruet.

BALTISSAR DE ANGELIS

Jurifconf. Neap.

Perilluftri Viro

D. Andree Capano Patritio Neapolitano ex Illuftriffimo Niden-
fium Cœtu

Caruffiorum, & Galdi XIV. Baroni, Feudique Bariliorum Domino,
Canonum, Legum, Feudorumque Doctori, &c.

Cuius

Nobiliffimi Maiores

Gulielmus Capanus pro Henrico VI. Imperat. & Neap. Rege
Logotheta bellauit

Pro quo Martem potiùs fe gessit, quàm adijt

Antonellus, quòd plura hostium oppida prostrata reliquerit,

Multa ipse in laudis mercedem accepit integra

Leonardus Friderici II. Imp. & Neap. Regis Confiliarius,

Vt nò deficeret Salomon Sueuo fuus in Leonardo apud foliù Leo,

Conradus sub Conrado Imp. Præfectus Prouinciarum Aprutij

Confilio, Manu, & Authoritate Promptiffimus, & Præstantiffimus

Regnum omne, Regemque Conradinum ab armato Manfredi
furore defendit

Thomas pluribus in Cilento donatus est Oppidis, in militaris Pa-
ternæ, & Auorum gloriæ stipendium

Demùm Gens omnis Capana sub Regibus olim Andegauenfibus,
Aragoneis, & Hispanis merens

Nunc verò Austriacis ab Aquilis sibi fulmina mutuatur

Quibus Marti ipsi intorquet fulmineam mortem

Quorum hasta nunc in calamum versa

Andreas

Lucem sibi atrati calami quæsiuit ab Arce,

Quam illis, quondam afflauerat acies, & fulgor armorum

Regem, Patriam, Regnum, Feudatarios, eorumque liberos tutatus
est liberè.

Regale Releuij, & Adohæ Ius, Vitamque, & Militiam collegit
Iureconfultus

Iura Regis aurea, voluminibus complexus est aureis

Feuda-

Feudatariorum itidem Iura aperuit Aduocatus,
 Ut litibus viam obstrueret
 Vnus Patronorum omnium causas suscepit Patronus
 Lucubrationes edidit de Iure doctissimas,
 Ut interpretando Iuri noctes non ducerent Patroni insomnes
 Ciuitatem librorum editione illustrauit Patritius
 Clamosi bella fori diremit iustus Iudex
 Quem
 Clarissimum Vrbi, & Orbi reddidere
 Morum Candor, Congressus Suauitas, Oris Vrbanitas
 Vitæ integritas, Sermonis humanitas,
 Virtusque omnigena,
 A quo
 Maiora, & Meliora ad Patriæ, & Reipublicæ decus
 Expectantur.





AD LECTOREM A V T H O R.



E mireris (*Candide Lector*) si promissas iam diu
legalis Philosophia, & Feudorum lucubrationes in
lucem non edo, nam, ut alias te monitum feci, prae-
occupata fuerunt: At ne videar pollicitis omnino
deficere, utq; cognoscas nostram Mineruam posse è
nostro Museo ultra indicata, alia edere Opera, Do
tibi hoc de Vita, & Militia quaecumque Opus non iniucundum,
maximoque excogitatum labore, illud legas, ac foueas, in quo etsi
nihil reperias ingenij, attamen meam non negabis industriam, quod
si illud fouebis, Mibi fauebis, Meque ad alia impelles practicabilia
in Feudorum materia. Vixue tibi in hac materia nihil desit, appo-
sui in calce Operis decisiones de hac re Regentium Io. Francisci Re-
uerterij, & Annibalis Moles, quae dum manuscriptae circumferun-
tur, non omnibus patent, Sic pariter Petrum de Gregorio de hac re
Aurigam, cuius volumina rara sunt, adiecti. Aduerte benigne Le-
ctor, quod ob celeritatem Ammannensis, & Typographi, dum hoc
Opus instanter, & incessanter ab Exteris requirebatur, non-
nulla irrepserunt errata, corriguntur in pede Operis, ideoque si tibi
aliquid inter legendum non aridet, perquiras ibi: Vale, Meque
ama, & alia expecta.

APPRO-

APPROBATIONES

Admodum Illustr. & Reuerendis. Domine.

Insignis hic Tractatus de Vita, & Militia doctissimi, & perspicacissimi Domini
Andree Capani Patricij Neapolitani Typis mandari potest ad studiosorum
vtilitatem, cum nihil contra fidem, vel bonos mores contineat, sed materiam
predictam ita doctè amplificauit, & declarauit, vt amplius aliud in ea deside-
rari non possit. Neapoli die 2. Decembris 1641.
Io: Vincentius Luuenis Cimiliarsa, & Canonicus Dep.

Imprimatur.

Alexander Ruffus Canonicus Vicarius Capitularis.

Illustris. & Excellentiss. Signore.

Andrea Capano dice à V. E. come ha composto un Trattato de Vita & Militia, quale
vuol dare alle Stampe e mandarlo in luce. Supplica V. E. se se neua commestete la re-
uisione di quello à chi meglio li parerà, e lo riceuera à gratia da V. E. et Deus, &c.

Magnificus V. I. D. Horatius Mazzapinta videat, & referat in scriptis S. E.

Sanfelicius Regens.

Prouisum per S. E. Neap. die 30. Septembris 1641.

Locus signi,

De Giorno.

Excellentiss. Princeps.

Tractatum de Vita, & Militia ab Andrea Capano Patricio, & I. C. Neapolitano
compositum, & elucubratum (Excellentiæ Tuæ, vt parem mandatis) recensum,
illumquè, dum accuratè obseruarem, reperì omni labe immunem, parique lau-
de dignum, ingeniosis, & inconcussis doctrinis exornatum, & obuallatum, om-
nigena eruditione excultum, & pluribus horum Supremorum Senatumum de-
cisionibus illustratum, cum alijs duobus Tractatibus iam diu ab eodem Au-
thore editis, & vniuersali applausu receptis de præstantia, seu præcedentia im-
pensè contendentem, & ætercentem. His de causis censeo dignissimum, vt
quàm citissimè ob Reipublicæ vtilitatem præto tradatur; si tamen purgatissimo
Excellentiæ Tuæ iudicio videbitur.

Excell. Tuæ.

Admirabilissimus seruus

Horatius Mazzapinta.

Vidit Arias de Mesa Regius Consiliarius delegatus per S. E. pro reuisione
librorum.

Visa retroscripta relatione Imprimatur.

Brancia Regens, Zuffa Regens, Sanfelicius Regens.

Prouisum per S. E. Neap. die 21. Octobris 1641.

De Giorno.

ARGVMENTORVM IN SINGVLAS DE VITA, ET MILITIA QVÆSTIONES INDEX.

Argumentum Quæst. 1.

Vitæ, & militiæ causâ inter primogenitum, & secundogenitos frequës in Palatijs, eius tractatus à permultis indicatus, ac tactus illustratur ab *Authore*, eius origo recensetur de Iure Romanorum, Longobardorum, Francorû, ac vtriusq; Siciliæ Regnorum, Vitâ differre à militia demonstratur. Vita de Iure Frâcorû introducta, & militia de Iure vtriusque Siciliæ.

Argumentum. Quæst. 2.

Vitæ, & militiæ descriptiones variæ ponuntur, & examinantur, declarantur vox illa vita, & vox illa militia, vita sunt alimenta, militia seruitium militare, vitâ ex fructibus feudi esse præstandam suadetur, & in essentia quid sit vita, & militia ponitur, & nouum Proteum esse refertur, cum de multiplici legali specie, & qualitate participare demonstratur.

Argumentum. Quæst. 3.

Vita, & militia an successerit loco portionis hæreditariæ, vel loco alimentorû, vel legitimæ, referuntur opiniones diuersorum, & examinatur, & concordantur, considerando ius commune Romanorum, Longobardorum, & Francorum, & mores, & iura locorum circa feudi successionem.

Argumentum Quæst. 4.

Vita, & militia an sit onus feudi, vel fructuum feudaliû, & distinctis feudorum oneribus, concluditur quod sit onus reale feudi, non tangens vtile dominium, sed tantum fructus, etiam contra tertium possessorem.

Argumentum Quæst. 5.

Vita, & militia an differat à dotæ de pa-

ragio, & in quibus, vel an etiam concordet, & in quibus, & idè in æquiparatis valere argumentum de vna, ad aliud demonstratur.

Argumentum Quæst. 6.

Vitæ, & militiæ quantitas quomodò taxetur, & consideratis fructuum quantitate, tempore debendi, ac numero filiorum taxatur. Fructus considerantur naturales, ciuiles, & iurisdictionales. Percepti, & qui percipi possunt, qui solent percipi tempore mortis parentum, vel qui poterant percipi tunc temporis, etiam de corpore non existente in hæritate, verum, erat actio, siue ius ad illud recuperandum, semel taxatur, & non singulis annis, nec augetur, nec diminuitur, nisi corporibus auctis, vel diminutis ex iure existente in hæritate tempore mortis patris, & circa taxationem vitæ, & militiæ referuntur diuersæ opiniones, quæ concordantur, & relinquitur arbitrio Iudicis. Quæ debeant probari in taxanda vita, & militia referuntur, & considerantur.

Allegationum Argumentum.

De vitæ, & militiæ liquidatione ampla, curiosa, & non indiligens indagatio, in qua præ cæteris traditur germanus, realis, & verus sensus ad verba, *Francisci de Amicis*, quem subsequutus est *D. Reg. Rouitus*, qui ambo perperam intellecti nouam opinionem inserere, seu adstruere visi sunt.

Argumentum Quæst. 7.

Vita, & militia quibus personis debeatur, & deberi fratribus secundogenitis, etiam fratri Regis, vterino in feudo matris, vel consanguineo, vel mi-

ARGUMENTORVM

nori de feudo Iuris Frácorum à manu primogeniti, & de feudo dignitatis.

Argumentum Quæst. 8.

Vita, & militia an debeatur filio naturali tantum, nonnullorum opinioniones pro illo referuntur, & refelluntur, & contra filium naturalem decisio refertur. An ex æquitate tamen filius naturalis debeat habere alimenta, & filia naturalis congruentem dotem, nè in dedecus Baronalis dignitatis mendicare cogantur.

Argumentum Quæst. 9.

Vita, & militia an debeatur filio naturali legitimated quoad honores, & distincto triplici legitimationis modo, ac forma concluditur, non esse dandam vitam, & militiam filio naturali legitimated quoad honores.

Argumentum Allegationum.

Filius naturalis ex concubina soluta, primo loco genitus, & postea legitimated per subsequens cum illa matrimonium, an sit præferendus in successione feudi hereditarij filio legitimo, & naturali genito ex vxore medio tempore ducta, deinde mortua, ante matrimonium cum concubina contractum, diuersorum opinioniones referuntur, & examinatur, & demum pro filio naturali legitimated concluditur, non exclusa æquitate in fauorem legitimi, & naturalis.

Argumentum Quæst. 10.

Vita, & militia an debeatur filio legitimo tantum, vt adoptiuo, siue arrogato, & quid de adoptiuo coniuncto, & quid si stare statutum.

Argumentum Quæst. 11.

Vita, & militia an debeatur fratri consanguineo de feudo paterno, vel fratri vterino de feudo materno, & deberi vnicuiq; de suo feudo concluditur, attento eorum succedendi iure, & an vterinus succedat in subsidiu, refertur celebre *Anelli Amati responsum*.

Argumentum Quæst. 12.

Vita, & militia an debeatur secundogenito imperfecto, rebeli, foriudicato,

vel aliàs incapaci. Imperfectio ad feudi successione triplex, naturalis, accidentalis, & legalis. Rebeli non debetur vita, & militia, & habitam, amittit, & quid si secundogenitus esset restitutus, vel indultatus per Principem, & quid si esset foriudicatus, vel in vita patris, vel post mortem, latè differitur.

Argumentum Quæst. 13.

Vita, & militia an debeatur filio secundogenito exheredato per patrem, dubitatur. De ingratitude contra patrem, vel contra dominum feudi, de ingratitude contra patrem negant nonnulli, posse filiu vitam, & militia exheredari, quorū rationibus reiectis affirmatur, posse exheredari, sic etiam ingratus domino priuatur vita, & militia, & quid de ingratitude contra primogenitum, & quid in sorore ingrata, an priuetur paragio.

Argumentum Quæst. 14.

Vita, & militia an debeatur filio secundogenito diuiti, vel qui habet, vt aliud se alat, & concluditur, quod debeatur etià si esset ditissimus, vel aliquis redditus à primogenito fuisset illi procuratus, & ponderatur ratio debende vite, & militie, exclusio à feudi successione, & munificentia Regis.

Argumentum Quæst. 14.

Vita, & militia an debeatur secundogenito, cui pater reliquit aliquam quantitatem. Et quantitas relicta an compensetur cum illa, due opinioniones referuntur, quando de compensatione, & tacita agitur, & quando legatum, & debitum compensantur, varij casus ponuntur, & demum circa vitam, & militiam compensandam, adhibito distinctionis federe, noua proponitur sententia, & quid in donatione, vel legato feudi.

Argumentum Quæst. 16.

Vita, & militia an debeatur secundogenito Clerico. Variè, & cõfusè referuntur Doctorū sententiæ, *Paris de Puteo* cū suis sequacibus cõfundens alimenta cum vita, & militia declaratur. Distinguitur, & concordantur. Vita, & militia considerata vt quid feudale non

non debetur Clericis, fecus vt portio fructuū feudi, qui vt nō feudales debentur Clericis, & de rigore iuris, & de æquitate, & quid in Regno nostro feruatur, & quid extrā Regnum, & vitā, & militiam, & alimenta æquiuocē accipi non mutata eorum substantia demonstratur, & quid in Religioso, vel Cardinali, vel Papa.

Argumentum Quæst. 17.

Vita, & militia an debeat primogenito incapaci, siue imperfecto à fratre secundogenito succedente in feudo ob primogeniti incapacitatem, & an etiā debeat tertio genitis, refertur *Matth. de Aff. & 10. Thoma Minad.* sententia contrā primogenitum, contrā quos iudicatum refertur, & idem in sorore dicendum circa paragium, & respectū tertio genitorum resoluitur, quod si habuerint vitam, & militiam ob mortem patris nō debeat iterū propter incapacitatem primogeniti.

Argumentum Quæst. 18.

Vita, & militia an debeat nepotibus secundogenitis à nepote primogenito succedente in feudo cōmunis aui ob mortem cōmunis patris, & affirmatiua recipitur sententia, & decisio refertur, & quid si abnepos succederet in feudo aui, an teneatur dare vitam, & militiam abnepotibus secundogenitis, & filius, & filia secundogeniti præmortui in vita patris an debeat habere vitam, & militiam, quam habiturus fuisset eius pater, si viueret, & fœmina paragium, & quid in patruo, & quid in auo succedente nepoti in feudo refutato, vel non refutato, & quid in feudo nouo, an detur electio petendi vitam, & militiam, vel portionem pretij.

Argumentum Quæst. 19.

Vita, & militia an debeat secundogenitis à primogenito succedente in feudo cōmunis matris, & quid in feudo proueniente ex linea materna, dubitatur ex verbis Constitutionis, & resoluitur, vt præstetur vita, & militia, tanquam, quod sit casus cōprehensus

in Cōstitutione ex eadē ratione. Ampliatur dicta conclusio in multis casibus, & an patri compeat vsusfructus super vita, & militia de feudo materno.

Argumentum Quæst. 20.

Vita, & militia an debeat nepotibus secundogenitis ex sorore mortua à primogenito succedente in feudo auunculo, dubitatur valdēs, & decisio mirabilis refertur, quod debeat, & idem in casu contrarij, an debeat vita, & militia auunculo secundogenito ab auunculo primogenito succedente in feudo nepotis, affirmatur.

Argumentum Quæst. 21.

Vita, & militia debita secundogenitis in linea descēdenti, an etiam debeat in linea collateralis, quando succeditur in feudo, siue antiquo, siue nouo proueniente ex linea collateralis, siue æquali, siue inæquali. Magna fuit, & est quæstio. Negantiū, & affirmantiū opiniones, & rationes referuntur, & demū concordantur, vt si vita, & militia fuerit habita ex feudo à fratribus per mortē patris, non possit denuò haberi per mortem fratris.

Argumentum Quæst. 22.

Vita, & militia, & paragij quantitas inter nepotes, neptes, & patruos, & amitas an sit liquidāda in stirpes, vel in capita, & resoluitur, liquidationē esse faciendam in stirpes, & non in capita.

Argumentum Quæst. 23.

Vita, & militia an debeat pronepotibus secundogenitis à pronepote primogenito succedente in feudo patris magni, & distinguitur de feudo antiquo cōmunis ascendētis, vt quia succeditur, idē debetur vita, & militia, fecus in feudo nouo, vt quia non succeditur, non debetur vita, & militia, & quid in auunculo magno resoluitur idem.

Argumentum Quæst. 24.

Vita, & militia an debeat nepotibus secundogenitis per nepotem primogenitum succedentem in feudo patris, dubitatur, & resoluitur deberi,

ARGUMENTORVM

ponderatur, *Constit. Comitibus* habere locum etiam in linea collateralis, & quid si ex nepote præmortuo adessent filij, an debeant habere vitam, & militiam spectantem ad dictum nepotem eorum patrem, si viueret.

Argumentum Quæst. 25.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis ex feudo, in quo succedit primogenitus ex pacto, & prouidentia, excitatur quæstio, & considerata eadem exclusionis ratione in feudo hæreditario, & in feudo ex pacto, & prouidentia, affirmatur deberi vitam, & militiam, & variæ considerationes ponuntur in feudo ex pacto, & prouidentia circa debitum vitæ, & militiæ.

Argumentum Quæst. 26.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis à primogenito succedente in feudo nouiter quæsito per eius patrem. Discordantes Doctorum referuntur sententiæ, & concordantur, data electione in arbitrio secundogeniti, vel partem pretij, vel vitam, & militiam petere, feudum esse nouiter quæsitum variè cõsideratur, emptione, donatione, vel cõcessione Regis, ex causa seruitiorum, vel ex mera liberalitate, Pars pretij an debeatur iure collationis, vel petitione hæreditatis, distinguitur, & quid de interesse pretij, quo feudum fuit emptum.

Argumentum Allegationum.

Filius grauatus à patre super feudo restituere alicui certam summam, an teneatur restituere iustum valorem feudi, vel summam grauata, non obstante quòd excedat valorem feudi, & in æstimando valore feudi an sit attendendus valor pretij, quo fuit emptum feudum, vel valor, quo valet tempore mortis testatoris.

Argumentum Quæst. 27.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis de feudo franco, siue libero, dubitatur. *Petrus de Gregorio* sibi in hac re contrarius concordatur, & affirmatur, deberi. Franchitia feudi non operatur franchitiam à vita, & mili-

tia, & quid de feudo in allodium concesso, & de feudo Ecclesiastico, & de permutato cum allodio.

Argumentum Quæst. 28.

Vita, & militia debita secundogenitis ex feudo communis patris, si primogenitus vendat feudum ipsum, an ipsis debeat, non obstante venditione, & deberi illam ex feudo vendito concluditur ex expressa resolutione Regis Roberti, relata in *capit. Alienationis actus*, indeque arguitur, quòd secundogenitus pro vita, & militia habet actionem realem contra feudum, siue eius fructus, & distinguitur de annatis decursis, vel decurrendis, & an possit feudum exequi, vel fructus, vel contra personam primogeniti.

Argumentum Quæst. 29.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis à Fisco etiam post deuolutionem super feudo paterno ad ipsum Fiscum deuoluto ob rebellionem primogeniti, qui possidebat feudum, & reiecta *Francisci de Amicis* sententia concluditur in fauorem secundogeniti ex nouis rationibus, & auctoritatibus, nec pariter secundogenitus amittit successionem feudi ex criimine læsæ Maiestatis commisso in vita patris per primogenitum.

Argumentum Quæst. 30.

Vita, & militia an per primogenitum debeatur secundogenitis de feudo ipsi primogenito per patrem refutato, negatiua proponitur opinio, qua confutata ponitur affirmatiua in fauorem secundogeniti. Distinguitur de refutatione pura, seu pactionata, & quid si esset vnum, vel plura feuda, & an cum feudo refutato secundogenito compensetur vita, & militia.

Argumentum Quæst. 31.

Vita, & militia an debeatur secundogenito ex feudo antiquo communis ascendentis peruento ad primogenitum non à patre, eiusque successionem, sed ex alia causa. Rationes pro negatiua proponuntur, iisque reie-

ctis

his resoluitur, deberi vitam, & militiam, dummodò ius succedendi, vel habendi feudum fuerit in hæreditate tempore mortis paternæ, & quòd feudum fuerit communis ascendentis, liquidatur attento reditu tempore mortis paternæ. Ius luendi feudum recipit estimatione, & proinde attento reditu debetur de eo vita, & militia. Et quid si esset vediti fructus feudi, onus legitime impositum feudo deducitur ad fauorem primogeniti, secus si illegitime.

Argumentum Quæst. 32.

Vitæ, & militiæ obligatio, & actio quo tempore nascatur, & eius solutio quando, & quomodò, & in quo loco debeat. Obligatio vitæ, & militiæ debendæ, sic etiam actio nascitur tempore, quo feudum transit ad primogenitum, etiam in vita patris. Debetur anticipatè, vel in tribus tertijs, vel in fine anni, vel tempore collectionis, Debetur in pecunia, nulla, adhibita loci distinctione, & durante vita secundogeniti. Vita, & militia non exacta transmittitur ad filios secundogeniti.

Argumentum Quæst. 33.

Vitæ, & militiæ iudicium an debeat agitari coràm Iudice ordinario, vel coràm Iudice causarum feudalium. Distinguitur, quòd quando feudi qualitas tangitur spectat ad Iudicem feudalem. Secus quando feudi qualitas non tangitur, iudicio pendente super vita, & militia præstatur aliquid secundogenito, vt viuere, & litigare possit.

Argumentum Quæst. 34.

Vita, & militia quo iure, & actione petatur per secundogenitum à primogenito, & magistralis refertur Doctorum sententia, quòd debeat iure actionis ex *Constit. Comitibus*, licet diuersæ proponantur sententiæ, & datur hypothecaria contra feudi possessorem, & officium Iudicis super maioratu.

Argumentum Quæst. 35.

Vitæ, & militiæ iudicium an sit ordina-

rium, vel summarium. Distinguitur an res, de qua petitur sit feudalis, & tunc ordinarium, vel an de re feudali debeat, & quanta, & tunc summarium, Exceptiones modificatiuæ opponuntur aduersus executionem sententiæ pro vita, & militia, & quid in Regno Siciliæ vltra Pharus.

Argumentum Quæst. 36.

Vitæ, & militiæ iudicium ingredi secundogenitis ex quibus exceptionibus prohibetur, seu differtur, & distinguitur de exceptionibus circa petitionem, nempe quòd res non sit feudalis, & feudum non sit iuris Francorum, & exceptio filiationis, & de exceptionibus læsæ Maiestatis, exheredationis, incapacitatis, vel alijs, vel renunciationis. Renunciatio debet esse specialis in vita, & militia.

Argumentum Quæst. 37.

Vitæ, & militiæ quantitate liquidata, solutio fit in pecunia, & tempus mortis in liquidatione attenditur. Fructus considerantur ex feudo naturales, vicenaturales, & iurisdictionis, De munere per vassallos dari solito Baronibus, & de feudo titolato.

Argumentum Quæst. 38.

Vita, & militia semel taxata non augeatur, nec diminuitur, auctis, vel diminutis fructibus. Nisi tamen fructus augeantur, vel diminuatur ex causa iuris existentis in hæreditate, vel contra hæreditatem tempore mortis illius, cui succeditur, Diminutio fructuum dupliciter consideratur, vel circa vniuersitatem feudi, vel circa fructus feudi. Diminutio fructuum ex tempore, vel alia de causa non procedente ex iure existente tempore mortis non diminuit vitam, & militiam.

Argumentum Quæst. 39.

Vita, & militia an taxetur, & debeat deductis oneribus feudum grauantibus, vel ijs computatis, Onerum feudaliū summa, & artificiosa distributio, vt alia ex feudo, alia ex fructibus, & istorum alia feudatarij, & alia legitima, & alia illegitima, & adhi-

A R G V M E N T O R V M

adhibita varia onerum distinctione, suo cuique capiti vera, & germana, adhibetur resolutio.

Argumentum Quæst. 40.

Vitæ, & militiæ sententia an impediatur exequi per exceptiones, & per appellationem, referuntur nonnullæ exceptiones, quæ impediunt, quæque non impediunt; Exequutio pro vita, & militia an super feudo principaliter, vel in subsidium fieri debeat, variæ referantur sententiæ, & pro vita, & militia de præterito, vel currenti distinguitur. Super fructibus regulariter fit exequutio, Feudum vnum pro vita, & militia potest assignari, vel in solutum dari secundogenito, & an annuus census possit constitui super feudo pro vita, & militia.

Argumentum Quæst. 41.

Vitæ, & militiæ ius competens secundogenito an possit vendi per ipsum secundogenitum, referuntur discordantes opiniones *Iosephi Cumia*, & *Horatii Montani* de assensu super dicta venditione, & concordantur, & concluditur, quod possit vendi, vel cedi tam ius, quam annua quantitas vita durante secundogeniti.

Argumentum Quæst. 42.

Vitam, & militiam soluens primogenitus an possit petere subuentionem à vasallis. Vita distinguitur à mi-

litiæ, vt pro vita, & sic alimentis non possit petere, & declaratur *Petrus de Gregorio de concess. feud. par. 7. quæst. 8. nu. 14.* de hac re indistinctè loquens, & an subfeudatarij contribuant Baroni in subuentione per ipsum præstita in generali Parlamento ad Regis petitionem, & distinguitur de donatiuo ad Regis petitionem assignata causa, illaq; discussa in Parlamento, & quomodò seruetur in diuersis Regnis.

Argumentum Quæst. 43.

Vitæ, & militiæ iudicium an impediatur per oppositionem compromissi, adeo vt secundogenitus teneatur compromittere vigore statuti, siue Regia nostra *Pragmatica Odis litium*, & an requiratur assensus Regis, referuntur contrariæ *Roberti Maranta*, & *Fab. de Anna* sententiæ, quod non possit compromitti sine assensu, & declaratur, & demùm distinguuntur, quando tangit qualitatem feudalem, vel non tangit.

Argumentum Quæst. 44.

Vita, & militia defecta in persona vnus ex secundogenitis per mortem, vel per renunciationem, an accrescat cæteris secundogenitis, vel an cedat beneficio primogeniti, & quid secundogenito mortuo in vita patris relictis filiis, an transmittatur vita, & militia ad eius filios.

Finis Indicis Argumentorum Quæstionum.

IN REGENTIS REVERTERII Decisiones Argumenta.



Argument. decis. 1. vol. 1.

Filia dotata exclusa à statuto an, & quādo faciat partem, licet non admittatur ad partem in computanda, vita, & militia inter alios filios.

Argument. decis. 45. vol. 1.

Indultus Cæsareæ Maiestatis, concessus rebellibus, in quo sunt reserua- ta cre- dita cōtrā Curiam, an habeat locum in vita, & militia, & an bona feudalia mediante Capitulo Neapolitanis cō- cesso, sint nedūm pro dotibus, sed etiam pro vsufructu hypothecata.

Argument. decis. 80. vol. 1.

Vita, & militia an extinguatur per rebellionem durante vita naturali ipsius rebellis, ita vt non acquiratur Fisco, & cui æquiparetur, & an, & quādo mors ciuilis æquiparetur naturali.

Argument. decis. 4. vol. 2.

Vita, & militia an peti possit etiam pro præterito cōtrā tertios possessores, & an, & quādo feudo deuoluto per rebellionem sit extincta vita, & militia, ita vt non veniat in restitutione generali, & de clausulis, *motu proprio, & ex certa scientia*, quādo operentur in præiudicium tertij, & an Legatus à latere possit vti huiusmodi clausulis.

Argument. decis. 5. vol. 2.

Cōtinuatur similis materia, in qua tractatur, an in crimine rebellionis requiratur sententia declaratoria respectu vitæ, & militiæ.

Argument. decis. 13. vol. 2.

Primogenitus in quibus casibus non teneatur conferre pretium secundogenitis, discutitur latè articulus, an primæua iura dicantur extincta, extin-

ctæ re in solum data vxori pro eius dote in pecunia consistente: Multa, de reseruatione iurium antiquorum, cuius sit potentia, ita vt possit agi actione primæua, & de pactis resolutiuis.

Argument. decis. 58. vol. 4.

Legatum an, & quādo dicatur factum animo compensandi antephatum, & an, & quādo attendatur tempus cō- tractus, vel tempus solutionis, si moneta valor fuerit immutatus, Legatum quādo dicatur annuum, & an, valeat si fuerit factum super fructibus feudi absque assensu, quæ actiones competant pro legato, & an, actio hypothecaria detur cōtrā tertios possessores pro vita, & militia, quomodò taxatur vita, & militia, & an, & quādo legatum relictum pro dote transmittatur ad hæredes.

Argument. decis. 11. vol. 3.

Appellatio, reclamatio, siue reuisio an, & quādo per lapsum temporis ad appellandum, seu fatalium dicatur deserta. Vita, & militia debita Clerico an, & quādo dicatur amissa per rebellionem secundogeniti sæcularis, & an rebellio possit considerari respectu Clerici cōtrā Regem sæcularem dominum feudi, ex quo ipse Clericus secundogenitus recipit vitam, & militiam, & an vita, & militia censeatur recuperata per indultum, siue restitutionem generalem Regis concessam rebellibus.

Argument. decis. 6. vol. 6.

Vita, & militia an debeatur in linea collateralis, & de meliorationibus in feudo factis.

IN REGENTIS MOLES

Decisiones Argumenta.



Argum. q. 4. de Releuo.

Argument. quæst. addita.

IN Releuo an deducenda sit vita, & militia; quæ soluitur secundogenitis.

An vita, & militia diminuat releuium.

FINIS.



D. A N D R E A E


C A P A N I

VIRI PATRITII NEAP.

XIII. Carusiorum, & Galdi Baronis, Feudiq;
Bariliorum Domini.

TRACTATUS DE VITA, ET MILITIA SECUNDOGENITIS,

Ex feudi Iuris Francorum fructibus à Primogenito debita.



ARGUMENTVM.

Vitæ, & Militiæ causa inter primogenitum, & secundogenitos frequēs in Palatijs. Eius tractatus à permultis indicatus, ac tactus illustratur ab Authore. Eius origo recensetur de iure Romanorum, Longobardorū, Francorum, ac vtriusque Siciliae Regnorum. Vitam differre à Militia demonstratur. Vita de iure Francorum introducta, & Militia de iure vtriusque Siciliae.

SVMARIA.

- 1 Vita, & Militia materia frequens in locis, ubi vigent feuda iuris Francorum, & nu. 2.
- 3 D. Liuium Margarita scripsisse tractatum de Vita, & militia refertur, sed non edidisse videtur.
- 4 Flavius Amendola indicauit tractatum de Vita, & Militia, sed non edidit.
- 5 Genitor Iulij Casaris Galluppi scripsit tractatum de Vita, & Militia, sed non edidit.
- 6 Petrus de Gregorio tractatum de Vita, & Militia delineauit, sed non perfecit.
D. Garfias Masbrillus, Petri de Gregorio de Vita, & Militia tractatum, additionibus illustrauit, sub nu. 6.
- 7 Vita, & Militia, & feudorum breuis origo recensetur, usq; ad nu. 23.
- 8 Leges Romanorum vocabant omnes filios ad successionē bonorū paternorū.

- 9 *Leges Longobardorum vocabant omnes filios ad successionem feudorum.*
- 10 *Familia ob diuisionem feudorum depauperabatur.*
- 11 *Francigenae intendentes conseruationi familiarum praeferebant primogenitum in successione feudi.*
- 12 *Francigenae statuerunt alimenta ex fructibus feudi ad beneficium secundogenitorum exclusorum per primogenitum.*
- 13 *Feudum apud Francigenas dicitur panis primogeniti, alimenta autem secundogenitorum ex feudo dicuntur Appanagium.*
- 14 *Consuetudines apud Francigenas de Appanagio. & DD. de eo loquentes recensentur.*
- 15 *Alimenta sonant idem, quod vita, & debetur etiam absq; onere militandi, & nu. 24.*
- 16 *Doctorum confusio dicensiu, quod vita, & militia fuit introducta de iure Francorum, declaratur, & num. 20. & 21.*
- 17 *Vita tantum fuit introducta apud Francigenas, Militia apud utriusq; Sicilia Regna.*
- 18 *Alimenta, & sic vita erat in Regno Neapolitano introducta tempore Nortmannorum, Militia fuit introducta per Reges Suenos.*
- 19 *Vasalli tenentur praestare adiutorium Domino pro militia fratris.*
- 21 *Cap. Alienationis actus non est Capitulum, sed litera Regis Roberti.*
- 22 *Vita, & militia cum coniunctiua debet scribi, sed passim sine coniunctiua, nempe vita militia à nonnullis scribitur, & toleratur.*
- 24 *Albanagy ius militat in Regno Francia, & quid sit, refertur.*

Q V A E S T I O. I.

I **V**ita, & militia à Primogenito debita Secundogenitis, vita eorum durante, in pecunia ex fructibus feudi iuris Francorum, fuit inter fratres ipsos, priscis,

ac modernis temporibus apud Reges in Palatijs tractata, & in Tribunalibus apud Iudices agitata, ac indies iugiter agitur, vifq; proinde mihi fuit materia impense necessaria, admodum vtilis, & valde practicabilis, digna, quod typis traderetur, quippe à permultis indicata, sed à nemine in lucem edita, & ab vno edita, sed non perfecte, nam copiosum de vita, & militia fuisse scriptum tractatum à Don Ludio Margarita refert Camillus Salernus ad Consuetud. Neapolitan. Quod si aliquis, in verbo vita, & militia, lit. E. sub tit. de aliment. prest. & tractatum de vita, & militia scripsisse se refert Flavius Amendola in addit. ad Vinc. de Franch. decis. 20. nu. 10. Et demum alium de vita, & militia scriptum fuisse tractatum per suum Genitorem, refert Dom. Iul. Caesar Gallup. in pract. ciuili S. C. part. 3. cap. 4. nu. 26. & tandem adhuc per manus non circumferuntur indicati de vita, & militia libelli, libellumq; deniq; de vita, & militia instituit eximius ille Siculo Doctor Petrus de Gregorio, qui, opere delineato decessit, illudq; postea praelo commisit D. Gaspar Masbrillus eius pronepos, ac selectis additionibus illustrauit. Cogitavi proinde opus à tot, tantisque viris indicatum, & non completum, nec perfectum complere, & perficere pro ingenij mei imbecillitate, ac paruitate, colligendo in vnū reliqua eius vtilissimae materiae monumenta, sparsim apud Exteros, & Regnicolas, & Siculos degustata tantum, sed parum digesta recolligere, (absit non ausim dicere, perficere) non .n. ex praeepto Ciceronis debent iuniores balbutire, vbi seniores, & saniores loquuti sunt, attamen inuocato nomine Iesu Christi Domini nostri, B. Mariae Virginis Patronae meae, ac SS. Andreae Apostoli, & Nicolai Barenfis Aduocatorum meorum, libellum de vita, & militia instituo, licet fatear, nec bene degustans, nec per-

7 perfectè digerens. Originem autem uitæ, & militiæ, ut ab ipsa exordiar, iuxta Pomponij Iuris Consulti præceptum in l. 2. ff. de origin. iuris, repetendo altiùs, ut par est, dico, quòd leges Romanorum naturam non increpantes, nulla sexus, ætatis, ac ordinis inter filios facta differentia, nulloq; inter masculos, & foeminas facta discrimine, uocabant ad paternorum bonorum successionem masculos, & foeminas, pro æquali portione, quæ succedendi ratio eòusq; seruata fuit, quòd ad postea modificata, ac limitata, ad inuento quodam bonorum genere, quæ Domini concedebant subditis sub fidelitatis seruandæ signaculo, quæ bona apud Romanos uocabantur militiæ, quasquè postea Longobardi appellitarunt feuda à fide, quam pro illis præstabant concessionarij, non enim poterant Imperatores Romanorù è longinquo gubernare deuictas prouincias, & prædia, vel quæ gubernanda tradebant, non sic de facili à gubernatium manibus poterant recuperare, ideo factum fuit, ut illa concedebant uiris fortibus, vel illis, qui in bello militauerunt, ut ea ad concedentium deuotionem, subquè eius fide tenerent, vel gubernarent sub certo tributo, vel seruitio soluendo, interimq; eorù fructibus fruerentur concessionarij. Prout pariter Longobardi, eorumq; Imperatores, siuè Reges imitantes ià dicta vestigia Romanorum cõcedebant similiter deuictas prouincias, ac deuicta prædia, & castra militibus, qui in dicto bello militauerunt, ac etiam Baronibus sub fidelitate seruanda, quæ bona sic concessa deinde appellata fuere feuda à fide, sub qua illa tenebát, & has concessiones, tam Romani, quàm Longobardi fortè faciiebant, nè deuictæ Prouinciæ ab ipsis deficerent, aliumque sibi Regem eligerent. In quorum bonorum successione inter ipsos Longobardos fuit similiter seruata æqualitas in succe-

dendo, filij, n. æqualiter succedebát ad bona prædicta, nam sicut omnes filij, ita omnes succedebant, cap. omnes filij, si de feud. defunct. quo successio dediti more seruato, compertum fuit, ac experientia docuit in dies, quòd, quòd diuisionem successionis bonorum depauperabantur familiæ, ac feuda ipsa ad nihilum redigebantur, ideo, 11 quæ Francigenæ intendentes conseruationi familiarum, & nè illæ depauperarentur, uocabant itidem omnes filios ad feudorum successionem, eosquè concurrere faciebant, sed in cõkursu præponebant masculos foeminis, & inter masculos præferebant primogenitum, adeò ut primogenitus admittebatur, quo defecto, uel eius descendētibus, admittebatur secundogenitus, & sic licet omnes filij erant successibiles, tamen non omnes succedebant, cum masculi primò succedebant, & inter masculos primogenitus præferebatur, exclusis interea secundogenitis per primogeniti superuientiam, & per superexistentiam masculorù excludebantur femine, donec masculi superuuebant.

12. Attamen ipsi Francigenæ, eorumquè Reges non immemores naturalis equitatis, naturamq; ipsam non increpantes, nè uel secundogeniti à feudi successione exclusi per primogeniti superexistentiam, cogerebantur medicare in dedecus familiæ, ac Baronalis dignitatis, statuerunt, ut primogenitus de fructibus feudi præstaret certam annuam quantitatem secundogenitis à feudo exclusis, eorù uita durante, ad hoc ut possent uiuere condecenter, uti filij, & fratres Baronis, & quia potissimum alimentum genus est panis, adeò ut sub panis nomine omnia alimenta cõtinemus, quòd fit ut à Deo panem petamus quotidie.

13. Et sicut feudum in Francia dicebatur panis primogeniti, & uocabatur Anagium, ita etiam panis secundogeniti.

dogenitorum ex fructibus feudi, vt supra præstandus, fuit appellatus Appanagiùm, quasi panis fratrum, & sic solum alimenta præstari secundo-genitis ex Francorum consuetudine testari cogimur, vt infra docerimus, & apud Parthenopæos etiam hodiè in hac nostra Ciuitate alimenta communi vocabulo apud plebeios, seruitores, & aulicos appellatur *il comp' naggio*, & propriè dicitur alimentum cum pane adiunctum, Extantq; apud Francigenas de hac re

14. consuetudines, vt apud Britones extat Cõsuetudo *sub tit. 22. des successiones, et portages, §. quinquagesimo quinto*, apud Cænoimanos adest Cõsuetudo c. 39. apud Andegauenses in eorum statutis adest Consuetudo *capit. 222.* apud Bituriges adesse consuetudinem testatur *Nicol. Boer. tit. de testament. & ultim. volunt. §. 2. col. 2.* de quibus omnibus testantur *Guliel. de Monteferrato in tract. de success. Regum, dub. 1. per totum, Pe. r. Rebuff. in sua arbore feudali, diuis. 12. 10: Lecirier de primogen. lib. 1. quest. 11. concl. 3. num. 19. question. undecima*, & in Nortmannia, & in Britannia has cõsuetudines vigere testatur idem *10: Lecirier d. loco lib. 1. quest. 16. num. 11.* & de Franciæ Regno, eiusque dignitatibus, vt non competat secundo-genitis legitima, testatur *Guliel. Bedicti in cap. Raynutius, in verb. in codic. testamento reliquit, num. 145. & seqq. Martin. Laudens. de primog. q. 12. Nicol. Anton. Gizzarell. decis. 37. nu. 41. Horat. Montan. in repetit. cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohibet. feud. alienat. per Frider. quibus addo Andr. Tiraquel. de iure primogen. quest. 24. num. 1. Ioannes de Terra Rubea in tractat. contra Rebell. Francig, tractat. 1. articul. primo, conclus. 22. & sic semper seruari tempore suo testatur *10: Lecirier d. loco, 10: Thom. Minard. consil. 1. vsque ad nu. 31. & per totum.**

15. Sicquè vides, quòd in Francia

inoleuit consuetudo dandi secundo-genitis alimenta tantùm, quæ idem sunt quod vita, *ex text. in l. quos nos, §. verbum viuere, ff. de verbor. & rer. significat.* non autem militiam, nam legata alicui vita, intelliguntur legata alimenta ad sustentationem, ita docent *Simon de Prætis de interpret. ultim. volunt. dub. 11. num. 7. fol. 420.* post *Bart. in tractat. de aliment. num. 5. Decius in l. alimentis, numer. 4. C. de transact. Ioannes Petrus Surdus de aliment. titul. 2. question. 2. numer. 9.*

16. Ex quibus apparet, quòd nonnulli *Doctores*, præcipuè moderni Neapolitani confundunt vitam, & militiam, dicendo, quòd uita, & militia

17. fuit introducta à Francigenis, & tamen videmus, quòd alimenta, & sic vita tantùm fuerunt introducta ex consuetudine Francorum, sed militia (vt infra dicemus) fuit introducta per Fridericũ Regem Neapolitanorũ ex eius prouidentia, vt in *Constit. Comitibus, tit. de adiutor. pro milit. fratris, & Nos infra.*

Exactis deindè Longobardis, siuè è Regno nostro eiectis post annum millesimum à natiuitate Domini, ceperunt regnare in Regno nostro Reges Nortmanni, quorum primus fuit Gulielmus, cæterique postea dominati sunt, vsque, & quousque Alemanni, & sic Reges de familia Suæuorum, quorum primus fuit Henrichus Sextus, deindè Fridericus Secundus author dictæ *Constitutionis Comitibus*, dominari ceperunt. Est Nortmannia Regio in Gallia apud flumen Sequanam, quorum Nortmannorum in Regno nostro Regum tempore, consuetudo illa apud Nortmannos, & etiam Gallos uigens, quòd solus primogenitus succedat in feudo, cum onere dandi appanagia secundo-genitis, erat iam introducta in Regno Neapolit. quod probatur ex uerbis *d. Constit. Vt de success. nobilium, & ex*

& ex *Constit. Comitibus, de adiutor. pro milit. frat.* quæ duæ Constitutiones fuerunt editæ per Fridericum Secundum Sueuum, filium Henrici Sexti. Est enim Suæuia Regio in Alemania, à qua Neapolim appulere expellendo Nortmannos, quibus eiectis dominari ceperunt ipsi Alemani, & sic Sueui, quorum Fridericus Secundus Regni gubernio intendens permultas edidit Constitutiones, & præcipuè circa successionem tam allodialium, quam feudaliū, quorum successionem præfigendo modum, dicit, *seruata tamen sexus prærogatiua, ut mulieri masculus præferatur, nec non maior ætatis inter eos, qui viuunt in Regno speciali iure Francorum,* ergò vides, quòd tempore Friderici Secundi iam erat introductum ius Francorum, dum aderant illi, qui viuebant speciali iure Francorum, de quo iure primogenitus, & sic maior ætatis præferabatur minoribus secundogenitis in successione feudi, cum onere tamen dandi dictis secundogenitis tantum alimenta, & sic vitam tantum, nil penitus dicendo de militia.

At verò militiam introduxit Imperator Fridericus, ex eius prouidentia dictæ *Constitution. Comitibus, sub titul. de adiutor. pro milit. frat.* dispositio fuit namque Imperator Fridericus Regni Neapolitani Rex, quòd si secundogenitus vellet militare, tunc vasalli (vt nos infra quæst. 41.) debet præstare adiutoriū primogenito pro militia secundogeniti. Et in fine dictæ *Constitutionis* dicit Imperator Fridericus, quòd si frater secundogenitus fuisset absens, adhuc debet habere militiam, & sic subuentionem præteritam pro militia præterita, & dicit, *Rediens tamen quolibet tempore militiam sibi debitam absque alicuius repulsa timore de bonis paternis à fratre maiore petere poterit, & habere, in qua determinatione nullum verbū facit de iure Francorum.*

20 Ex quibus apparet, malè loquutos nonnullos fuisse *Dōctores*, qui confundendo vitam, & militiam dixerunt, quòd vita, & militia debebatur per ius Francorum, dum videmus, quòd vna post aliam fuit introducta, nempe alimenta, & sic vita secundogenitis erat iam introducta de iure Francorum tempore Nortmannorū, vt supra demonstrauius, militia autem tempore Sueuorum per *Constitut. Comitibus*, quæ tantum de expensis pro militia, & sic de militia loquitur, & ita demonstrat Rubrum d. *Constitutionis*, nec aliam legem anteriorem de ea habemus, non autem loquitur de alimentis, quod probatur etiam ex *cap. Alienationis actus, tit. de vita, & militia*, in verbis illis, *secundū Regni Constitutiones, moresq; probatos, vitam, & militiam est habiturus*, quod non est capitulum, sed quædam litera Regis Roberti, declarans ambiguitatem iuris, si, vel nē feudo alienato debebatur vita, & militia, quam declarādo dicit, *quòd secundogenitus habiturus est vitam, & militiam, secundū Constitutionem Regni, & mores probatos, &c.* & paulò inferiùs in fine dicit illa uerba, *& super bonis eiusdem vitam, & militiam secundū formam, & regulam, & consuetudinem approbatam, &c.* ergo vides, quòd uita, & militia non fuit introducta per Constitutiones Regni, sed approbata, & confirmata.

Sed hæc consequētia sic simplex, ac nuda malè infertur ex d. *cap. Alienationis actus*, quia uerba illa non sunt intelligenda sic simpliciter, & confusè, sed & distinguenda, & separanda oratio, singula singulis referēdo, quippè uita, & militia sunt duo uerba significantia diuersam rem, & ex diuerso iure introducta, siquidē militia ex *Constitutione Comitibus*, & pro ea subuentio, siuè adiutorium, & uita ex more Francorum iam introducto in Regno nostro antè tempora Regum Sueuorum, & sunt alimenta,

propterea & si Author. tex. in *d. cap. Alienationis actus*, videatur confusè loquutum fuisse, tamen dico, quòd loquutus fuit distinctè cum hac declaratione, referendo singula singulis, si ergò militia fuit introducta, per Cõstitutionem Regni, & vita per mores, propterea militia quoad introductionem debet referri ad Cõstitutionem, & vita debet referri ad mores, & sic vt militia sit introducta secundum Const. Regni, & vita sit introducta secundum mores Francorum probatos in Regno nostro, & confirmatos per Constitut. Regni, in quo nullam habemus certam legem de more inductiuo vitam, & militiam, ergo apparet, quòd loquuntur cõfusè illi, qui dicunt, vitam, & militiam fuisse introductam per Const. Regni, dum militia tantum per Cõstitutionem fuit introducta, vita autem per mores Francorũ approbatos in Regno fuit introducta, in quo, vt dixi, non habemus certam legem de vita, & militia principaliter loquentem, nisi rãtùm dictum *Capitulum Alienationis actus*, quod loquitur enarrãdo, & enunciando, ad eò quòd extrã Regnum vtriusq; Siciliae debetur tantũ vita, & sic alimenta, non autẽ militia, vt annuit *Barthol. Camer. in Cap. Imperialem, fol. 102. col. 4. lit. Q. de probib. feud. alien. per Frideric.* ea ratione, quia vita, & sic alimenta ex feudis dantur secundogenitis, secundum mores Frãcorum approbatos in Regno, militia ex Constitutione, & sic in loco, vbi nõ sunt recepti mores Frãcorum, non debetur, cùm verè *Constit. Comitibus*, si benè perpendatur, loquatur de militia tantum, & sic est intelligendus *Nicol. Anton. Gizzarell. dec. 37. n. 94.* dicēs, quòd *Constit. Comitibus* introduxit uitã, & militiam, sed est intelligendus, quòd *Cõstit. Comitibus* introduxit militiam tantum.

22 Verum postea ex communi dicto Sapientum Regni, & modo scribendi, ac more Tribunalium Re-

gni nostri voces ista fuerunt unita, ac unitim relata, & scripta, nempè vita, & militia, quasi quòd eadem res sit, quia ex eadem re, & eadem quasi ratione debebatur, idè nè diuersũ ius ex diuisione uocis resultaret, unuerunt unica quasi uoce referentes, ut in sequenti *quest. num. 10.* dicam, quia dum secundogenitus in Regno nostro tenebatur militare, & militãdo debebat uiuere, idè sub unica, taxatione uitam, & militiam secundogenito assignauere, ut aduertit *Tiquell. d. quest. 24. nu. 1.* dicens, quòd Constitutiones Siciliae portionem illam fructuum pro alimentis, de cõsuetudine Franciae appellant uitam, & militiam, etiã quòd secundogenitus non militet in Regno, in quo remissum est seruitium, quod soluit primogenitus tantum ex feudo, de qua origine nonnulla dixerunt *Petr. de Gregorio de vita, & militia, q. 1. nu. 5. cum seqq. Io. Thom. Minad. conf. 1. nu. 64. Nicolaus Anton. Gizzarell. dec. 37. nu. 58. cum seqq.* ubi subtiliter, *Io. Andreas de Georg alleg. 9. num. 19. & 20. Horat. Montan. in Repet. l. Imperialem, S. praterea ducatus, nu. 106. 107. 108. & seqq. Iul. Casar Galupp. in suo method. iuris feudal. par. 3. cap. 4. à nu. 25. & seqq.* & nouissimè *Marcellus Marcian. conf. 56. num. 8. cum seqq.* & antè istos nonnulla dixit *Franc. Burfat. conf. 2 num. 69. vol. 1.* & nouissimè insignis ille I. C. qui meritò dici potest Promptuarium Iuris Pontificij, Cæsarei, ac feudalis, & nobilissimus Eques *D. Fabius Capyc. Galeota, lib. 1. Illustr. controu. cap. 1. n. 49.* Dominus, & Mœcenas meus, olim inter Aduocatos, & Consulentes Primas, deinde Sacri Capuanae Senatus Senator, Regij Fiscij in Regia Camera Summarie Patronus, eiusdemq; deinde Præsides, modò apud Inuictissimũ Regem Philippum IV. in Supremo Italiae Consilio Regens, & in Regno Neapolitano Regie Cancellarie Regens, & Collateralis Consiliarius.

Est

24 Est etiam in Francia aliud ius simili vocabulo, desinens in agium, & dicitur Albanagium, siue Albinagiū, de quo *Gulielm. Benedicti. in cap. Raynulfus, in verb. Et uxorem nomine, Adelsiam, decis. 5. num. 480.* quod ius dictum est à vocabulo illo Albin, idest extranei, sic enim extranei dicuntur in Francia, & est hoc ius, nam extraneus, siue foraneus, adeò vt non sit francigena, si quomodolibet bona acquisierit, non potest de illis disponere quomodolibet, nec filijs relinquere, sed eo mortuo Rex omnia bona dicti extranei, siue foranei occupat iure Albanagij, vt testatur idem *Gulielm. d. loc. & n. 481.* sed *Bartholom. Chassaneus ad Consuet. Burgund. tit. de confiscatione, Rub. 2. Qui confiscat le corps, num. 38.* dicit, quod hoc ius Albinagij habet locum nullis relictis liberis, vt tunc non succedant consanguinei existentes extra Regnum Franciæ, sed ipse Rex capit ipsius bonæ existentia in eius Regno, & dominio, & cum *Cassan.* magis adheredum, quia æquius est ius pro filijs.

ARGVMENTVM.

Vitæ, & Militiæ descriptiones variæ ponuntur, & examinantur. Declaratur vox illa, *Vita*, & vox illa, *Militia*. Vita sunt alimenta. Militia seruitium militare. Vitam ex fructibus feudi esse præstandam suadetur, & in essentia, quid sit vita, ac militia ponitur, & nouum Protheum esse refertur, cum de multiplici legali specie, & qualitate participare demonstratur.

S V M M A R I A.

- 1 *Vita, & Militia sunt alimenta secundogenitorum, nu. 2.*
- 2 *Vita, & militiæ descriptiones variæ recensentur, & Andr. de Ifern. describens vitam, & militiam refertur sub num. 2.*
- 3 *Io: Thom. Minad. describens vitam, & militiam refertur, & declaratur. Vita, & militia est ius de per se, sed deriuatum à legitima, & ab alimentis, sub nu. 3.*
- 4 *Iulius Cæsar Galupp. describens vitam, & militiam refertur, & declaratur.*
- 5 *Militia differt à vita, & quomodo debeat scribi, nu. 10.*
- 6 *Militia, verbum in Constit. Comitibus prolatum declaratur.*
- 7 *Militia accipitur pro seruitio militari.*
- 8 *Militia debetur in Regno Neapolitano, & Siculo, sed extra dicta Regna debetur vita tantum.*
- 9 *Vita, & Militia sunt alimenta condigna filio Baronis, vt filio, & militi.*
- 11 *Vita, & militia an sit feudum, vel quid feudale, vel non feudale.*
- 12 *Vita, & militia sunt alimenta ex fructibus feudi secundum opinionem Camerarij.*
- 13 *Vita, & militia est ius de per se loco portionis partis hereditaria de feudo, ex opinione Io: Thom. Minad.*
- 14 *Vita, & militia est nauus Protheus, ex opinione Nicol. Ant. Gizzarell.*
- 15 *Vita, & militia est pars feudi ex opinione cuiusdam Authoris.*
- 16 *Vita, & militia est pars fructuum ex opinione Franc. de Amicis.*
- 17 *Vita, & militia est vnus impostum, primogenito ratione successionis feudi respectiue ad fructus, ex opinione Reg. Io: Franc. de Pont.*
- 18 *Vita, & militia ex degustatione Francisci de Amicis dicitur vita de militia.*

Q V A E S T I O . I . I .

ET si vitam, & militiam apud DD. inuenies semper vnite scriptam cum coniunctione (&) nempe vita, & militia, quæ sic appellatur de consuetudine Regni, vt post *Parid. loco infra allegado nu. 7. loa. Anton. de Nigr. loco infra allegando num. 8. Nicol. Anton. Gizzar. decis. 37. sub num. 45.* tamen differunt (vt in præcedenti præmonui, & hic dicam) vna ab alia, quia vita idem est dicere, quod alimenta omnia necessaria ad vitæ sustentationem, *l. ques nos, S. verbum viuere, ff. de verbor. significat. Bart. in tract. de aliment. num. 5. Angel. in tract. de testam. vers. item reliquit mulieri concubina, quæ est glos. 45. Io. Petrus Surdus de aliment. tit. 2. quest. 2. num. 9.* & in præcedenti questione allegauimus; & infra hac eadē questione dicemus; tamen quoad spectat ad Regnicolas; & Siculos inuenio descriptiones varias.

Prima, quod vita, & militia sūt alimenta debita secundogenitis, ita *Andr. de Iser. in Cōst. Comitibus, col. 1. 2. sect. tit. de Adutorijs exigenti. pro militia fratris, Paris de Puteo de reintegr. feud. tit. de finib. feud. cap. 40. numer. 2. & 23. Io. Anton. de Nigris in cap. Alie. nationis alass. in addit. num. 9. Napod. ad Consuetud. Quid si aliquid, sub nu. 33. tit. de alimentis, Petr. de Gregor. de vita, & militia, quest. 1. num. 2. Franc. Bursat. consil. 1. nam. 69. lib. 1. Barib. Camer. in l. Imperialem, fol. 182. m. 2. col. 2. Nicol. Anton. Gizzar. d. dec. 37. sub d. nu. 43. allegans Paridem vbi supra; Nicol. Intrigl. de feud. ten. c. 9. 57. nu. 1. Floran. Mondan. in repet. S. præterea ducatus, sub num. 108. Marcollus Marcianus consil. 56. nu. 8. cuius descriptionis, etiam est *Andr. de Iserna;* est inherendum; et sic copete pertranseat, tacendo, ex qua re debeatur, & qua de causa, sed si bene inspiciatur, hæc omnia supponuntur in hac materia.*

Secunda est descriptio, & in illa coniungitur vita, & militia, & vnite definit, vt fuit *Conf. Io. Tho. Minad. conf. 1. n. 67. vers. & ex bis omnibus,* vbi concludit, quod vita, & militia, quæ debetur à fratre maiore secundogenitis non est legitima de iure natura, nequè eius loco subrogata, nec etiā sunt alimenta subrogata loco legitime, sed est ius quodam separatum, & deriuatum à supradictis legitima, & alimentis, & quædam portio debita loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, in qua iure Longobardorum, fratres secundogeniti debebant succedere æqualiter cum primogenitis, & per ius Francorum sunt exclusi, & loco illius est subrogata, allegat *Andraam de Isern. in d. Cōst. Comitibus, in 1. lectura.*

Sed hæc opinio *Minadoi* non subsistit, dum admittit, quod vita, & militia est ius quodam separatum, & deriuatum à legitima, & alimentis, nam si deriuatur à legitima, deberetur in proprietate, & in quota bonorum, sed hoc non admittitur in vita, & militia, quia morte finitur, & debetur ex fructibus, ergo, &c. Repugnat etiam origini vitæ, & militiæ, de qua in *1. quest.* Tertiò si deriuaret à legitima, taxaretur iuxta legitimam de toto integro patrimonio feudali, sed hoc non est verum, quia alio modo taxatur, vt dicemus infra *quest. 6.* ergo non potest deriuari à legitima, & sic mihi non aridet, & aduersatur dicto tantorum Patrum supra allegatorum.

Tertia est descriptio, & similiter unita vadit, vita, & militia *Iulij Cæsaris Gallapp. in suo method. feud. par. 3. cap. 4. nu. 31.* dicentis, vita, & militia est annua præstatio debita in pecunia secundogenitis fratribus à fratre primogenito succedente in feudo parentum secundum ius Francorum, consequenda super feudo, taxanda de medietate fructuum, quam descriptionem sic compendiosè descri-

ptionem sic compendiosè descriptã, latissimè cõprobat idem *Iul. Caf. Gallupp. dicto loco, à num. 31. ad nu. 69. & ad eam remitto lectorem.*

Sed hæc descriptio licèt mihi videatur optima, tamen mihi occurrit vnum, nempè quòd non aperit, si, vel nè debeat, vita durante secundogenitorum, licèt ipse postea declarãdo verba illa, *annua præstatio*, alleget *tex. in l. in singulos annos ff. de ann. leg.* vbi dicit, quòd extinguitur cù vita, & sic subintelligitur uita durante, idèd dicerem, est annua præstatio, vita durãte, &c. vt dicã infra *q. 5 & q. 30.*

Secundum mihi occurrit, quia dicit, *consequenda super feudo*, debebat dicere, super fructibus feudi, nam feudum non potest vendi pro uita, & militia, quòd si haberet actionem hypothecariam, posset incumbere feudo, *Paris de Pus. c. 40. num. 18. & seqq. Molf. conf. 9. num. 139. Minado. conf. 1. num. 58. de Ponte de posses. Proreg. titul. de assens. Reg. S. 4. sub nu. 28. & nos infra q. 4.*

Tertium mihi occurrit, nam dicit, *taxanda de medietate fructuum*, per quæ verba videtur, quòd de integra medietate debet taxari vita, & militia secundogenitis, & tamen verum est, quòd in dicta medietate debet includi primogenitus etiam, vt dicemus in *fin. q. 4. & 6.* & sic mihi videtur, quòd debet addi, inclusa persona primogeniti, quare nus sustinetur sententia *Regentis Rouiti*, cui me non subscribo, vt infra *q. 6.* dicam, & cum his supplementis erit optima descriptio, salua pace d. *Domini Iulij Cesaris*, Domini mei.

Militia autem differt à vita, quia
5 vita sunt alimenta, militia autem sunt expensæ, quæ fiunt pro facièdo fratre milite, *l. penul. S. ult. ff. de leg. 3. Andr. Tiragu. de iur. primogenit. q. 74. num. 2.* & ita intelligitur *Constitut. Comitibus*, de expensis erogandis in facièdo fratre milite, nam eo casu debetur adiutorium. Vel, vt alij di-

cit, quòd militia intelligitur pro seruitio militari, quod pro dictis alimentis secundogenitus præstare tenebatur Domino feudi ad expensas, arma, & equos fratris primogeniti, *glos. in Constitution. Comitibus, in verb. Comitibus, Matth. Afflic. decis. 138. & decis. 252. Petr. de Gregor. de vita, & militia quæst. 1. num. 3. & 4. Bartholom. Camerar. in Cap. Imperialem, fol. 102. colum. 4. lit. Q.* dicens, quòd militia
8 debetur in Regno nostro, & ego addo, etiam in Siculo Regno, sed extrã debentur alimenta tantum ex more Regionum, vt nos infra *q. 17. num. 3. Nicol. Intrigliol. dicta quæst. 57. num. 12. Paris de Puteo dicto cap. 40. num. 3. Nicol. Anton. Gizzarell. dicta decis. 36 sub num. 71.* dicens, quòd essentialis causa introducendæ militiæ fuit seruitium militare, & *num. 75. & 76.* dicens, vitam dici ab alimentis, siuè victu, militiam à militando, *Gutelm. de Pern. consil. 11. feudal. in fin. P. Andr. Molfes. consil. 9. numer. 1. & 2.* dicens post *Minado. consil. 1. num. 44. & 67.*
9 quòd vita, & militia idem est, quod vita condigna militi, & consequenter vita ponitur loco alimentorum, quibus secundogenitorum vita sustentabatur. Militia autem ponitur pro militari seruitio, quod secundogeniti tenentur præstare Domino pro dictis alimentis, *Iul. Cesar Gallupp. loco supra allegato, num. 26.* & sic licèt vita, & militia differant, tamen
10 postea de consuetudine semper sic coniunctim fuit scripta, & appellata, nempè vita, & militia, & Alij, dempta coniunctione, *Et*, scripserunt vita, militia, *Paris de Puteo de finib. feudor. cap. 40. incip. Nunc videndum, nu. 22. Io. Anton. de Nigris in cap. alienationis actus, n. 8. Gizzarellus num. 45. circa medium, Franc. de Amicis fol. 28. cap. Illa, nu. 1. Molfes. conf. 1. per totum, & passim sic inuenies.*

Dubitarunt tamen Regnicolæ nõ
11 nulli, eò quòd ista vita, & militia debetur de fructibus feudi, an sit quid feu-

feudale, vel non feudale, vel feudum de per se absolutum, in qua quæstione *Doctores* variant.

Nonnulli dicunt, quòd vita, & militia sunt alimenta ex fructibus feudi debita secundogenitis, vt docent *DD.* allegati supra hac eadem *quæst.* in 1. *descriptione*, *Bartholom. Camer. in cap. imperialem, lit. O. de prohibis. feud. alienat. per Frideric.* dicit, quòd est quodam aliud feudum, quod vitæ, & militiæ vocatur, in persona secundogeniti consideratum propter præstationem illam annuam, quam ab illo feudo eidem conceditur, ob quã militare compellitur, & comprobatur hoc eius dictum similitudine feudi soldatæ, & guardiæ. Et nos infra q. 4. & q. 12. vbi de rebellionem agemus.

Sed *Camerarium* redarguit *D. Iou. Franc. de Ponte de potest. Præreg. tit. de assensibus regijs, S. 4. num. 29. circa medium*, & eum sequitur *Horat. Montan. in d. S. præterea ducatus, num. 136.* & sic obiter remanet examinata hæc vox, *Militia*.

Quarta descriptio est *Io. Tho. Minado. d. cons. 1. sub nu. 67. vers. & ex his omnibus.* dicit, qd vita, & militia debita secundogenitis nõ est legitima de iure naturæ, neq; eius loco subrogata, nec et sunt alimenta subrogata loco legitime, sed ius quodã separatũ, & deriuatum à supradictis legitima, & alimentis, & quedam portio debita loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, in qua iure Longobardorum fratres secundogeniti debebãt succedere æqualiter cũ primogenitis, & per ius Frãcorum sunt exclusi, & loco illius est subrogata, allegat *Andr. in d. Const. Comitibus, in 1. lect.*

Fabius de Ann. consil. 4. num. 58. lib. 1. & à num. 48. ad 61. dicit, quòd vita, & militia est onus feudi, & ius reale annexum feudo, & debetur ad instar legitime secundum facultates feudi in pecunia, non autem in fructibus, & hoc fundat, quia & si vno anno fructus non percipiuntur, ad-

huc debetur vita, & militia, sed hæc est descriptio, & mihi non displicet, & vera est, sed magis succineta, & magis accommodata excogitari potest.

Quinta descriptio est *Nicol. Antonij Gizzarell. decis. 37. num. 43.* qui indagans veritatem essentia vitæ, & militiæ vsque ad num. 48. tandem dicit, hanc vitam, & militiam esse nouum *Protbeum* in iure feudali, ad instar *illius Protbei in Oceano*, nam sicut *Protbeum* in varias se transformasse formas fabulantur Poeta, ita & vita militia varias accipit formas, nam non est dos de paragio, & participat de dote de paragio, quia est onus fundi, & petitur iure actionis, quemadmodum dos de paragio. Præterea non est legitima, & participat de legitima, quia instar legitime nõ est successio in vniuerso feudo, sed in quota fructuum feudi. Item sicut legitima fuit inuenta de iure ciuili, nõ filij sine causa in totum excluderentur à successione parentum, ita secundum aliquos, vita, & militia fuit inuenta, nõ in totum excluderentur à successione feudi. Item participat de alimentis, vt secundogenitus se alat, & differt ab alimentis, & ideo est loco paragogij, & secundum quid est loco legitime, & secundum quid est loco alimentorum, quia de omnibus participat, & ex illis omnibus simplicibus fit hoc mixtum, & compositum, quod vita, & militia nuncupatur. hæc ex *Gizzarell.*

Sexta descriptio, quidam Author *S. 28. n. 10* dicit, quòd vita, & militia est pars feudi; non autem nuda pensio, & eius respectu secundogenitus tenetur Domino seruire, ac eundem feudi patronũ recognoscere, quem sequutus est *Octauius Bambacar. ad tit. si de feud. defunct. cap. qui Clericus, quæst. 10. num. 186. & seq. & 197.*

Sed hoc dictum neque militat ex supradictis, ideo non sequendũ, cùm repugnet regulis feudorum in Regno iuris Francorum, non admittentibus feudi diuisionem.

Fran-

Franciscus de Amicis in repetit. c. 1. de his, qui feud. dar. poss. fol. 28. cap. incip. Illa etiam, num. 1. dicit, quòd
 16 *vita militia est portio fructuum debita occasione feudi, & idè ista præstatio dicitur personalis respectu creditorum, & temporalis, postquam deberur de fructibus feudi præstatis à manu primogeniti, & dicitur potius præstatio commoditatum, quàm fructuum, quia debetur ex fructibus separatis à solo, vt allegat Napod. in Consuetudine, Has autem, in verbo paragium, in principio, vers. Respondeo, & Franc. de Amicis sequitur P. Andr. Moses. conf. 9. nu. 8. post primam partem Consuet. Neapol.*

10. Franc. de Ponte de potest. Prærog. tit. de assensibus regis, §. 4. sub num. 29. versic. sed et anus, post examinatam vitæ, & militiæ essentiam, di-
 17 *cit, quòd vita, & militia est onus à lege impositum primogenito ratione successionis feudi respectu ad fructus, quos ipse à feudo percipit, nam pro vita, & militia datur actio personalis in rem scripta, vt suo loco dicemus, & sic contra primogenitum possidentem feudum, Franc. de Amicis in d. cap. 1. de his, qui feud. dare poss. fol. 28. cap. illa etiam ratio, sed quia dicta actio datur ratione feudi, idè sequitur possessorem. Secundò benè dicit, ratione successionis feudi, quid ipse primogenitus non excludit totaliter secundogenitos, sed in concursu præponitur secundogenitis, & idè ratione successionis præoccupatæ, dantur alimenta respectu ad fructus, & sic non tangit feudum, nec ipsum diminuit, vel diuidit, nec nouum constituit feudum, sed tantum ad fructus habetur respectus, & hæc mihi vt germana placet resolutio.*

Vltimò Franc. de Amic. tit. de his, qui feud. dar. poss. ver. feud. & veniendo. §. 8. fol. 161. volum. 2. in fn. & fol. 163. col. 1. dicit, quòd pro degustatione
 18 *propositi articuli, visum fuit discer-*

rere, quid sit vita, & militia, & dicit, quòd ipsi cogitanti superuenit decisio Andrea in cap. 1. num. 13. titul. qui successor sequuntur, vbi in differentijs feudi prophani, & sacri, dicit ista verba, feuda non sic, nam non possunt omnibus, non enim feminis, non Clericis, & qui arma bellica deponunt; nam non mancis, non debilitatis, & postea subdit: comparantur quidè militia; vnde ego infero, quòd feuda, & militia comparantur, & idè vocata est vita militia, quasi vita de militia, idè de feudo, quod debetur secundogenito, & oritur de visceribus militia, & de fructibus feudi, & sic nominata est vita, quia habet ius finiturum, l. uxor patru, C. de legibus, l. corruptio-nem, C. de usufruct. & nominata est militia, quia debetur per primogenitum occasione militia, idè feudi, & sic occasione rei.

Sed hæc opinio Franc. de Amicis coincidit cum opinione illa, vita, & militia, idè alimenta condigna militi, & sic apparet, quare alimenta, quæ debentur secundogenitis, ex feudo appellentur vita, & militia in Regno nostro. Sed interim teneas descriptionem Iulij Cesar. Galluppi cum notulis meis, quia est magis vniuersalis, complectens omnia.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an successerit loco portionis hæreditariæ, vel loco alimentorum, vel legitimæ, referuntur opiniones diuersorum, & examinantur, & concordantur, cōsiderādo ius commune Romanorum, ius Longobardorum, & Francorum, et mores, et iura locorum circa feudi successionem.

S V M M A R I A .

- 1 Vita, & militia in cuius iuris, vel rei locum successerit, variant DD.
- 2 Vita, & militia successit in locum legitimam secundum unam opinionem, qua declaratur, & confutatur, & num. 3.
- 3 Legitima non competit, nec competit secundogenitis super feudo.
- 4 Vita, & militia successit loco portionis feudi spectantis ad secundogenitum, ex opinione aliorum, qua declaratur, & impugnatur, num. 5.
- 5 Vita, & militia an debeat de feudo dignitatis.
- 6 Feuda dignitatis, & si indivisibilia, tamen diuiduntur quoad administrationem, usum, & nominationem.
- 7 Vita, & militia successit loco alimentorum, ex opinione aliorum, qua declaratur, & est receptor, usque ad finem quaestionis.
- 8 Vita tantum, vel an vita, & militia coniunctim successerit loco alimentorum, declaratur, & nu. 9.
- 10 Vita, & militia est ius de per se, non dependens, nec succedens in alterius iuris, siue rei locum, ex opinione aliorum.
- 11 Opiniones de vita, & militia successu discordantes concordantur, & numeris sequentibus.
- 12 Ius commune Romanorum, Longobardorum, Francorum. Mores enim, & Constitutiones Regni Neapolitani in concordandis opinionibus de vita, & militia successu considerantur.
- 13 Ius Romanorum dicit legitimam tateris filijs, substituto primogenito uniuersali herede.
- 14 Ius Longobardorum vocabat omnes filios ad feudi successionem.
- 15 Ius Francorum in feudi successionem, praefert primogenitum secundogenitis concurrentibus cum illo.
- 16 Mores, & Constitutiones Regni Neapolitani, secundogenitis exclusis, grauant primogenitum ad praestandam vitam, & militiam.

17 Militia non habet successum in alterius locum, sed nouiter introducta.

Q V A E S T I O III.

- 1 **C**Ontrouersa iam satis fuit quaestio, quae Regnicolarum ingenia torfit, indagando in cuius rei locum successerit uita, & militia, uel cuius rei loco debetur, in qua quaestione Regnicolae in quatuor iure sententias tam legendo, quam consulendo.
- 2 Prima fuit opinio illorum, qui dixerunt, quod uita, & militia debita secundogenitis in feudo iuris Francorum successit loco legitimae debita de iure naturae, quippe mortuo patre omnes filij succedebant in eius uniuersum ius, & quaerens a patre melioraretur primus filius, tunc secundogeniti debet habere legitimam de iure naturae, qua nullo modo priuari possunt filij absque legitima causa, ideò cum in feudi successionem uidetur primogenitus honoratus magis, ac melioratus, dum ad totum feudum succedit, ex qua successionem, si aliam esset diuisibilis, spectaret ad secundogenitos, legitima, quae cum sit quota bonorum, sequeretur, quod feudum diuideretur inter filios, repugnante regula iuris Francorum prohibente feudi diuisionem; propterea ne secundogeniti mendicarent in dedecus familiae, ac eiusdem fratris primogeniti, inoleuit consuetudo, (de qua in prima quaestione huius tractatus,) quae secundogenitis appanagiū dedit apud Francigenas, & apud nos uitam, & militiam, & sic merito docent, quod haec uita, & militia successit loco dictae legitimae, quam debebant habere ipsi secundogeniti, si successio diuisibilis, & feudum non esset iuris Francorum, prout trā intelligenda sunt, quae dixi de Iure Adobae, quaest. 26. nu. 14. circa finem, nam dum dico, secundogeniti, & feminae debebant habere par-

partem in feudo, omisi, si non esset Iuris Francorum. Hanc sententiam docuere *Barthol. Camer. in cap. Imperialem, fol. 102. col. 2. lit. G. cum seqq. usque ad col. 4. lit. S. Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 2. nu. 1. Io. Pet. Surd. de alimen. tit. 5. quæst. 1. num. 31.* licet ab ipsa postea discedat, *Ioannes Antonius Cannetius in cap. si aliquem, vers. Et pariformiter, n. 4. f. 332. Traquel. de iure primogen. q. 78. n. 8. Paris de Puteo de reintegrat. feud. rubr. 176. Sigism. Loffred. paraphras. feud. cap. 1. S. quid ergo, colum. 2. de inuestit. de re alien. facta, & passim Feudistæ varijs in locis, Iulius Casar Gallupp. par. 3. cap. 4. num. 29.* eamque inter consulendo sequuti sunt *Iacob. Menoch. cons. 411. num. 314. & seq. volum. 5. de Ponte cons. 79. num. 11. Io. Thom. Minad. cons. 1. num. 31.* ac illam defendit *Fab. de Ann. cons. 6. à num. 3. per plures sequentes, & consil. 120. volum. 1. Vincent. de Fransb. decis. 20. num. 9. Franc. Bursat. consil. 2. nu. 79. volum. 1. Mar. Giurba decis. 24. sub num. 24. vers. siue eorum denique sequamur opinionem, Masquill. decis. 85. nu. 17. volum. 1. & Reg. Consil. Theodorus allegat. 81. n. 4.* ex pluribus probat hanc opinionem.

3 Sed hæc opinio, salua pace, & reuerentia ipsorum, mihi non arridet, siquidè si admittimus, quòd totum feudum est legitima primogeniti, prout ita docuerunt *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. different. 19. num. 1. Bartholom. Camerar. ubi supra, fol. 99. liter. D. & fol. 102. colum. ultim. liter. N. ad lit. S. Io. Vincent. Ann. in rubric. de vasall. decr. p. etatis, nu. 137. & seqq. Io. Petr. Surd. de alimen. tit. 5. quæst. 2. num. 33. Reg. Lanar. consil. 1. num. 20. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensibus super dotibus, S. 2. num. 11. & 14. idem Io. Vincent. Ann. singul. 197. & Nos de iure releu. par. 2. quæst. 15. num. 15. & de iure Adoba, quæst. 26. num. 13. ex Hostiens. in cap. licet, de voto, colum. final. & ibi alij DD. Ioannes Thomas Minad. in Constitut. In*

aliquibus, in verbo successiue, num. 27. ergò quomodo potest dici, quòd super eo competat legitima secundogeniti, si totum est legitima primogeniti, & expressè dixerunt *Doctores*, quòd in feudo, in quo succedit solus primogenitus, alij filij non debent habere legitimam, prout docent *Regens Lanar. d. consil. 1. num. 20.* ex sententia *Abbatis ibidem, num. 9. & glos. ibid. idem Abb. consil. 3. num. 4. circa finem, volum. 2. Petr. Iacob. de success. Regni Franciæ, vers. sed quid dum decessit, GiZZarell. decis. 37. num. 46. idem Camerar. fol. 99. colum. penult. liter. E. & Nos de iure Adoba d. quæst. 26. nu. 13. & 14.* supradictam impugnamus sententiam.

Secundò, malè dicunt, quòd successit loco legitimæ, nam si hoc esset verum, sequeretur, quòd vita, & militia saperet naturam legitimæ, & esset perpetua, & transmitteretur ad hæredes, ideò dicas, quòd meliùs est dicere, quòd vita, & militia non deberetur loco, sed ad instar legitimæ, quatenus legitima in feudo cõsideraretur, prout docet *Io. Petrus Surdus de alimen. tit. 5. num. 33.* & hanc sententiam etiam reijcit *Minad. consil. 1. à n. 56. cum seqq. Molfes. consil. 9. nu. 16. & seqq.*

4 Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, quòd vita, & militia successit loco portionis feudi, quæ spectabat ad secundogenitos, quando feudum erat Iuris Longobardorum, per *cap. omnes filij, si de feudo defuncti, & cap. 1. de successione feudi*, nam de iure Longobardorum omnes filij succedebant, sicque antè *Constit. In aliquibus, & Vt de successioneibus*, seruabatur in Regno nostro Ius Longobardorum, quo postea quasi aboleto, fuit introductum Ius Francorum in aliquibus feudis Regni nostri, & quasi in omnibus, vt in *d. Constit. Vt de successioneibus*, ibi, *speciali Iure Francorum viuentes*, secundum quod primogenitus solus succedebat, cum

onere dandi appanagium secundogenitis, quod est idem, quod alimenta, vt supra docuimus q. 1. hanc sententiam docuere *Andr. de Ifern. in Constit. Comitibus, col. 1. in verbo Comitibus, & Baronibus, n. 60. Sigismūd. Loffred. in cap. 1. S. quid ergo, vers. Vel danda militia fratri, de inuestis. de re alien. facta; Tiraq. de primogen. q. 74. n. 3. Quidam author S. 28. fol. 412. Pet. de Monteforte inter opera Barthol. de Capua in d. Constit. Comitibus, Paris de Puteo de finib. feud. cap. 4. num. 16. & 28. 10. Ang. Pisanell. in comment. ad Pragm. editam Thori, nu. 50. Petrus de Greg. de vita & militia, q. 1. sub nu. 10. vers. propterea, Barthol. Camer. in cap. Imperialem, lit. G. vers. circa secundum, Octavius Bambacar. in cap. omnes filij, q. 6. num. 70. vers. communis tamen, & verior opinio, si de feud. defunct. dicēs, quod hæc opinio est communis, & verior, cui me subscripsi de Iure Adobe, q. 26. nu. 8. & seqq. num. 21. Doctor Marta de iurisdic. casu 23. n. 11. & 31. & pro hac opinione pugnavit Io. Thom. Minad. cons. 1. num. 44. 56. & 67. vers. & ex his omnibus concluditur, qui validè impugnando, ac diluendo sententiam illam, quod successerit loco legitimæ, tenet, & fundat hanc sententiam, quod successerit loco portionis feudi, Io. Vincen. Anna alleg. 70. nu. 14. & alleg. 23. n. 5. Gugliel. de Perno cons. 11. n. 10. Io. Frac. de Ponte cons. 79. n. 8. & 9. 10. Pet. Surd. consil. 35. num. 17. Afflic. decis. 43. & 138. num. 2. Antonius Capyc. decis. 3. num. 3. Vincent. de Franch. decis. 20. num. 1. & 3. & decis. 61. num. 2. D. Garfias Mastrell. decis. 165. nu. 16. Mar. Giurb. decis. 24. num. 24. vers. stude vt Minad. Molfes. consil. 9. num. 10. 24. & 27. in 1. parte Consuetud. Io. Lecirier de primogen. lib. 2. quæst. 19. in fine.*

5 Sed hæc opinio impugnatur unica tantum difficultate, quam refert Octavius Bambacar. dicto loco nu. 72. dicens, quod feuda dignitatum de

Iure Longobardorum non diuidebantur inter filios, quia solus primogenitus succedebat, & tamen videmus, quod adhuc secundogeniti habent de illis vitam, & militiam ergo non est verum, quod vita, & militia sit debita loco portionis feudi.

Sed hanc difficultatem resoluunt Minad. dicto consil. 1. num. 27. Octavius Bambacarius dicto loco, num. 73. & Horat. Montan. in l. Imperialem sub num. 224. vers. sic pariterque vitam, & militiam non agnouit, lit. K. de prohibis. feud. alien. per Frideric. dicentes, quod de Iure Longobardorum, & si feuda dignitarum non diuidebantur corporaliter, & substantialiter, vt annuit Montan. d. loco, tamen omnes succedebant, & inter se diuidebant vsum administrationis, & exercitium iurisdictionis, & omnes appellabantur Comites, & Barones, quinimodò dicit Bambacar. quod in Statu Mediolani, & tota Lombardia feuda dignitatum diuiduntur, eò quod omnes sunt Comites, per legem illius loci sub tit. de beneficijs, & terris tributarijs, l. 2. lib. 3.

7 Tertia fuit opinio illorum, qui dixerunt, quod vita, & militia successerit loco alimentorum, nam dum frater primogenitus habebat totum feudum, cap. licet, de voto, ideò æquitati consonum erat, quod fratres secundogeniti non mendicarent; quapropter alendi erant de viribus, & facultatibus feudi, quam æquitatem sequuti fuere Francigenæ, qui consuetudinem introduxere, vt primogenitus succedens in feudo præstaret alimenta secundogenitis, quæ alimeta secundogenitorum fuerunt ab illa gēte appellata appanagiū, vt supra q. 1. docuimus, qua consuetudine Francorum postea introducta in Regno nostro, fuit pariter in nonnullis feudis successum per primogenitum tantum, qui primogenitus ex dicta consuetudine fuit obligatus dare alimenta secundogenitis, quæ apud

apud Francigenas fuerunt appellata appanagium, & apud nos adherendo iuri communi fuit appellata vita, quia, ut in *d. quæst. 1.* docuimus, alimenta, & vita idem sunt, sed quia *Constit. Regni Comitibus* addit, ut etiam secundogeniti militarent ad expensas primogeniti, merito coniungendo vitam, & seruitium militare, postea isto communi vocabulo vita, & militia coniunctim fuerunt appellata, quam passim dicemus successisse loco alimentorum de æquitate, & loco appanagij debiti de iure Francorum, & sic vita, & militia de iure Regni nostri idem est, quod appanagiū de iure Francorum, hanc sententiam docuere *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. quæst. 19. num. 1. & 2. de differ. inter feud. ex pacto ab hereditarijs; Petrus de Gregorio de vita, & militia, quæst. 2. num. 11. Ioseph Cumia in cap. si aliquem, vers. maritata n. 438. de successu feud. Paris. de Puteo de finibus feud. sapite antepenultima, nu. 7. 9. & 12. Affli. in Constit. Comitibus, num. 6. ad n. 2. D. Gars. Mastrill. ad Petrum de Gregorio d. q. 2. in ver. alimentorum, vers. sed in contrarium est restitutio. & vers. ex his omnibus, eamque refert, sed ab illa discedit *Offanius Bambacar. d. cap. omnes filij, q. 7. nu. 70. vers. Camerar. & in vers. Cumias tamen in fine, Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. q. 57. num. 13. Iul. Casar Gallupp. in meth. feudal. par. 3. cap. 4. nu. 26.* explicans, quod vita, & militia idem sit, quod alimenta, & illorum loco successisse, & sic dicta, quasi vita, idest alimenta, Militia, idest expensa condigna militi, *Horat. Montan. in Cap. Imperialem num. 224. lit. K. in fin. Io. Francisc. de Ponte de potestate Proreg. sit. de assensib. Regijs, S. 4. à num. 28. & seq. Affli. decis. 252. num. 5. Mar. Giurba decis. 24. num. 24. vers. sic. siud. illam, Andr. Molfes. conf. 9. nu. 1.* dicens, hanc esse receptiorem sententiam nu. 14. ante finem numeri.*

8 Sed huic sententiæ obstant non-

nulli, dicendo, quod de iure Francorum dabatur tantum appanagium, & sic alimenta secundogenitis, quæ alimenta (ut toties diximus) idem sunt, quod uita, merito uita tantum possumus dicere, quod successerit loco appanagij, & sic alimentorum militia autem non fuit cogitua de iure Francorum, sed tantum fuit introducta ex prouidentia *Constitut. Comitibus*, merito militia non potest dici, quod sit subrogata loco alimentorum, ut dicit *Montan. loco allegato, & alij ex supradictis Doct.*

9 Sed huic obiectioni responderetur. Nam de iure Regni nostri frater alimentatus à primogenito tenebatur etiam militare, merito alimenta debent esse condigna militi, & sic uita, & militia explicatur, idest uita condigna militi, ita explicat *Molfes. dicto consil. 9. num. 1. Gallupp. dicto loco, Fab. de Ann. consil. 4. num. 48. vol. 1.* ubi allegat *Minad. consil. 1. num. 44.* nempe quod debentur alimenta non simplicia uti pagano, sed condigna militi, & sic licet semper sint alimenta, tamen sunt alterata cum qualitate, siue onere militari, quæ qualitas, siue onus non consideratur in appanagio Iuris Francorum, & sic in Francia, sed in illis Regnis, ubi uiget talis consuetudo militandi.

Quarra fuit opinio *Io. Thom. Minadoi consil. 1. num. 44. & 67. & Nicol. Anton. Gazzarell. decis. 37. num. 45.* cum seqq. dicentium, quod uita, & militia non sit loco alimentorum, sed loco portionis, non loco legitimæ, sed ius quodam separatum, de per se consistens, sed deriuatum à legitima, ab alimentis, & portione, participans de alimentorum natura, quia morte extinguitur, participat de legitima, quia sine causa secundogenitus non priuatur uita, & militia, & ad eius instar taxatur, participat de portione, quia de fructibus debetur, qui diuiduntur, & tamen differt à legitima, ab alimentis,

& à portione, ut dicunt *Minad. & Gizzarell. dictis locis.*

Pro concordia tamen istarum opinionum sunt consideranda nonnulla iura. Primò Ius commune Romanorum. Secundò Ius commune feudorum, & sic Ius Longobardorum. Tertiò Ius Frácorum. Quartò Mores, & Constitutio Regni Neapolitani, & Siculi.

Primò, si consideremus Ius commune Romanorum antequàm feuda inuenirentur, tunc certum est, quòd
13 relicto hærede uniuersali uno filio, debetur legitima alijs filijs, & hoc idè, quia primitus omnia bona erant allodialia, sed horum honorum genere aliquo, siuè parte postea mutato in feudale Francorum, idem erat quasi, quòd primogenitus filius fuisset institutus in toto patrimonio, & sic in feudo, meritò considerato illo primæuo iure, antè feudi qualitatem, ex quo spectabat legitima ad alios filios, non institutos hæredes uniuersales, meritò possumus dicere, quòd ita procedat opinio illorù, qui dixerunt, quòd uita, & militia successerit loco legitime, de iure naturæ debita.

Secundò, si consideramus Ius commune feudorù, & sic Longobardorù,
14 tunc omnes filij succedebat in feudo, & per consequens quilibet in parte sua, quod Ius Longobardorù nõ fuit receptù in Frácia, imò cõtraria consuetudine aboletum, cum omnes filij concurrant in successione feudi, sed primogenitus præfertur secudogenitis, qui secudogeniti excluduntur, donec superest primogenitus, & eius descendentes, sed dicti secudogeniti ex more Francorù ratione dictæ exclusionis habebat alimèta, meritò attento hoc iure, dicendù est, quòd procedit opinio illorù, qui dicunt, quòd uita, & militia succedit loco portionis in feudo. Quæ ratio exclusionis à feudi successione ob cõcursum primogeniti, & sic maioris natu militat

non solum in linea descendente, succedere in feudo cõmunis patris, sed etiã in linea collateralis, quando plures nepotes, vel fratres, sistentes in eodem gradu successibili, intendunt succedere patri, vel auunculo, vel fratri in eius feudo, de quo nullã habuerunt vitam, & militiam, eò quòd fuerunt exclusi à maiore natu, vt dicam infra q. 20. & 21.

15 Tertiò, si consideremus Ius Francorum, tunc in feudi successione cõcurrunt omnes filij, sed in concursu (vt dixi) primogenitus præfertur, & excludit secudogenitos, quibus dabitur appanagiù, idest alimèta, quod Ius Francorù fuit introductù in Regno nostro, in quo ad instar Francorù fuit successum in feudo, vt primogenitus excludat in cõcursum secudogenitos, sed quia de Iure Francorum dabatur appanagiù, meritò etiam in Regno nostro de consuetudine fuerunt data alimèta secudogenitis, quæ fuerunt appellata vita, & militia, quia dicta alimèta debebantur cõdignè, etiam vt militibus, quia militare tenebantur, vt supra docuimus, meritò attento hoc iure potest procedere opinio illorum, qui dicunt, quòd successerit loco alimentorum.

16. Quartò, cõsiderando mores, & Cõstitutiones Regni, tunc distinguitur vita à militia, quia Vita, & sic alimèta fuerunt introducta, ac debita ex more, & cõsuetudine Regni nostri, ut in *Cõst. Vt de successioneibus, & in Cõst. In aliquibus*, Militia autè ex *Cõst. Regni Comitibus*, vt patet ex illis verbis *d. Capituli, secundù Regni Cõstitutiones, moresq; probatos*, & sic Vita ex cõsuetudine approbata in Regno fuit subrogata loco alimentorum, & sic appanagij debiti ex consuetudine Frácorum, Militia autem fuit induta ex *Cõst. Regni Comitibus*, & nullius loco subrogata.

17 Sed quia (ut dixi) dicta alimenta, & sic uita debebat subministrari secudogenito condigna, ut militi, me-

meritò appellata fuit vita, & militia, sed non quòd militia sit subrogata loco alimentorum, dum verè fuit de nouo introducta ex benignitate Cõstitutionis, & hæc est vera, & germana resolutio, vt uita, & sic alimenta condigna militi de more Regni nostri à Constitutione illius debita, sit subrogata loco alimentorum debitorum de iure Francorum.

Alias concordantias habes apud *Minad. d. loco, nu. 28. & 64.* & apud *D. Garfiam Mastrell. in addit. ad Petr. de Gregor. q. 2. versic. Ex bis omnibus,* & apud alios *DD.* supra allegatos.

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an sit onus feudi, vel fructuum feudaliũ, & distinctis feudorum oneribus concluditur, quòd sit onus reale feudi, non tangens vtile dominium, sed tantum fructus, etiam contra tertium possessorem.

S V M M A R I A.

- 1 Onera feudi quotuplicia sint, indicatur.
- 2 Fidelitas vasalli est de substantia feudi, sic & seruitium, quod inest fidelitati.
- 3 Seruitium vasalli est de natura feudi.
- 4 Adoba, & releuium sunt seruitia in Regno Neapolitano.
- 5 Onera accidentalia feudi indicantur.
- 6 Vita, & militia an sit onus feudi, declaratur, & numeris sequentibus.
- 7 Vita, & militia, & paragium an sint onera feudi, declaratur.
Opus feudi quomodo consideratur, sub num. 7.
- 8 Vita, & militia an sit onus feudi reale,

declaratur, vt tangat fructus, non autem vtile dominium feudi.

- 9 Vita, & militia est onus feudi reale legitimum, & sequitur feudum, & numeris seqq. 10. & 11.

Q V A E S T I O. IV.

1 **E** T si *Doctores* feudistæ in definiendo feudo dixerint, quòd feudum sit gratuita concessio à Domino facta vasallo, vt per *Henr. à Roset. de feud. c. 1. tit. de def. feud. cõcl. 1. 2. & 3.* tamen feudum hoc sic gratuitò concessum sentis, & subit multa onera, quæ ad solum primogenitum, quando illud est iuris Francorum, spectant, quorum nonnulla sunt de substantia feudi, & nonnulla de natura feudi, & nonnulla accidentalia feudi, *Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verbo onere, de success. feudal. & nos infra q. 41.* post alios distinguit *Henric. à Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 53.* *And. Kboh. de seruit. feudal. par. 4. tit. de causa formal. seruit. num. 90.* *Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 10. per totam,* & Nos latius, & artificiosè infra q. 39.

2 De substantia feudi est fidelitas vasalli, & per consequens seruitium illud, quod inest fidelitati, & sic seruitium illud, quo opus est ad conseruandam fidelitatem Domino, dixerunt præallegati *Doctores*, & præcipuè *Rosental. & Intrigliol. locis allegatis*, & tunc tale seruitium, eo quòd debetur de feudaliibus, & sic de feudo, propterea est dicendum, quòd sit onus feudi ex eius substantia debitum, & de substantia feudi.

3 De natura feudi sunt illa onera, sine quibus substantia feudi potest consistere, sed non natura, quia feudi natura producit suos effectus, nèpè iuuare Dominum, & alia, prout dicere possumus, quòd hodiè in Regno est adhoa, quæ est onus feudi, tanquam debitum loco seruitij, vt Nos latè diximus in *tract. de Iure*

Adoba, quæst. 8. per tot. Fab. de Anna conf. 6. nu. 18. Non sic releuium, quod est medietas fructuū illius anni, quo feudatarius moritur, debenda Domino ob inuestituram, & datur loco seruitij pro illo anno, vt Ego latè dixi in meo *tract. de iure releuij p. 1. q. 6. per tot.* Sed ex quo hodiè est seruitium, videtur dicendum, quòd hodiè sit onus de natura feudi, vt dixi Ego *de iure releuij d. p. 1. quæst. 6. num. 21. Mastrill. decis. 112. num. 55.* Sic etiam vita, & militia, & paragiū, quæ imponuntur feudo à lege Regni videntur esse de natura feudi, *Fab. de Anna conf. 4. n. 18. & seqq.*

5 Accidentalìa feudi sunt illa, quæ vltra substantiam, ac naturam feudi accesserunt illi per impositionē Domini, de quibus *Fab. de Anna d. loco num. 19.*

6 Et quòd vita, & militia sit onus feudi, docuerunt *Andr. de Iser. in Constit. Comitibus, in 2. lect. in princ. Paris de Putco de reintegrat. feud. tit. de singl. feud. cap. 4. nu. 7. Barthol. Camerar. in cap. Imperialem. fol. 102. a ter. colum. 3. sub litera M. & ibi Capyc. col. 101. Petr. de Greg. de vita, & militia, quæst. 3. num. 1. idem Andr. de Iser. clariùs expressit in cap. 1. S. quid ergo, num. 6. de inuest. de re alien. facta, loa. Thom. Minad. in Constit. In aliquibus, nu. 13. de success. nobil. in Regno, & decis. 10. num. 2. Io. Cannelius in repetit. cap. volentes, fol. 100. versic. est etiam onus, colum. 1. nu. 10. Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verbo onere, num. 3. vers. in verbo in antiquis, nu. 553. vbi allegat Camerar. in d. cap. Imperialem, fol. 13. lit. B. & seq. Octavius Bambar. in cap. qui Clericus, nu. 192. si de feud. defun. & hanc sententiam defendit *Fab. de Anna conf. 4. num. 18. & seqq. Pater Andr. Molfes. consil. 9. num. 11. Anell. Amat. conf. 12. num. 15. Marcell. Marcian. consil. 56, sub num. 3. D. Garf. Mastrill. decis. 102. nu. 11. lib. 2. dicens, esse onus legitimum, Marius Giurb. decis. 24. sub num. 24. vers. nihilominus.**

7 Fundant hanc sententiam ratione, quia onus feudi dicitur illud, quod tangit ipsum feudum, vel quod lex imponit feudo, ità *Marin. Frecc. de different. feud. ex pact. & hereditar. different. 13. rub. 291.* vel quod habet originem necessariam, vel initium necessarium ex ipso feudo, non autem extrà feudum, cuiusmodi est maritare filiam fœminam, & alimenta præstare secundogenitis; ità post alios doctè explicat *Fab. de Anna conf. 4. num. 17. 22. & 25. vers. ex istis.* Et etiam ex alia ratione, quia secundogenitus per cap. Alienationis actus habet actionem contrà primogenitum in rem scriptam contrà feudū, & idèd causatur tale onus, ità ex *Regente Moles deduco Ego de iure releuij par. 2. quæst. 14. nu. 20.*

Fundant autoritate *Andreas de Iser. in cap. 1. S. quid ergo, vers. vel esset onus feudi,* vbi explicando, quæ sint onera feudi, ponit exemplum in Regno nostro, vt est paragiū, & vita, & militia; *Anton. Capyc. in cap. Imperialem, fol. 44. in magnis, vers. ex quo factis, Fab. de Anna d. consil. 4. num. 24. & 25. Afflic. in cap. Imperialem, q. 30. vbi Montan. fol. 105. à ter. nu. 224. circa medium.*

8 Intellige primò hanc sententiã, vt vita, & militia sit onus reale feudi, eique annexum, cum hac declaratione, vt non tangat proprietatem, aut vtile dominium ipsius feudi, sed tantū fructus, & sic sit onus fructuum feudi, ità *Afflic. in Constit. Comitibus, col. 2. vers. pro ista 2. parte, Io. Anton. de Nigris in d. cap. Alienationis actus, num. 14. Petr. de Greg. de vita, & militia, quæst. 3. num. 4. Io. Petr. Surd. de aliment. titul. 49. num. 1. Mar. Giurba d. decis. 24. sub num. 24. versus sine v. Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. à num. 28. ad 31. Molfes. consil. 9. nu. 13. & nouissimè Io. Baptistà Bilotta conclus. feud. 14. num. 3.*

9 Intellige secundò, vt sit onus reale, adèd vt sequatur tertium possessorem,

- forem, *Petr. de Greg. d. quæst. 3. num. 6.*
- 10 *Io. Anton. de Nigris in d. c. Alienationis actus, nu. 4. de vita, & militia, Barthol. Camerar. in c. Imperialem, f. 50. lit. E. & fol. 102. lit. M. & dico infra quæst. 34.*
- 10 Intellige tertio, vt sit onus legitimum, ita ex *Andr. de Iser. in Constit. Comitibus Affl. decis. 43. & 134. n. 2. Mastrill. decis. 112. nu. 11. vol. 2.*
- 11 Intellige quarto, vt hoc onus sequatur feudum, etiamsi vadat ad quemcunque possessorem, siue emptorem, vt dicam infra *d. g. 34.*
- 9 *Vita, & militia, & dotis de paragio differentia, remissiuè.*
- 10 *Vita, & militia, & dos de paragio concordant in qualitate debendi.*
- 11 *Vita, & militia, & dos de paragio concordant in ratione debendi.*
- 12 *Vita, & militia, & dos de paragio concordant in tempore debendi sanctum.*
- 13 *Argumentum de vita, & militia ad dotem de paragio procedit in æquiparatis.*

Q V A E S T I O. V.

1 **E**T quia ex differentijs, vel concordantijs rerum datur aliqualis notitia illarum; propterea videbimus hic, qualiter vita, & militia distet, vel concordet cum dote de paragio, & cum legitima debita iure nature, & cum alimentis, quas differentias, & concordantias non erit otiosum indagare, *Petr. de Greg. Dux, & Auriga noster* in hac materia nonnullas posuit differentias in *d. tract. de vita, & militia q. 11.* Ego autem illas ampliando, ac alias addendo dico, quod vita, & militia differt à dote de paragio.

2 Differunt primò ratione institutionis, nam vita fuit instituta ex moribus Francorum introductis in Regno nostro, vt in *c. Alienationis actus*, ibi, *moresque probatos*, militia ex *Constitutione Comitibus*, & dos de paragio fuit introducta per *Constitut. Vt de successioneibus*, vt Nos supra *q. 1. & seq.*

3 Differunt secundò in materia debendi, nam vita, & militia debetur de fructibus, & commoditatibus feudi, vt dicemus infra hoc *tract. quæst. seq.* dos de paragio debetur in proprietate de valore feudi, vel numerata pecunia, *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 11. num. 5.*

4 Differunt tertio in quantitate temporis debendi, quia vita, & militia debetur vita durante secundogeniti, cum qua extinguitur, & non tran-

fit

A R G V M E N T V M.

Vita, & militia an differat à dote de paragio, & in quibus, vel an etiam concordet, & in quibus, & ideò in æquiparatis valere argumentum de vna ad aliud, demonstratur.

S V M M A R I A.

- 1 *Vita, & militia in quibus discordet, vel concordet cum dote de paragio, ponitur.*
- 2 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt ratione institutionis.*
- 3 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt ratione materie debenda.*
- 4 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt in tempore debendi.*
- 5 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt in modo taxandi.*
- 6 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt in actione.*
- 7 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt in qualitate rei debenda.*
- 8 *Vita, & militia, & dos de paragio differunt in executione, & quid de appanagio.*

- fit ad filios, vt dicam *quæst.* 32. *nu.* 6. sed dos de paragio debetur in pecunia perpetuo, & transit ad filios, *Petr. de Gregor. de dote de paragio q.* 12. *n.* 2. & *q.* 2. *n.* 6.
- 5 Differūt quārtò in modo taxādi, nam vita, & militia taxatur habito respectu ad quantitatem fructuum feudi, computata persona primogeniti, vt dico infra *quæst.* 6. sed paragium taxatur habito respectu ad legitimam, & sic potest esse minus legitima, *Petr. de Gregor. de dote de paragio q.* 27. *nu.* 1. & *seqq.* & *q.* 24. & *q.* 2. *num.* 5.
- 6 Differūt quintò in actione, quia pro vita, & militia datur actio realis contrò quemlibet possessorem feudi, secūdum communem opinionem, dixi supra *quæst.* 4. licet verior sit sententia, quòd sit personalis in rem scripta, dico infra *q.* 30. *n.* 8. *Petr. de Gregor. de vit. & milit. q.* 11. *n.* 4.
- 7 Differūt sextò in qualitate rei debendæ, quia vita, & militia debetur in fructibus feudi, de quātitate fructuum illius diuidenda inter secundogenitos, computata etiam persona primogeniti, secūdum æquiorē sententiam, de qua Nos infra *quæst.* *seq.* sed paragiū debetur in quātitate numeratæ pecuniæ, *Petr. de Gregor. d. q.* 11. *num.* 5.
- 8 Differūt septimò in exequutione, quia pro illius consequutione, nempe pro vita, & militia fit exequutio super fructibus, nō autem super corpore ipso feudi, sed pro paragio fit exequutio super corpore feudi in subsidium, vt dico *quæst.* 32. & *seqq.*
- 9 sed quid de Appanagio an differat à legitima, vide *Guillel. de Monteferrato de success. Regum Francia, dubio* 4. *sub num.* 7. & *Ioannem Lecirier. de primogenit. lib.* 2. *quæst.* 16. *sub nu.* 10. dicentes, differre in aliquibus, & ad eos remitto lectorem, & de alijs differentijs, si quis curiosus vellet scire, adeat *Doctores* de hac re tractantes, quas inuenire esset potius laboriosum, quàm ingeniosum, dicit *Petr. de Gregor. d. quæst.* 11. *nu.* 1. idè ad concordantias.
- 10 Concordāt Primò in causa debendi, quæ est filiatio, nam sicut vita, & militia debetur fratri, quia filius, *Melsej. cons. nono, num.* 3. *Paris de Puteo de finib. feud. cap.* 4. *nu.* 9. sic etiam paragium debetur feminae, quia filia, vt *Constitut. Regni, Vt de success. sionibus, de Ponte consil.* 79. *nu.* 5. *vol.* 1.
- 11 Concordant secundò in ratione debendi, nempe exclusionis, nam ratio, quare debetur secundogenitis vita, & militia, & feminis paragium est exclusio à feudo, nempe masculi ratione ætatis, feminae ratione sexus, & ratione exclusionis debetur secundogenitis vita, & militia, feminis autem paragium.
- 12 Cōcordant tertio in tempore debendi, illaque taxandi, nam vita, & militia, & paragium debentur, & taxantur tempore mortis illius, cui succeditur cum dicto onere, vt toties in hoc tractatu diximus, & dicemus, *Io. Franc. de Ponte d. cons.* 79. *n.* 5. *post Andr. de Iser. in d. Constitut. Comitibus.* Alias autem differentias, & concordantias videas apud *Io. Petr. Surd. de aliment. tit.* 11. *q.* 1. & *2. Nicol. Ant. Gizzarell. decis.* 37. *num.* 44. *cum seqq.*
- 13 Et demum nota, quòd ex quo vita, & militia à pari procedunt cum dote de paragio, idè dicendum est, quòd argumentum de vita, & militia ad paragium valet in æquiparatis, vt docuit *Andr. de Iser. in Constit. Comitibus, in princ.* *Io. Franc. de Ponte consil.* 79. *num.* 7. *D. Garfias Mastrill. decis.* 85. *num.* 23. *Ioan. Petr. Surd. de aliment. nu.* 9. *quæst.* 1. *Vinc. de Franchis decis.* 61. *num.* 1.



ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ quantitas quomodo taxetur, & consideratis fructuum quantitate, tēpore debendi, ac numero filiorum taxatur. Fructus cōsiderantur naturales, ciuiles, & iurisdictionales percepti, & qui percipi possunt, qui solent percipi tēpore mortis parentum, vel qui poterant percipi tunc tēporis etiā de corpore nō existente in hæreditate, verum erat actio, siuè ius ad illud recuperandū. Semel taxatur, & non singulis annis, nec augetur, nec diminuitur, nisi corporibus auctis, vel diminutis, ex iure existente in hæreditate tempore mortis patris. Et circa taxationem vitæ, & militiæ referuntur diuersæ opiniones, quæ concordantur, & relinquitur arbitrio iudicis. Quæ debeant probari in taxanda vita, & militia, referuntur, & considerantur.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia inter fratres quæstio per Iudices reduci solet ad concordiam.
- 2 Fratres taxam vitæ, & militiæ sæpè remittunt consanguineis.
- 3 Vita, & militia quantitas regulatur

secundum legitimam, & num. 23. & 24.

- 4 Vita, & militia quantitas liquidatur, attenditis fructibus tempore mortis, & numero filiorum.
- 5 Fructus in taxatione vitæ, & militia considerantur, non ut obnoxij debito vitæ, & militia, sed pro taxanda quantitate, secundum vnam opinionem Fab. de Anna.
- 6 Fructus feudi verè considerantur in obligatione debendi pro vita, & militia, non in parte fructuum, sed in pecunia respectiue ad partem fructuum, à num. 26. & 27.
- 7 Fabij de Anna opinio circa fructus feudi pro vita, & militia debito reprehenditur à Ioanne Franc. de Ponte.
- 8 Fructus naturales, ciuiles, & iurisdictionales considerantur in liquidatione vitæ, & militia.
- 9 Fructus percepti, & qui percipi poterunt considerantur in liquidatione vitæ, & militia.
- 10 Fructuum augmentum consideratur in taxatione, vitæ, & militia.
- 11 Tempus in liquidatione vitæ, & militia dupliciter consideratur.
- 12 Tempus mortis patris attenditur in liquidatione fructuum pro vita, & militia.
- 13 Tempus mortis matris etiam attenditur, si feudum est maternum.
- 14 Tempus mortis attenditur in liquidatione vitæ, & militia, tam si tempore mortis, quam postea fuisse ipsa petita.
- 15 Fructus ascendentes feudo ex causa existente tempore mortis, liquidantur ad beneficium secundogeniti.
- 16 Tempus anni soluenda vitæ, & militiæ referatur.
- 17 Expensæ pro recollectione fructuum feudalium considerantur in liquidatione vitæ, & militiæ.
- 18 Filiorum numerus consideratur in liquidatione vitæ, & militia.
- 19 Famina non connumeratur pro liquidanda vitæ, & militia.

- 20 *Fruſtibus feudaliſibus tam liquidatis liquidatur quantitas vite, & militie, & in hac taxatione diuerſe referuntur ſententię, quę examinantur, & ponitur uera, & num. ſeqq. ad 26.*
- 21 *Opinio Andr. de Iſern. & aliorum, quod liquidetur ad inſtar legitime, ponitur, & examinatur.*
- 22 *Opinio Reg. Scipionis Rouiti, quod liquidetur de medietate fruſtuum, ponitur, & examinatur, & concordatur.*
- 23 *Opinia noua circa taxationem vite, & militie ponitur, quod ſit arbitrium Iudici.*
- 24 *Appanagy quantitas in Francia eſt arbitraria, & taxatur ad inſtar legitime, & ſuppletur incongruum. Guillelm. de Monferrato, & Ioan. Lecirier concordantur circa appanagy quantitatem, ſub eod. num.*
- 25 *Conſilium datur patribus pro relinquenda iam taxata uita, & militia in teſtamento, & nationes ponuntur ſub eod. num.*
- 26 *Fruſtus feudales non ſunt in obligatione preſtandi pro uita, & militia, ſed annua quantitas ex fruſtibus elicienda.*
- Taxatio quantitatis vite, & militie ad inſtar legitime ſuit practicata in Regno ſiſo, et in Regno Sicilie, ſub nu. 26.*
- Deciſio Capyc. 158. circa taxationem vite & militie declaratur, ſub numero 26.*
- Et quid in linea collateralis ſub eo. num.*
- 27 *Vita, & militia debetur, utiam quod fruſtus non percipiuntur ex feudo.*
- 28 *Fruſtus in liquidatione vite, & militie atque duntur nõ ſolũ de illis bonis, quę erant tempore mortis in hereditate, ſed etiam in iure recuperandi, vel ſub ſpe conſequendi.*
- 29 *Extrema, quę debent probari pro debenda, & taxanda uita, & militia referuntur, & na. 33.*
- 30 *Citatio parſis requiritur in cauſa liquidationis vite, & militie.*

31 *Extremis in iudicio vite, & militie probatis, & liquidata quantitate ſit exequutio ſtatim.*

32 *Exceptiones nullę, niſi modificatiua opponuntur aduerſus liquidationem vite, & militie.*

Q V A E S T I O VI

1 **V** ſufrequens, practicabilis, & quotidiana eſt in noſtris Tribunalibus hæc quaſtio inter primogenitum, & ſecundogenitos, & ſæpè ſæpius per Iudices reducuntur ad concordiam ipſi fratres litigantes, dando plus, & minus, ſecundum qualitatem perſonarum, ut dicit *Andr. de Iſern. in Conſt. Comitibus, in 2. lect. col. 2.* & Nos paſſim uideamus ſic practicati, nam fratres de ſo puncto, debent vitam, & militiam, ſemper poſtea in taxanda quantitate remittunt ſe conſanguineis, vel affinibus, ſive conſanguinibus amicis, & licet regulariter, ad inſtar legitime debent liquidari, *Capyc. deciſ. ſin. ſub num. 2. Magon. deciſ. 61. num. 1. Loffred. in c. 1. §. qui uerò, de inueſt. de re alien. facta, Vinc. de Franch. deciſ. 61. Maſtrill. dec. 61. n. 2. vol. 1. Pet. de Greg. q. 2. & 7. Nou. collect. 107. n. 21 Borrel. lit. 40. num. 18. & 19. Conſil. Theodor. allegat. 81. nu. 5. Nos infra hæc eadem quaſtione, & q. 37. in princip.*

4 Tamen in hac uite militie liquidatione ſunt conſideranda tria. Primo fruſtus, de quibus debetur. Secundo tempus, in quo debetur. Tertio numerus filiorum, & deindè conſiderato reditu taxatur.

5 Quodad primum ſunt duæ opiniones, una quod uita, & militia debeatur ex feudo, non autè ex fruſtibus, ſed fruſtus ipſi conſiderantur tantum ad ipſius taxationem, non autem, ut debitum, ita *Fab. de Anna conſ. 4. nu. 69. & 70. vol. 1. & conſil. 6. nu. 14. in fine, & num. 15. dicit, Et tunc ſi filio ſecundogenito debetur uita, & militia ſuper feudo, ſubtrahitur ex ipſo, habito reſpe*

respectu ad fructus, quantum capit vita, & militia, & sic etiam de valore feudi, tanquam ad alienum, ut patet ad sensum. hæc Fab. de Anna, idem videtur dicere Io. Thom. Minadous decis. 10. num. 4. circa medium, vers. nec obstat, dicens, Nec obstat, quod taxatio fiat respectu fructuum, quia illud est respectu quantitatis, non tamen, quod ex inde (fructibus non perceptis) vita, & militia non debeatur, &c.

- 6 Secunda est opinio, & verior, ut vita militia debeatur, & taxetur de fructibus feudi, quia feudalibus, & falsam esse opinionem contrariam docuerunt Napod. in Consuetud. Et si testator, nu. 33. ubi non debetur corporaliter de bonis ipsis, quia isto modo feudum veniret diminuendum, quod est falsum, & glos. in Const. Comitibus expressè hanc decidit questionem, dicens, quod non respectu æstimationis feudi, sed respectu fructuum, nè feuda diuidantur, & ad nihilum reducantur, Io. Franc. de Ponte cons. 79. num. 1. P. Andr. Molfes. cons. 9. num. 9. dicens, Fab. de Ann. loquutum fuisse cõtrà veram, & receptam sententiam tenentium, quod vita, & militia debeatur de fructibus, non autem de corpore feudi. Estque hæc sententia adeò vera, quod corpus ipsum feudi non potest alienari pro vita, & militia, sed fructus feudi, ità Andrea de Isern. & Afflic. in Const. Comitibus docet Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 57. num. 44. & ità intellexisse Afflic. in d. Const. Comitibus; ut vita, & militia sit onus feudi respectu fructuum, non autem proprietatis, aut utilis dominij ipsius feudi, docet Marius Giurba decis. 24. sub num. 24. in fine, vers. quod verum intellexit, & ità docui Egomet de lurre relouy. par. 2. quæst. 14. sub num. 10. dicens, quod vita, & militia non ex feudo, sed propter feudum debetur, Anel. Amat. cons. 12. sub num. 27. dicens, nec attenditur valor rei, sed redditus tantum, & antè istos Paris. de

Puteo de reintegrat. feud. cap. 40. nu. 19. & seqq. dicens, & non datur sibi vna pars feudi pro vita, & militia, sed constituitur ex fructibus, & commoditatibus feudi, & hanc sequimur opinionem, quod attenduntur fructus feudi, non autem valor feudi.

- 8 In quorum fructuum liquidatione habenda est ratio non solum de fructibus naturalibus, sed etiam de ciuilibus, putà de pensionibus, penis, & prouentibus iurisdictionis, qui veniunt appellatione fructuum; ità ex Afflic. in cap. Imperialem, §. prætereà ducatus, num. 66. vers. quæro, an debeatur, de prohib. feud. alien. per Frideric. docet Iulius Casar Gallapp. in method. feud. par. 3. cap. 4. num. 67.

- 9 Secundò considerandum est, non solum de fructibus, qui percepti sunt, sed etiam, qui percipi potuerunt à primogenito, & non fuerunt percepti, prout sic fuit decisum in fauorè Marcelli Caraccioli, contra Nicolaum Antonium fratrem, qui prætendebat nõ soluere vitam, & militiam dicto Marcello pro tribus annis, quibus Terra Vici in Apulea stetit in manibus hostium, prout refert D. Minad. decis. 10. num. 8. Iulius Casar Gallapp. d. loco, num. 68. dicens, sic disponi per cap. Alienationis actus, de Franch. decis. 121. num. 12. par. 1. Anna filius d. cons. 4. num. 61. Reg. Rousius Pragm. 25. de feud. num. 6.

- 10 Tertiò considerandum est augmentum fructuum, etsi fructus feudi creuerint propter corpora feudalia reintegrata feudo, ut etiam ex eorum fructibus augeatur vita, & militia, ità decisum refert in fauorem secundogeniti Vincent. de Franchis d. decis. 61. num. 13. de Ponte consil. 79. n. 15. & seqq. & Nos infrà q. 38. dummodò fuerint reintegrata, siuè recuperata ob ius existens in hereditate tẽpore mortis patris, ut infrà d. q. 31.

- 11 Secundò principaliter considerandum est tempus, & illud est duplex, aliud est tempus mortis, iuxtà quod liqui-

- liquidandi sunt fructus, aliud est tempus debendi, & sic solutionis.
- 12 Primū tēpus, est mortis patris, quo attento, & attētis bonis, & quātitate fructuum, qui percipiuntur ex dictis bonis tempore mortis patris, lolet liquidari vitæ, & militiæ quantitas secundogenito, non autē vt in singulis annis, & iuxtā quantitatē fructuum, qui percipiuntur in singula quoque anno fiat taxatio prædictæ vitæ, & militiæ, itā docuerunt *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 9. num. 1. ex Const. Comitibus* sic tradendo docet *Io. Franc. de Ponte cons. 79. num. 1. 2. & 13.* dicens, in tempore taxationis parificari legitimam, & vitam, & militiam, & sic ad euitandas difficultates in singulis annis in facienda liquidatione fructuum, Sacrum Consilium Neapolitanum obseruare cōsuevit, vt vitæ, & militiæ quantitas taxetur secundum quantitatem fructuum, qui percipiuntur tempore mortis patris, aut alterius, cui succeditur, vt testatur *Vincent. de Fræch. decis. 61. num. 20. vol. 1. Canalcan. decis. Fiuizan. 8. num. 16. Io. Mar. Nouar. collect. 107. super Pragmat. 24. de feud. num. 20. Molfes. cons. 9. in fine, Fab. de Ann. cons. 75. num. 12. Mar. Giurba ad Consuet. Messan. cap. 14. glos. 4. par. 1. num. 5. Nicol. Inrighiot. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 17.* & nouissimè *Iulius Cesar Gallupp. in method. feud. par. 4. cap. 3. num. 65. Marcell. Marcian. consil. 56. sub nu. 2. de Ponte d. consil. 70. n. 4. & 13. Reg. Rouit. in Prag. 24. de feud. sub num. 4.* Quod tempus mortis est
- 14 attendendum non solū si vita, & militia fuerit petita statim mortuo patre, sed etiam si fuerit petita longē post mortem patris, aut matris, & itā semper seruauisse, & seruare S. C. Neapolit. docet *Io. Franc. de Ponte d. consil. 79. num. 14. vol. 1.* dicens, sic fuisse factam liquidationem in causa D. Francisci de Gueuara cū Goffredo Palagano, & hoc cum ratione, quia circā tempus taxationis parifi-
- cantur vita, & militia, cum legitima, *Mastrill. decis. 64. num. 2.* & Nos supra diximus, & dicit ibi *de Ponte*, & ideò sicuti in legitima semper attenditur tempus mortis, etiam quòd fuisset petita longē post mortem, quia attenditur tempus mortis in liquidatione vitæ, & militiæ, prout sic
- ★ iudicauit S. C. liquidando quantitatem vitæ, & militiæ, attento tempore mortis, non obstante, quòd longē postea fuerit petita in d. causa D. Francisci de Gueuara cū Goffredo Palagano refert *Io. Franc. de Pöte cons. 79. num. 14.* Sic etiam si fructus accesserunt feudo post mortem feudatarij, vt quia corpora reintegrētur, adhuc in liquidatione corporum reintegratorum attenditur tempus mortis, ★ prout seruatum fuisse in S. C. refert *Vinc. de Franch. d. decis. num. 23.* & dixi supra num. 10.
- 16 Aliud est tempus debendi, vt scilicet quota, vel qua anni parte vita, & militia debeatur, tamen seruatur, quòd debeatur tertiatim, non autem tempore recollectionis, testatur *Reg. Rouitus Pragm. 25. num. 6. de feud. & dicam infra q. 32.*
- 17 In qua liquidatione fructuū pro taxanda vita, & militia debet haberi ratio expensarum, quæ erogantur per primogenitum in recollectione fructuum feudalium, quæ expensæ minuunt vitam, & militiam; nam fructus dicuntur deductis expensis, notatur in *l. fructus, ff. sol. matrimonio*, & itā in terminis liquidationis vitæ, & militiæ docet *Io. Anton. de Nigris in cap. Alienationis actus, sub num. 14. in noua additione*, sed an deducatur adoha, dico infra *quæst. 39.* & quid in expensis ad perpetuam utilitatem feudi, *Tiraquell. de primog. quæst. 74.* dixi *Ego de lure Adoha, quæst. 24.*
- 18 Tertia principalis consideratio in liquidatione uitæ, & militiæ est numerus filiorum existentium tempore mortis parentum, & in hoc etiam uita, & militia parificatur cum legitima,

- tima, quæ sicut liquidatur attento numero masculorum, & reminarum, ita pariter vita, & militia, liquidatur attento numero filiorum masculorum tantum, ita docuerunt *Matth. de Affl. Et. in d. Constit. Comitibus, Petrus de Gregor. de vita, & militia, q. 7. nu. 4. P. Molfes. d. conf. 9. sub n.*
- * 16. & ita vsus approbavit, vt testatur *Fab. de Ann. d. conf. 6. nu. 13. vbi allegat Andr. de Ifern. in d. Constit. Comitibus, & Affl. ibid. q. 3. notab. 3 & Guilielm. de Perno conf. 11. col. fin. vers. sed in quantum, Ant. Capyc. decis. 211. in fine, Io. And. de Georg. alleg. 9. num. 21, Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. q. 57. nu. 17. Marcell. Marcian. conf. 56 sub n. 5, & passim alij Regnicolæ, Reg. Rouit. 19 de feud. Pragm. 14. n. 70. & 71. In quo numero non habetur ratio de filia femina, vt ait *Capyc. decis. 211. num. 6. in fine, & decis. 158. num. 8. Minad. in Constitut. In aliquibus, nu. 12. fol. 144. quia femina non connumerantur, vt aperte declarat Horat. Montan. in S. praterea Ducatus, nu. 137. per totum, & ita videtur concludere Regens Reuert. decis. 1. tom. 1. quæ ponitur in calce huius voluminis, licet ipse in fine dictæ decisionis testetur, quod ipse intellexit, quod contrarium sæpè fuit**
- * iudicatum in Regno, ea ratione, quia femina non est p̄nitens exclusa, quia pars illa, quam habet, succedit loco legitimæ, nec pariter deducitur persona primogeniti; vt modò dicemus.
- 20 Quibus sic, & taliter consideratis à bono Iudice, idem bonus Iudex deuenit ad liquidandam quantitatem pro vita, & militia.
- Et in liquidanda quantitate vitæ, & militiæ taxandæ, inter ipsos secundogenitos reperio duas Doctorum sententias, inter se discordantes.
- 21 Prima sententia est nonnullorum qui dixerunt, quod quantitas vitæ, & militiæ taxanda de fructibus feudi

Iuris Francorum debet taxari ad instar legitimæ debitæ filijs de iure naturæ, seruata forma, & quantitate statuta per *lex. in authent. nouissima, C. de offic. testamen.* vt sicut habito respectu ad quantitatem patrimonij, & numerum filiorum, vt taxatur cuilibet filio pars de ipso patrimonio, quæ legitima appellatur, ita & pariter cōsiderato numero filiorum, vt supra, & quantitate annuorum, fructuum feudalium, vt supra consideratorum, taxatur cuilibet secundogenito annua pars dictorum fructuum ad instar legitimæ, idest proportionaliter ad legitimam, eiusque proprietatis redditus partem, vt sicuti ad secundogenitū spectabant centum in proprietate, ita & similiter, vt ad eius instar debent spectare ad dictum secundogenitum tot fructus, quot possunt reddere dicta centum, vt potè si centum solent sic reddere quinque annuos, tunc quinque annui spectabunt ad secundogenitum, si septem annui, spectabunt annui septem, & sic de singulis, & hoc est, quod dicunt DD. quod vita, & militia taxatur ad instar legitimæ, idest fructus annui respectu quotæ partis bonorum in proprietate taxantur in reditu, habito respectu ad numerum filiorum, iuxta dispositionem *dictæ authentic. nouissima*, hanc sententiam docere videtur *Andreas de Iser in d. Constitut. Comitibus, in prima lectura, in verbo item, an in Domino, & in repetit. colum. 2. vers. Audiui magnos peritos, Affl. Et. in d. Constitut. Comitibus, nu. 3. vers. Quæro, & decis. 252. num. 6. Capyc. decis. 158. num. 8 & decis. 211. num. 2 Ioannes Antonius de Nigris in d. cap. Alienationis actus, num. 12. titula de vita, & militia, Io. Thomas Minad. in Constitut. Regni, In aliquibus notab. 6. nu. 12. Paulus Staiban. consil. 2. num. 14. Nicolaus Antonius Gzwellus decision. 37. num. 50. Præses de Franch. decision.*

tison. 61. num. 2. & decisio. 523. num.
 24. Regens de Pont. de potestat. Proreg.
 titulo de assens. Reg. S. 4. num. 29. &
 consil. 79. num. 11. volumine 1. Scipio
 Theodor. allegat. 24. num. 24. & alle-
 gat. 81. num. 5. & nouissimè Horat.
 Montan. in l. Imperialem, S. praterèa
 Ducatus, num. 134. Iulius Casar Gal-
 lupp. in method. feudal. tomo 1. parte
 tertia, cap. 4. num. 61. Ioannes Maria
 Nouarius ad Pragmaticam 25. nu. 4.
 de feud. Ioann. Baptista Biloëta feu-
 dal. conclus. 14. num. 14. cæterique
 passim. Ex Siculis hanc eandem
 sententiam docuere Gulielmus de
 Pern. consil. 11. volum. fin. versicul. Sed
 quantum habebit, Petrus de Gregorio
 de vita, & militia, quest. 7. num. 1. In-
 ñrigliol. de feud. cent. 1. quest. 57. num.
 16. & 41. Mar. Muta ad cap. Regni Si-
 cilie, tomo primo, cap. 33. num. 182.
 Masrill. dec. 64. n. 2. & dec. 85. nu. 16.
 Ex Hispanis Regens Reuert. decis. 58.
 num. 13. volumin. 4. Ex Francigenis
 Gulielmus de Montefer. de success. Reg.
 Francia, dub. 5. per tot & 2. nu. 5. & 6.

22 Secunda sententia est Regentis Sci-
 pionis Rouiti in Pragmat. 25. de feudis
 sub num. 4. qui dicit, quæ quidem
 vita, & militia est annua præstatio in
 pecunia, quam primogenitus tene-
 tur dare secundogenito, durante vita
 tantum secundogeniti, non tamen ad
 illius heredes transitoria, liquidanda
 ex fructibus feudi, habita ratione ad
 numerum filiorum, ita ut primogeni-
 tus capiat ante partem medietatem
 fructuum, tanquam res alienum ratio-
 ne seruitij, quod præstat directo Do-
 mino, & alia medietas diuiditur equa-
 liter inter omnes filios computata inter
 eos persona primogeniti, & pro aucto-
 ribus allegat Assuet. in dicto S. prate-
 reà Ducatus, sub num. 19. & Francisc.
 de Amicis titulo de his, qui feud. dar.
 poss. S. sed hic perpulchrum, n. 7. fol. 11.
 & addit Capyc, decisio. 211. post num.
 6. versic. & hoc, Sic quæ uides tanto-
 rum Virorum circa uitæ, & mili-

tæ, taxationem pugnantem sententiam.

Quid ergo dicendum? Equidem
 prima opinio permultorum DD. au-
 thoritate ruetur præcipuè Andr. de
 Ifern. ac æquitate, & iuris communis
 consonæ decisioni, Secunda autem
 opinio Regentis Rouiti uidetur pau-
 cis suffulta authoritatibus, & ratio-
 nis soliditate destituta, siquidem
 affert nonnullos Doctores, & primò
 allegat Matthaum de Assuet. in cap.
 Imperialem, S. praterèa Ducatus, num.
 19. de prohibis. feud. alienat. per Fede-
 ricum, & in quantum in meo Codi-
 cè legere potui, non dicit, quòd ca-
 plet medietatem ante partem, ut
 res alienum, & eius dictum nulla
 fundatur ratione, imò est contra di-
 spositionem iuris communis *authen-
 tica nouissima*, & est contra doctri-
 nam tantorum Patrum, & præcipuè
 Andr. de Ifern. quatenus tenet, quòd
 fructus diuiduntur, & de medietate
 liquidatur uita, & militia secun-
 dogenitorum, comprehensa perso-
 na primogeniti, Secundò allegat
 Franciscum de Amicis titulo de his, qui
 feud. dar. poss. S. sed hic perpulchrum,
 num. 7. fol. 11. qui suam, ut supra
 profert sententiam, & pro ea alle-
 gat Assuetum, qui (ut dixi) uerbum
 nullum dicit de dicta sententia, ad
 quam ipse illum allegat, & sic cre-
 do, quòd Regens Rouitus uidit tan-
 tum Franciscum de Amicis, qui refe-
 rebat Assuetum, sed non uidit Assue-
 tum, uti fontem dictæ opinionis, uide
 Horat. Montan. in dicto S. praterèa
 Ducatus, sub num. 134. versicul. Vnde
 cauendum, dicit, unde cauendum exi-
 stimo à Francisco de Amicis in titulo
 de his, qui feud. dar. poss. in cap. sed hic
 perpulchrum erit, num. 7. fol. 11. dis-
 centem, primogenitum præcapere ante par-
 tem, medietatem fructuum ratione ser-
 uitiij, & alia medietas diuiditur in-
 ter omnes, computata etiam per-
 sona primogeniti, & sic uniformi-
 ter facis liquidationem, non distin-
 ctò,

No, an fratres sint quatuor, vel plures, &c.

Ex quibus videtur reiicienda opinio *Regentis Rouiti*, sed adhuc Ego dico, quod vtraque opinio potest substineri, & videtur æqua, & concordari cum opinione *And. de Ifern.* & aliorum, vt supra, distincto tamen duplici genere taxæ seruitij feudalis. Siquidem in Regno nostro sunt feuda, quæ habent diuersam taxam, vt *Nos de Iure Adoha quæst. 54.* Nam alia feuda habent taxam veterem, & sic *alla tassa vecchia*, & alia feuda habent taxam nouam. Feuda taxata iuxta taxam veterem, secundum quam parum soluunt, & in istis feudis potest, & debet procedere opinio *And. de Ifern.* & sequacium, vt taxetur vita, & militia ad instar legitime, stante quod primogenitus parum pro seruitio soluit. Alia sunt feuda taxata secundum taxam nouam, & ista feuda taxata secundum taxam nouam soluunt medietatem fructum feudaliū, cum cōtributione vassallorum, vt *Nos de Iure Adoha d. quæst. 54.* & de his feudis potest intelligi *Reg. Rouitus*, vt primogenitus capiat dictam medietatem pro dicto seruitio, & de alia medietate taxetur vita, & militia ad instar legitime, & ita opinor, quod processit *decisio Capyc. 158. n. 8.* dum de medietate fructuum Terræ Vici, & Lacus de Barano fuit liquidata vita, & militia secundogenitis, nam forsan feuda illa habebant taxam nouam, vel soluebant medietatem pro seruitio feudali, aliàs malè processisset dicta liquidatio, nisi diceremus, quod processit ex arbitrio Sac. Conf. vt infra dicemus, & ita concordari debent istæ opiniones *And. de Ifern.* & aliorum cum opinione *Reg. Rouiti*. Secundò potest hæc opinio *Reg. Rouiti* substineri de equitate, considerando quod primogenitus licet honoratus, tamen grauatur soluendo tot seruitia ordinaria feu-

di, & extraordinaria, vt releuium, de quo *Nos de Iure Releuij p. 2. quæst. 14.* adoham ordinariã, & extraordinariã, & superindictum, vt *Nos de Iure Adoha, q. 24.* & etiam soluendo paragiam foeminis, & etiam pro substinenda dignitate Baronali. Igitur istis sic consideratis, opinio *Regentis Rouiti* non est tam æquitati dissona, nec à mente *Ifernensis* aliena.

23 Vndè ego existimarem, quod hæc liquidatio vitæ, & militiæ debet relinqui arbitrio Iudicis circūspecti, qui illam liquidare debet, considerata qualitate primogeniti, consideratis quantitatibus pro paragijs feminarum, siuè nuptarum, siuè Religioni ingressarum, & ære alieno cum assensu super feudo contracto, & considerata qualitate feudaliū introituū, ac pariter considerata qualitate secundogenitorum, vt possint condecenter viuere, non diminuta qualitate primogeniti, cui debet remanere tanta quantitas, quanta sufficit, vt possit condecenter viuere, vti primogenitus, & vt Dominus feudi, adeo vt eius dignitas non diminuat, vt ex *Andrea de Ifern. Marino Freccia, Anton. Capycio*, & alijs *Nos infra q. 40. nu. 4.* & hoc est, quod voluit dicere *And. de Ifern.* quod Iudex debet laborare in reducendo fratres ad concordiam.

24 Et quod vita, & militia debet taxari arbitrio Iudicis, probatur à simili, vt in appanagio Francorum fieri solet, siquidem quantitas, quæ datur secundogenito, vt viuat, dicitur, & appellatur appanagium in Francia, & in Regno nostro appellatur vita, & militia, quæ vita, & militia in Regno nostro est introducta ex more Francorum, & secundum illum regulatus fuit, & regulari debet, & tamen Nos videmus, quod in appanagio apud Francigenas taxando, non est data certa quantitas, sed realiter est arbitrio Iudicis, qui ad instar ali-

mentorū debet de illo prouidere secundogenitis, vt benè scriptum reliquit *Gulielm. de Monteferr. de success. Regum Franciæ*, dubio 4. vbi num. 2. dicit hæc verba, *Ità appanagium succedit loco alimentorum, quod patet, quia consuetudo huiusmodi Regni de appanagio filijs Regis prouidendo, loquitur dumtaxat per modum prouisionis, & non per modum diuisianis, &c.* & sic vides, quòd Iudex debet prouidere de alimentis, & *Ioannes Lecirier Doctor Parisiensis in tract. de primogenitur. quest. 16. lib. 2. nu. 3.* dicit, *hinc videmus, in Regno, quòd vbi aliquis Rex plures habet filios primogenitus Regnum obtinet, & reliquis filijs aetate minoribus dantur alie Terræ, pro honesta eorum sustentatione* (nota hæc verba) *in appanagium, & nu. 10. & 11. dicit, ex prædictis habes inferre, si Rex plures habeat filios, si primogenitus succedat in Regno, Reliquis verò filijs aliquid dandum est in appanagium, vt etiam communiter videmus obseruari, & nu. 11. dicit, qualiter postea genitis prouidendum sit.*

Et sic videmus, quòd isti DD. Francigenæ, & loquentes de more Francigenarum, nullum verbum dicunt de quantitate appanagij, sed illam relinquunt arbitrariè dandam per viam prouisionis, & semper quòd secundogenitis prouisum est de alimentis congruis, est iam satisfactum consuetudini de appanagio dando secundogenitis, adeò quòd si secundogenitus nō habuerit appanagium congruum, potest agere ad supplementum, vt benè fundat ipse *Guliel. à Monteferr. d. loco, dubio 4. nu. 1. ad 7. per totum*, & hoc etiam videtur annuere *Horat. Montan. in S. præterea Ducatus, fol. 218, num. 134.* dicens, quòd de Iure Francorum appanagium, seu vita, & militia secundogenitis debita, non est taxata ad certam quantitatem, & subdit *Montanus* ibi, vndè *Hosliens. & Io. And. in cap. licet de voto*, dixerunt, primoge-

nitum teneri præstare fratribus suis omnia necessaria ad vitam, secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonij, sed non allegat hos moderniores Auctores, *Io. Lecirier. & Guliel. de Monteferr.* Vndè arbitrariam esse dico hanc appanagij, siuè vitæ, & militiæ liquidationem, & sic semper, quòd est prouisum secundogenitis de alimentis congruis, est satisfactum consuetudini de appanagio, siuè de vita, & militia, cuius finalis intentio est, vt secundogenitis prouideatur de alimentis, vt congruè possint viuere, & militare in Regno nostro, & alimenta esse taxanda arbitrio Iudicis, docet *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 2. casu 139. num. 5. Io. Petr. Surd. de aliment. tit. 4. quest. 18. num. 1. Francis. Marcus decis. 118. num. 2. par. 2. ex tex. in l. cum vnus, S. fin. ff. de alim. & cibar. legat.*

Sed *Guliel. de Monteferrato d. tract. dub. 5. nu. 1.* aliter videtur sentire in materia appanagij debiti secundogenitis, vt illud liquidetur de toto asse, & in illo casu erant tres filij Ducis Aurelianensis, nēpè Carolus, Ioannes, & Philippus, & ipse *Guliel.* liquidando quantitatem appanagij, dicit, quòd totū appanagium, quod potest reddere Regnum, diuiditur in duodecim vncias, & computatis personis filiorum, tunc cuilibet filio cōpetunt quatuor vnciæ, & sic tertia pars de toto asse appanagij, quod appanagium ad instar legitimi esse liquidandum docet *Guliel. d. loco.*

Sed ego non discederem ab opinione *Io. Lecirier.* supra allegati, nam cum sit Parisiensis, præsumendum est, quòd magis sciat consuetudinem liquidandi appanagium Francorum, quàm ipse *Guliel. de Monteferrato*, qui est Catalanus, & sic alterius nationis, licet finitimus.

25 Cōsulo autem Patribus intendētibus cōseruationi familiarū, & concordia filiorū, vt relinquunt secundogenitis aliquā sūmā ex allodialibus vel

vel ex ipsis feudalibus soluendam, diuis secundogenitis pro vita, & militia, & hoc facere debent patres triplici ratione . . .

Primò propter euitanda odia, & rancores inter ipsos filios .

Secundò, nè feuda ad nihilum redigantur, maximè si essent taxata, *alla sassa noua* in Regno nostro .

Tertiò, quia nullus præsumitur eligere melius consilium pro filijs, quam pater ipse, & sic etiam euitantur lites circa taxationem vitæ, & militiæ, quæ aliquando depauperant primogenitos, & secundogenitos in liquidando fructus, & in accessu Iudicum, & Commissariorum pro liquidatione fructuum feudalium, & in istis liquidationibus vidi depauperatos primogenitos, & secundogenitos, quibus rationibus attētis Dominus Franciscus Capanus patruus meus (recolendæ memoriæ) in testamento taxauit vitam, & militiã fratribus meis secundogenitis, & paragogium feminis.

Verùm si attendamus opinionem, quòd vita, & militia taxatur ad instar legitimæ, tunc eius quãtitas erit tertia pars eius, quod frater minor haberet ab intestato, si essent minus quatuor, verbi gratia si ad minorem filium spectarent centum in reditu ab intestato, tunc tertia pars erunt ducati triginta tres, caroleni tres, & grana sex, secundum dictam *Ifern.* opinionem in *d. Constit. Comitibus*, in *1. lectura*, col. 3. mihi verò *n. 10.* secundum quam opinionem fuisse practicum, & iudicatum refert *Vinc. de Franch. decis. 61. sub num. 22.* & nouissime *Reg. Reuerter. decis. 58. col. 4.* manuscriptorum, quæ in fine huius tractatus ponitur .

Et pariter in Regno Siciliae in linea descendenti etiam practicatur, quòd sit tertia pars illius quantitatibus, quam habiturus esset ab intestato, prout sic testatur *Petrus de Greg. de vita, & militia, quæst. 7. num. 1.*

Mastrill. decis. 85. num. 16. Borrell. in summa decis. par. 1. tit. 40. de vita, & militia, nu. 19.

Sed reperiò, quòd tẽpore *Ant. Cappyc.* vt ipse refert *decis. 158.* fuit liquidata diuerso modo, nam in casu *dicta decis.* erant quinque fratres, incluso primogenito, nempè Nicolaus Antonius primogenitus, Marcellus, Fabius, Lucius, & Lelius Caraccioli secundogeniti, qui Lelius vti Abbas fuit institutus in legitima tantum, & aderant pariter tres filiae foemine Julia, Elionora, & Diana, de quibus, nulla habita ratione, Sac. Cõs. liquidauit vnicuique ex secundogenitis vitam, & militiam in quintam partem medietatis reddituum Terræ Vici, & Lacus de Barano, vt ipse *Cappycius* refert *d. decis. 158. num. 8. & decis. final. nu. 6.* & sic de medietate fructuum feudalium fuerunt factæ quinque partes, inclusa persona primogeniti, ergò vides, quòd vita, & militia non fuit liquidata ad instar legitimæ, sed secundum opinionem *Affucti* relatã à *Regente Rouito*, nam si fuisset liquidata, ad instar legitimæ, debebat liquidari in medietate eius annuæ partis, quæ ad vnumquemque dictorum filiorum spectasset ab intestato; Ergò verũ est quod Ego dixi, quòd liquidatio vitæ, & militiæ procedit ex arbitrio Iudicis, considerando qualitatem personarum, & quantitatem bonorũ; Nam Sac. Cõs. forsan in casu illo videbat tenuissimam partem spectare ad vnumquemque ex filijs, idèd auxit arbitrium suum vsquẽ ad virilem, diuidendo in quinque partes, & sic vides, quòd non semper taxatur ad instar legitimæ in linea descendenti .

Sed in linea collateralis fuit iste casus habitus pro difficili, teste *Cappyc. in d. decis. finali, in fine*, propterea idem Sac. Consil. iniunxit partibus, quòd facerent cõpromissum in idem Sac. Consil. per quod stante dicto compromisso in ipsum factò, fuit iudica-

dicatum, quòd vita, & militia in linea collateralis liquidetur in annuis ducatis ducentum sexaginta, quamvis maior summa spectaret ad ipsum secundogenitum, si teneretur opinio, quòd in linea transversali sit aucta legitima, ad cuius instar liquidatur vita, & militia, ut dicit *Capp. d. decis. final. & Nos infra q. 20.*

26 Intellige primò hanc taxationem vitæ, & militiæ, ut fructuū quantitas consideretur in ea taxanda, non quòd pro vita, & militia debeat pars fructuum in fructibus, sed primogenitus teneatur præstare annuam quantitatem in pecunia de fructibus, iuxta taxam reddituum feudi, nam pecuniæ quantitas ex fructibus est in obligatione, docet *Io. Thom. Minad. decis. 10. sub nu. 5.* dicens, quòd fructus non sunt in obligatione præstandi, sed pecunia, in qua primogenitus præstare tenetur vitam, & militiam, ita docet *Fab. de Anna conf. 4. nu. 70. vol. 1.*

27 Intellige secundò, quòd est verū, quòd fructuum quantitas consideratur tantum in taxatione vitæ, & militiæ, ut taxetur quantitas vitæ, & militiæ, non autem quòd debeat ex fructibus, aded quòd vita, & militia debeat etiam quòd fructus non percipiuntur in aliquibus annis, imò de illis, qui percipi potuerunt à primogenito, ut dicam infra q. 36. videas interea *Iulium Cesar. Galupp. in method. feud. p. 2. cap. 3. nu. 68.*

28 Intellige tertio, ut tempus mortis illius, cui succeditur sit attendendum in taxanda vita, & militia, non solum de illis bonis, quæ tempore mortis feudatarij erant in eius successione realiter, & sic in re, sed etiam in iure consequendi, & sic spe, ut quia postea fuissent iudicialiter, vel aliàs recuperata, siue reintegrata, ut dicemus infra *quest. 38.* quia adhuc augetur vita, & militia respectu ad dicta corpora, seu iura postea recuperata, siue reintegrata, prout contra *consil. 10.*

Franc. de Ponte 74. num. 40. pro Don Marcello Cabanilia contra D. Cesarem fratrem esse attendendum tempus mortis refert *decisum Vincen. de Franch. decis. 61. num. 13. Mosef. dicto consil. 9. num. 6. Reg. Roust. Pragm. 25. num. 4. in fine, de feudis, Io. Baptist. Bionta concl. feud. 14. nu. 15.*

29 Intellige quartò, ut in iudicio petitionis vitæ, & militiæ debendæ debeant verificari extrema. Primò qualitas feudalis in bonis, ex quibus petitur. Secundò mors, eiusque tempus feudatarij, ob cuius mortem petitur, siue casus, in quo petitur. Tertio quantitas reddituum bonorum feudalium tempore mortis dicti feudatarij, & Ego addo, quòd debet ex parte secundogeniti probari qualitas filialis legitima, & naturalis, & fidelis, nam filio secundogenito legitimo, & naturali, & fidei competit vita, & militia, ut dico infra *q. seq. n. 10. ex Reg. Valdezuela,* quia qualitas filialis est præsuppositum necessarium, in qua liquidatione debet citari pars, & tunc istis probatis, potest ex abrupto, & etiam absque partis citatione liquidari vita, & militia, & statim fit executio, contra quam nulla exceptio opponi potest, nisi tantum modificatiua, ut ex multis docet seruari (sed credo in Regno Siciliae) *Nicol. Intrigliot. de feud. cent. 1. quest. 51. nu. 268. & 269.* tamen credo, quòd etiam potest accommodari in Regno nostro, dum allegat *Io. Thomam Minad. Afflic. Andr. de Ifern. & alios,* sed non allegat loca, quibus addo *Petr. de Greg. de vita & militia, q. 4. num. 4. per tex. in d. Constit. Comitibus, ibi sine alicuius repulse timore, & ibi Afflic. notab. 4. & Nos infra quest. 35.* Sequerentur alia generalia circa hanc materiam, quæ referemus infra *q. 30. cum seqq.* Incipiamus nunc videre de personis, quibus competit vita, & militia, deinde de rebus, ex quibus debetur.

An autem in taxanda vita, & militia

liria sine deducenda onera, quæ dicam infra q. 39. Post hæc scripta, deueniunt ad nostras manus. allegationes D. Petri Carauita Iunioris Aduocati celeberrimi in Supremis Regni nostri Tribunalibus, & Horatij Mazzapinta Doctoris acutissimi, & perspicacissimi in causa liquidationis vitæ, & militiæ inter Spectabilem Comitem Palmerici cum hæredibus q. Horatij de Matthæis, & D. Lucretia Petrarola, quæ inseruntur.

In Iure pro Spectabili Comite Palmerici cum hæredibus Horatij de Matthæis, & D. Lucretia Petrarola in articulo liquidationis vitæ, & militiæ.

S U M M A R I A.

- 1 Casus questionis proponitur.
- 2 Vita, & militia liquidatio quamada faciendæ, & num. seqq.
- 3 Vita, & militia liquidatur de altera medietate fructuum feudalium inter secundogenitos, computata persona primogeniti, & nu. 10. 11.
- 4 Vita, & militia liquidatur ad instar legitima, secundum aliam opinionem, & satis equam, & nu. 5. 7. 8. ubi deciso refertur.
- 6 Concordia iudicis inter fratres secundogenitos non debet excedere partem legitima.
- 9 DD. tenentes, quod vita, & militia liquidatur ad instar legitima, refertur.
- 10 Liquidatio vitæ, & militia de medietate fructuum, secundum opinionem Franc. de Amicis, etiam sit ad instar legitima.
- 12 Vita, & militia an sit loco legitima, vel alimentorum, refertur.

OB mortem Philippi de Matthæis Palmerici Comitis in anno 1589. & ex quo sibi vniuersalem instituit hæredem Alexandrum filium primogenitum, & reliquit legitimam Io. Francisco, & Horatio filijs secundogenitis super bonis burgenfaticis, & vitam, & militiam super feudalibus.

Orta est controuersia circa dictam vitam, & militiam ad dictum Horatium spectantem, & per decretum Sac. Cõf. de mense Februarij 1639. latum, reperitur facta liquidatio fructuum bonorum feudalium, & super eisdem declaratum est, deberi vitam, & militiam liquidandam dicto quondam Horatio, tam ex sua persona, quam ex persona dicti quondam Io. Francisci fratris, in qua liquidatione esse connumerandam etiam eorum sororem.

2 Agitur hodie de liquidatione dictæ vitæ, & militiæ, & est facta relatio, in qua sunt relatæ prætensiones vtriusque partis.

3 Nam prætendunt hæredes Horatij, quod fructus feudales pro medietate antè partem spectent ad primogenitum, & reliqua medietas sit diuidenda æqualiter inter fratres, computata persona primogeniti, & ita quod dicta vita militia sit liquidanda pro quarta parte medietatis dictorum fructuum feudalium ad beneficium Horatii, & pro alia quarta parte ad beneficium dicti Io. Francisci, ex quo sunt quatuor filij, computata persona sororis, iuxta dictum decretum Sac. Conf.

4 Ex aduerso hodiernus Comes Palmerici filius, & hæres dicti quondam Spectabilis Comitis Alexandri de Matthæis fratris primogeniti dictorum Horatij, & Io. Francisci prætendit, & instat, dictam vitam, & militiam esse liquidandam ad instar legitime, & quod ideò, ex quo sunt quatuor filij, debeat liquidari in tertia parte fructuum, quos dicti secundogeni-

dogeniti habituri essent ab intestato, & ita quod duæ partes antè partem debent iudicari ad beneficium primogeniti, & reliqua tertia pars sit diuidenda æqualiter inter ipsos fratres, cõputata persona eiusdem primogeniti.

Et tuendo partes Spectabilis Comitatus, dico, esse casum absque aliqua difficultate, & non habere cõtrouersiam, nec aliquem Doctorem in contrarium, vt dicta vita, & militia omninò sit liquidanda iuxtà prætensionem Comitatus ad instar legitimæ, iuxtà *Auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* quod si sunt quatuor filij, vel pauciores, sit tertia pars fructuum, quos habituri essent ab intestato: si verò plures quàm quatuor, sit medietas, & ita primogenitus semper habebit medietatem ante partem, nam habebit medietatē si sunt plures quàm quatuor, & habebit duas partes si sunt quatuor, vel pauciores, & in hoc interterminis *Consil. Comitibus* concordat omnes tam Regnicolæ, quàm Siculi: Cùmque in præsentī casu sint quatuor filij, primogenitus antè partem debet habere duas partes fructuum feudaliū, & reliqua tertia pars venit diuidenda inter ipsos fratres, æqualiter, computata persona ipsius primogeniti secundum prætensionem Comitatus.

Primus omnium *Andr. in Consil. Regni Comitibus, in 1. lect. in ver. item an in domo, & in repetit. col. 2. vers. audiui magnos peritos*, vbi ponit exemplum, quod si sunt duo filij, & fructus feudales ascendunt tempore mortis patris ad annuos ducatos ducetum, primogenitus habebit 166. & secundogenitus pro sua vita militia habebit tantum triginta tres.

5 Subdit tamen *Andr.* quod dicta sententia est satis æqua, sed vidisse frequenter Iudices concordare fratres maiores cū minoribus ad plus, & minus, sicut sunt personæ.

6 Sed ista concordia non est ad fi-

nem dandi plusquàm ascenderet legitima, sed illud plus, & minus, intelligit *Andr.* infra taxam legitimæ, ita declarat egregiè *Affl. in cap. Imperialem, S. præterea Ducatus, num. 19. de prohib. feud. alien. per Federic.* vbi ex dictis *Andr. in d. Constitut. Comitibus*,

7 scribit cum sequētib; verbis, *Quod Iudex debet laborare in concordando fratres, quod si cõcordia nullo modo haberi poterit, pro vita, & militia assignabit fratri tertiā partem valoris partis suæ, quam haberet, si succederet, & duas partes remanebunt maiori natu, quem lex, & mos Francorum voluerunt venerari, undè si tantum feudum valeat ducentum, & viuitur iure Francorum, primogenitus habebit centum, postea habebit duas partes de alijs centum, & pro vita, & militia frater minor habebit triginta tres, & sic semper primogenitus, habebit medietatem, & de alia medietate fient tres partes, due partes erunt primogeniti, tertia verò alterius fratris, & sic vita, & militia debetur sicut legitima in portione, qua est tertia pars partis, quam haberet si succederet, vt in *Auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* & ita pluries vidi fieri, & hoc quando sunt infra quatuor filij.*

8 Item *Affl. in dicta Constit. Comitibus, num. 3. vers. sic. quero quantum erit*, scribit idē, & taliter iudicatum ex

* *Andr. in Sac. Consil. & sic fasere ius in Regno, & liquidationē factam ad instar legitimæ, & taliter faciendam in futurum, vt sit tertia, si filij sunt quatuor, vel infra sit verò dimidia, si plures quàm quatuor, iuxtà d. *Auth. nouissima*, & idem habet pro absoluto in *decis. 252. nu. 6. Capyc. in decis. 158. num. 8. & decis. 211. num. 2.* vbi ita taxari, & sic esse iudicatum, & sic seruatur, & *nu. 6. vers. & hoc.* ponit plura exempla.*

9 *Præs. de Franch. decis. 61. nu. 2. & in decis. 525. num. 24.* ubi scribit, *etiam videmus vitam, & militiam ad instar legitime liquidari.*

Jacob. Anell. de Bottis in d. Constit. Comi-

Comitibus in addis. incip. vita, & militia.

Minad. in Constit. Regni In aliquibus in 6. notab. nu. 12.

Campagna in cap. Regni 261. incip. Alienationis actus n. 12.

G. Zarell. decis. 36. siue 37. n. 50.

Reg. de Pont. in tract. de possess. Proreg. tit. 7. de offens. Regis, S. 4. num. 29. & conf. 79. n. 11. lib. 1.

Fab. Ann. conf. 6. num. 13. lib. 1. vbi dicit aliter vsum approbasse:

Reg. Rouit. in Pragmat. 4. nu. 69. & 70. de feud. vbi erant quinque filij.

Dom. meus Conf. Theodor. alleg. 24. nu. 24. & alleg. 81. nu. 5.

Episc. Riccus collect. 2378. vers. ut scias.

P. Molf. conf. 9. n. 16. lib. 1.

Mart. de iurisdic. par. 4. cent. 1. casu 23. n. 32.

Borrell. in summ. decis. tom. 1. lib. 40. n. 18. & 21.

Staiban. in conf. 2. n. 14.

Montan. in d. S. praterè Ducatus, num. 134.

Bibolsta in conclus. feudal. concl. 14. nu. 14.

Gallupp. in method. feudal. to. 1. p. 3. 6. 4. nu. 61.

Novar. in d. Pragm. 25. n. 4. de feud. Ex Siculis.

Gugliel. Pernus conf. 11. col. fin. vers. sed quantum habebit.

Pes. de Greg. in tract. de vita, & militia, q. 7. n. 1.

Mastrill. dec. 64. num. 2. & dec. 85. nu. 16.

Domin. meus Reg. Corsetus ad Patrem in conf. feud. 27. n. 11.

Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 57. n. 16. 17. & 41.

Muta in capitul. Sicil. to. 1. cap. 33. num. 182.

Franc. Ant. Costa in conf. 91. nu. 15. & 34.

DD. exteros recenset Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 2. nu. 12. & 13.

10 Nec Francisc. de Amic. in tract. de his, qui feud. dar. poss. in cap. incip. sed

hic pulchrum, num. 7. fol. 11. tenet contrariam opinionem, siquidem dicit, Videmus hoc in vita militia, in cuius liquidatione primogenitus capit antè partem medietatem fructuum tanquam et alienum ratione seruitij, & alia medietas diuiditur inter omnes, computata etiam persona primogeniti, secundum Affl. in S. praterè Ducatus, num. 19. de probib. feud. alienat. per Federic. hucusque Franc. de Amic.

11 Ex his Franc. de Amic. dicit, primogenitum antè partem habere medietatem fructuum, & aliam medietatem diuidi inter fratres, computata persona primogeniti, secundum Affl. d. num. 19. & ideò non recedit ab opinione Affl. imò eius dictum intelligitur secundum dicta per Affl. ad quem se refert, & quem citat, & Affl. (vt supra est demonstratum, & sunt eius propria verba relata) dicit, primogenitum semper habere antè partem medietatem fructuum, & aliam medietatem diuidi inter ipsos fratres, computato ipso primogenito, non semper æqualiter, sed si sunt plures quàm quatuor, diuidi æqualiter, si verò pauciores, illam medietatem diuidi, vt duæ partes sint primogeniti, & tertia pars secundogeniti, iuxtà taxam factam in legitima in d. authent. nouissima, C. de inoffic. testam. sequitur propterea, quòd Francisc. de Amic. non intelligit aliam medietatem esse diuidendam æqualiter inter fratres, computato primogenito, quia esset contra Affl. quem refert, & ad què se remittit, & ex cuius dicto ipse scribit illam medietatem diuidi; sed intelligit Amic. illam medietatem esse diuidendam, prout dicit, & diuidit Affl. & ità nobis non aduerfatur, sed cum nostra opinione concurrat.

Sic etiam procedunt Reg. Rouit. in Pragm. 25. nu. 4. de feud. & Marcian. conf. 56. num. 5. vbi citant Franc. de Amic. Affl. & Capyc. in dictis locis, aliàs essent nimis reprehendendi, & loque-

loquerentur, nedùm contrà *Afflic.* quem ponunt in eorum Authorem, sed & loquerentur absque lege, & absque ratione, & contra quotidianam, & inueteratam praxim à tempore *Andrea* vsque hodiè, & contra communissimam, & receptissimam sententiam fundatam in *d. auth. nouissima*. nam iura municipalia, & feudalia à lege Ciuili suppleuntur, *cap. 1. de feud. cognis. Camer. in cap. Imperialem, car. 102. lit. R.* item fundatam in ratione, nam videmus in primogenito, vt quathuis feudum sit hæreditarium, non possit grauari, nisi deducta quantitate legitimæ, *Præs. de Franch. decis. 1. num. 39.*

Sicut non consideratis prædictis reprehendit *Franc. de Amic. Montan. in d. S. praterè Ducatus, n. 134. & Staihan. d. cons. 2. nu. 16.*

- 12 Ex quibus licèt sit controuersum, si vita, & militia sit loco legitimæ, vel alimentorum, vel quodam ius separatum, deriuatum tamen ab alimentis, & ab ipsa legitima, & ponunt opiniones hinc indè *Giurb. dec. 24. n. 24. Borrell. d. tit. 40. num. 10. Menoch. consil. 1005. num. 30. lib. 11. Marcian. d. consil. 56. num. 2. Camillus de Larasba de feud. par. 12. dilucid. 59. num. 6.* & opiniones sunt hinc indè cõmunes, vt quòd sit loco legitimæ, cõmunem dicit *Camill. de Medic. cons. 8. nu. 29.* & quòd sit loco alimentorum, communem dicunt *Anellus Amat. cons. 12. n. 5. & Mut. d. c. 33. nu. 185.*

Tamen circà taxationem, & liquidationem est inconcussum, & incontrouersum apud *DD.* & Suprema Tribunalia, & in vsu, & praxi, quòd taxatur, & liquidatur vita, & militia ad instar legitimæ, secundùm decisionem *d. auth. nouissima, C. de inoffic. testam.*

Et ex his est iudicandum pro spectabile Comite, vt supplicatur. Neapol. die 10. Aprilis 1641.

Petrus Carauita.

ARGUMENTVM.

De vitæ, & militiæ liquidatione ampla, curiosa, & non indiligens indagatio, in qua præcæteris traditur germanus, realis, & verus sensus ad verba *Frãncisci de Amicis*, quem subsequutus est *D. Regens Rouitus*, qui ambo perperràm intellecti nouam opinionem inferere, seù adstruere visi sunt.

S V M M A R I A.

- 1 Pro quæstionis introductione plura visa, & militia nomina recensentur.
- 2 Quibus positis proponitur disputanda quæstio, quomodo sit illa taxanda, seù liquidanda.
- 3 Omisiss antiquioribus interpretibus, hodiè duplex opinio videtur adesse. Prior fuit *Iserniæ* hic expressis verbis relata.
- 4 Altera adscribitur *Francisc. de Amicis*, quam sectatus videtur *Regens Rouitus*, & utriusque verba admissim hic exscribuntur.
- 5 At præfata de *Amicis*, & *Rouiti* duplex assertur intellectus, alter secundùm meram literam, & alter secundùm veram, realem, & germanam eorum mentem.
- 6 Prior, quam pars ex aduerso sublinet pro sua clientis tutela multifariam, multisque refellitur modis. *Andræ* sententia vicis aliorum opinionem, pondere, numero, & mensura. *Eiusdem Andræ* authoritas est quauis superior laude, ità vt condignè commendari, & extolli non possit. *D. Fab. Marchesius* olim *Aduocatorũ Princeps miris*, & condignis effertur laudibus.

- Cuius filius eiusdem vestigia imitatus, non est doctrina, neque dignitate inferior, cum in presentiarum ex proprio merito, & virtute supremam dignitatis sui adeptus apicem.*
- 7 Referuntur modo quinquaginta quinque DD. (pluribus consulto pretermisissis) qui seadistā sententiā sunt ex professo sectati.
- Menoch. Alex. Turaminus, Fab. de Anna, Dominus Regens de Ponte, Illustrissimus Marchio Belmōtis promeritis efferuntur laudibus.
- 8 Andreæ sententiā, nempe vitam, & militiam esse liquidandam ad instar legitima; fuit omnibus recepta suffragis & antiquorum, & recentiorum scribensium auctoritate vallata.
- Antiquorum sententia quantum præter opinioni modernorum.*
- Magnum intercedit discrimen inter DD. ex professo articulum pertractantes, & eos, qui obiter, & per trāsennam super illo aliquid protulerunt.*
- Opinio communis dicitur duplici ex capite.*
- Authoritas rei iudicata, & stylus sui iudicandi pollet in extremum.*
- Mutanda minime sunt ea, qua certam habuerunt interpretationem.*
- Opinio minus vera roborata auctoritate rei iudicata vincit alteram veriorē.*
- Decreta Senatus Neapolitani sunt pro lege servanda.*
- 9 *Opinio D. de Amic. & D. Rouiti secundum intellectum partis, ex adverso est cum recens, cum falsa, & omnibus exhausta viribus.*
- Aff. pro hac opinione allegatus semper docuit contrarium.*
- D. Hor. Montan. qui intellexit D. de Amic. secundum corticem verborum, illum repulit, & damnauit.
- 10 *At nos eiusdem opinionem admittimus, & comprobamus alio, & diverso modo illum intelligendo.*
- Verborum interpretatio sensu melior nequaquam existit.*
- Intelligentia dictorum ex causis dicendi est assumenda, cum de mente constat, nihil de verbis est curandum.*
- Necessaria dicitur interpretatio illa, qua fit per punctum rationis.*
- 11 *Exhibetur nunc germanus intellectus ad præfatā opinionem D. de Amic. & D. Rouit. & ipsorum verba accurate ponderantur, examinantur, & expenduntur, confutato alio vti plura continente absurda, qua hic recensentur, & nu. seqq.*
- Aes alienum detrahitur autē legitimā.*
- Doctores intelligendi sunt secundum doctrinas per ipsos allegatas.*
- Auth. nouissima, C. de inoffic. testam. habet locum in liquidatione vita, & militia, secundum eundem Rouit. ergo ipsius computatio non dissentit ab illa Ifern. & sic aduersariorum intelligentia super intellectu Rou. cōuincitur ex eisdem verbis D. Rouiti hic ponderatis.*
- 12 *Mar. Giurb. videtur nobiscum sentire super intellectu D. de Amic. & D. Rouiti.*
- 13 *D. Rouit. verba qualiter sunt exponenda.*
- Capyc. dec. per D. Rouit. adducta pro comprobatione sua opinionis nostra mirum in modum fauet intellectui.*
- Patris Molfesij, D. Marciani, Horat. Barbati, & Dom. Riccij Episcopi Aequensis traditiones quomodo videntur.*
- 14 *Nunc ex ordine sex adducuntur absurda, ex quibus conuincitur sensus aduersariorū super verbis D. de Amic. & D. Rouiti.*
- Primogenitura debet primogenito esse proficua. Hinc*
- Primogenitus successor tantum debet secundogenito ut possit viuere.*
- 16 *De modo liquidandi legitimam, remissuē.*
- 17 *Alterā Andreæ decisio ad confirmationem suā sententiā adducta, & expensa.*
- 18 *Marini de Caram. inter DD. sui sententiæ facili Principis magistralis obseruari.*

servatio ad quid nobis deseruiret, si intellectus aduersarij sibi locum videret.

- 19 *Vita, & militia pro ceteris, in quo differat à dote de paragio, secundum Andr. assignatam etiam discriminis rationem.*
- 20 *Affl. traditio contra Nos assignata in aduersarium retorquetur.*
- 21 *Intellectus D. de Amic. & D. Rouit. est idem cum illo de Ifern. Fructus dicuntur deductis expensis, & oneribus sub nu. 21.*
- 22 *Vtriusque opinionis calculus nunc subnectitur.*
- 23 *Vita, & militia in quibus conueniat, & differat à legitima, ab alimentis, & à paragio, partim explicitè, & partim remissivè.*

Vita, & militia in Regno vulgò aliàs dicta *lo piatto*, quã alimenta vocant vniuersi Canonistæ in *cap. licet, ext. de vot. Napod. in Consuetud. Quòd si aliquis in ver. plusquam, num. 33. glos. & Ifern. in Constit. Comitibus, Paris de finib. feud. in cap. incip. nunc videndum, pag. mih. 177. Ann. alleg. 23. & quam appanagium appellant Galli, vt post *lo. Lecirier in tract. de primog. lib. 2. q. 19.* in fine respondit doctissimus *Regent de Pont. conf. 79. nu. 20. lib. 1.* idest panem quotidianum, vt opinati sunt Pragmatici illius Regni, vt post *Præseium* attestatur nouissimè *lo. Calubnus in suo Iuris Lexico, in eodem verbo*, & sic pro victu, & vestitu assumi ex multis nuper probauit *Mercur. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 43. nu. 3. fol. 85.* Et quam alterum, & nouum Proteum nuncupat *D. Constit. Gizzarell. in decis. 37. n. 48.* instar illius Oceani, & Thetis filij Vaticinorum, expertissimi, prout fabulantur Poetæ, se in varias formas transformasse, de quo meminit *Virg. 4. Georg. Vita, inquam, & militia propter transformationis similitudinem, ex quò non est dos de paragio, non legitima,**

neque alimenta, & tamen de prædictis omnibus participat, quomodo sit liquidanda, quando secundogenitus recusat morari cum primogenito, seorsum ab eo viuere percipiens, prout annis elapsis contigit inter q. Horatium de Matthæi cum Alexandro de Matthei, bon. memor. Spectabili Comite Palmerici fratre secundogenito.

3 In hoc perdifficili articulo admodum desudarunt antiqui Interpretes, in diuersas, eademque varias abeuntes sententias, vt est videre, apud eundem *Ifern. in repet. d. Constit. Comitibus.* Hodiè verò cessant omnes amaritudines, dum superest duntaxat inuestigandum, vtra sit verior opinio, an scilicet ea, quam sectatus fuit idem *Andr. loc. cit.* dum arbitratus fuit, ad instar legitimæ liquidandam esse, sub his verbis.

Alij dicunt, sicut diximus in paragio dotis in Constit. In aliquibus, in fine, vt habeat minor tertiam partem valoris partis sue, quam haberet, si succederet, dua verò partes remanent maiori, quàm lex, & mos voluerunt honorari prerogatiua primogenitura: Nam si totum feudum valeret ducenta, & sint duo fratres, & minor haberet centum pro dimidia, nunc pro tertia habebit 33. & tertium pro vita, & militia, & post subiicit, satis videtur aqua talis sententia.

Cuius meminit idem *Andr. in Constit. In aliquibus, circa finem, ibi, secus in vita, & militia, quam dat maior. frater minori, cum viuatur Iure Francorum, tunc contentus esse debet de tertia parte, quam esset habiturus, de qua diximus infra in Constit. Comitibus.*

4 Vel illa, quã annis elapsis sequuti fuere Magnifici Aduocati eiusdem Comitæ, factò ipso illam approbantes per præsentationem calculi vergētis in maximum, & notorium eiusdem primogeniti detrimentum, & quam in præsentiarum peruicaciter defen-

defedit Magnificus Aduocatus Partis ex aduerso, nempe ex fructibus feudi faciendas esse duas medietates, quarum primam ante partem capiat primogenitus, tanquam æs alienum pro seruitio, quod præstat directo Domino. Altera diuidatur inter omnes filios æqualiter, etiam computata persona primogeniti, adducens in confirmationem suæ opinionis traditionem *Francisci de Amicis, & Domini Regentis Rouiti, dum Ille in repetit. cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. in cap. incip. hic pulchrum erit discutere, num. 7. fol. 11.* inquit in hæc verba, *videmus hoc in vita militia, in cuius liquidatione primogenitus præcipit ante partem medietatem fructuum, tanquam æs alienum ratione seruitij, & alia medietas diuiditur inter omnes, computata etiam persona primogeniti, secundum Assh. in S. prætereà Ducatus, num. 19. de prohib. per Feder.*

Et Hic in titul. de feud. Pragmatic. 25. num. 4. sic literaliter prosequitur, *quæ quidem vita, & militia est annua præstatio in pecunia, quam primogenitus tenetur dare secundogenito, durante vita tantum secundogeniti, non tamen ad illius hæredes transitoria, liquidanda ex fructibus feudi, habita ratione ad numerum filiorum, ita ut primogenitus capiat ante partem medietatem fructuum, tanquam æs alienum ratione seruitij, quod præstat directo Domino, & alia medietas diuiditur æqualiter inter omnes filios, computata inter eos etiam persona primogeniti, secundum Assh. in l. Imperialem, S. prætereà Ducatus, numer. 19. de prohib. feud. alien. per Federic. Francisc. de Amic. de his, qui feud. dar. poss. S. sed hic pulchrum, numer. 7. fol. 11. Capyc. decision. 211. post num. 6. vers. & hoc.*

5 Super qua controuersia consultus ipse, quid de iure sentirem, respondit ut infra.

Commemoratam scilicet traditionem de *Amic. & Rouiti* habere duplicem intellectum, vnum elicium ex cortice verborum iam supra relatorum, primogenito satis præiudiciali, alterum ex eorundem Scribentium mente priori ex diametro oppositum, eidemque primogenito, quouis alio fauorabiliorum, quem Nos ex multis sustinemus, nempe ex medietate fructuum esse deducendam vitam, & militiam, eamque esse in illis liquidandam instar legitimæ, computata etiam persona primogeniti, quoad constituendum tantum filiorum numerum, qui differre facit rationem, & modum diuidendi; non autem quod æqualiter succedat primogenitus cum secundogenitis, ut paulò post infra demonstrabimus.

6 Cæterum (retento pro nunc priori intellectu citrà veritatis præiudicium, & prosequendo eandem materiam) adnectimus, & affirmare minimè veremur, sententiam præfati *Andr.* præualuisse pondere, numero, & mensura, prout in simili his verbis utitur *Baldus in l. final. colum. penultim. C. de edict. Diu. Hadrian. tollen.*

Dixi, pondere, quia quanta sit auctoritas *Ifern.* ex eo patet; nam à Sapientibus Regni appellatus fuit *iuris feudorum, & feudistarum luminare maius, Auriga, Parens, Princeps, Monarcha, Antistes, & Euangelista,* propter eius certam, profundam, & incomparabilem doctrinam, affirmantibus iisdem, *Ifern.* opiniones æquiparari opinionibus antiquorum Iurisconsultorum, ita ut nefas sit ab illis discedere, & nouissimè sic attestatur *Ioannes Baptista Bilotta in prima conclusion. feud. nu. 3.* Hinc doctissimus ille *Camer.* in suo sollemni, & famigerato dialogo inter ipsum, & Fiscum post *Cannet.*

D opus

opus impresso fol. 370. colum. 1. in
fin. satis, atque satis verè asseruit,
 plus credendum esse *Andreae veraci*,
 quem veluti *Euangelistam* in Regno
 sequimur, *vbi scientia feudalis viget*,
 quàm cæteris omnibus, qui ei contra-
 dicunt, sicut in simili rectè dicitur
 ex *D. Thoma sententia*, plus creden-
 dum esse *Mariae veraci*, quàm *Iudæo-
 rum turba fallaci*; & secundum eun-
 dem in celebri *repet. l. Imperialem*,
 fol. 68. colum. 4. lit. V. tanta est *Iser-
 nia authoritas*, ut vix queramus,
 quare dixerit, sed quia ipse dixit, ut
 de Pythagora recitatur, cuius me-
 minit *Haribman. Pistor. lib. 2. quest.*
 1. num. 82. *Consiliarius de Georg. in*
repet. feudor. cap. 9. num. 26. & *And.*
Capan. de Iure Adoba, quest. 7. sub
num. 45.

Nec non memoria recolo, me ali-
 quando legisse penès *Dom. Ioan. Vin-*
cent. de Ann. I. C. insignem in repe-
tit. cap. 1. num. 122. de Vasall. decrep-
stat. & Domin. Pres. de Curt. 1. par-
fui divers. fol. 2. num. 16. olim Præ-
 ceptorem meum in feudalibus, vtrū-
 que scilicet ex viuæ vocis oraculo
Domini Fabij Marchesij hausisse hæc
 verba. *Quidquid dixit Andr. de*
Isern. bonè dixit, & quidquid alijs di-
xerunt contra Andr. malè dixerunt.

Appellauit mox *Dominum Fabium*
Marchesum oraculum, & summa-
 cum ratione, ex quo eum Iuriscon-
 sultorum peritissimum, & Iurisperi-
 tissimorum Iurisconsultissimum ap-
 pellat *Cyrus Mastrii*. penès *Fab. de*
Ann. consil. 136. num. 27. lib. 2. &
 idemmet *Domin. de Curt. loc. cit.* nun-
 cupat ipsum Præceptorem, & Magi-
 strum suum colendissimum, omnibus
 numeris absolutum, & veluti alte-
 rum *Iserniam*, suis temporibus, ve-
 neratum fuisse, cum patrem non ha-
 buerit, cuius *Fabij filius* est *Domi-*
nus Andreas Commissarius huius
 causæ, qui pariter est feudorū inter-
 pres summi nominis, & ordinis, qui

munus etiam habet interpretandi, &
 sequendi doctrinas eiusdem *Andree*.
 Quomodo igitur à tam dignissimis
 Patre, & Præceptore poterit in hoc,
 vel quouis alio feudorum articulo,
 nec latum vnguem discedere?

7 Dixi, numero, quia eadem *Isern.*
 opinio vincit alteram numero *Asti-*
pulatorum ferè infinito, postquam
 ab illo tempore, vsque ad hanc æta-
 tatem, & sic per annos 350. indistin-
 ctè sectati sunt illam, tam antiqui,
 quàm moderni *Scriptores*, inter
 quos præ cæteris duo ad minus vir-
 tualiter, & implicite, seù potius ex-
 pressè *prisci* nominantur *feudistæ*,
 per nostrum *Andr.* in illis verbis per
 Nos supra in principio relatis, nem-
 pè *alijs dicunt, &c.* quos sequutus est
 idem

1 *Andr. loc. cit.* quibus se subscri-
 psit.

2 *Afflic. in* tribus locis, vtpotè in
dicta Constitut. num. 3. 4. & 5.

3 *In decis. 252. ante num. 7.*

4 Et in *cit. S. prætereà Ducatus, n. 19.*
 in quibus sæper dixit, se vidisse iudi-
 catū in *Sac. Cons. secundū præfatam*
 opinionem, quā *Andr.* dixit æquā, sub-
 dens, hanc opinionem esse hodiè le-
 gem in Regno, ea fretus ratione, quia
 sententia Regis facit ius quoad om-
 nes, quando venit ad interpretandum
 aliquod dubium iuris, *l. fin. C. de legib.*

5 *Vrsill. in addit. eiusdem dec. vltra*
Affl. allegat

6 *Loffr. in S. quid ergo, de inueff. de*
re alien. fact. &c.

7 *Guliel. de Montefer. in tract. de suc-*
cess. Reg. in 3. dub. relatum etiam,
 per *D. de Pont. cons. 79. num. 21. lib. 1.*

8 *Antonius Capyc. decis. 211. aliàs*
vl. num. 2. ibi, nunc autem cum agere-
tur de dicta liquidatione, ortæ sunt duæ
difficultates, prima, ex quo in Regno se-
cundum Andr. de Isern. in Constit. Co-
mitibus, hæc vita militia vadit se-
runatum legitimam, & ita taxatur, &
ita seruetur, & iudicatum est.

9 *Mi-*

9 *Minad. in repet. Const. Reg. In aliquibus, not. 7. num. 12. ibi in taxanda legitima. seu vita, & militia, que taxa vi solet ad instar legitime, ut per Andr. in Const. Comitibus.*

10 *Io. Ant. de Nigris, vulgò Campagna nuncupatus in cap. Regni alienationis actus, num. 13. dicit, vitam, & militiam liquidari ad instar legitime, & allegat Aff. in d. dec. 252. & in dicta Const. Comitibus, q. 2.*

11 *Guliel. de Pern. Syracusanus consil. 11. sub nu. 12.*

12 *Io. Anton. Cannot. in extrauag. si aliquem, nu. 54. cum seqq. fol. mibi 330.*

13 *Ioseph Cumia in repet. cap. si aliquem, in verb. antiquis, nu. 550. in fine.*

14 *Blasc. Lancea ibidem q. 21.*

15 *Nicol. Intrigl. de feud. cõt. 1. q. 57. num. 16.*

16 *D. Reg. Petr. Corset. in addit. ad Octau. patrem in consil. 27. sub num. 11.*

17 *D. Garf. Mastril. dec. Sicil. 64. n. 2. lib. 1. in illis verbis, & quoad taxationem vita, & militia legitima equiparatur, Loffr. in cap. 1. S. qui vero de inuestit. de re alien. far. Vinc. de Franch. dec. 61. Petr. de Gregor. in tract. de vita, & milit. quæst. 2. & quæst. 7. num. 4. & in tract. de dot. de parag. quæst. 2. nu. 8. & tenent omnes scribentes in Regno.*

Idem *Mastrill. decis. 85. n. 16.*

18 *Paul. Staiban. consil. 2. nu. 14. cum seqq. vbi præter Iser. & Aff. allegat*

19 *Petr. de Gregor. in tract. de vita, & mil. q. 7. nu. 1. & 4.*

20 *Præs. de Franch. in decis. 61. nu. 2. licet idem Staib. pro alia opinione alleget eundem Aff. vti sibi parum constantem, sed hoc dixit, non visa, nec lecta doctrina Aff. & se decepti in uera, & germana intelligentia D. Francisc. de Amic. ut satis perspicue infra demonstrabitur.*

21 *Menoch. consil. 1005. sub nu. 30. lib. 1. quem meritißimum Senatorem appellat Fab. de Ann. consil. 37. num. 6. ac uirum doctißimum, & Præsidentem reddituum extraordinariorum*

dignißimum in consil. 78. numer. 1. lib. 1.

22 *D. Consiliar. Iacob. Anell. de Bott. in Constitut. Comitibus, num. 10. fol. mibi 243. ibi, vita & militia vadit secundum legitimam, & ita taxatur, ut diximus, vide Cypc. decis. 211. num. 7. quem omninò videas.*

23 *D. Alexand. Turamin. subtilißimus, & eruditissimus Senentis, olim Præceptor meus ad D. de Franch. episc. forens. 7. in prin.*

24 *Franciscus Antonius Cost. Messanen. consil. 91. num. 34. ubi inter alios allegat.*

25 *Pat. Molfes. consil. 9. num. 16. in fine, lib. 1.*

26 *Marta de iurisdic. par. 4. cent. 1. casu 23. n. 32.*

27 *D. Camill. de Medic. consil. 8. sub num. 30.*

28 *D. Io. Aloys. Normil. olim Præs. Reg. Cam. Summar. in d. Constit. Comitibus, num. 2.*

29 *Dominus Consiliarius Gizzarell. dec. 37. ubi*

30 *Didac de Mari eius additionator idem tenet, &*

31 *Ioseph Mele alter additionator eidem adhæret opinioni.*

32 *Mercurial. Verbin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 3. nu. 11.*

33 *Camill. Borrel. in sum dec. tit. 40. de vita, & militia, num. 18. cum seqq. subdubius tamen, an uita, & militia ex Isernia sententia fuerit alimentis subrogata, ut tangemus infra.*

34 *Io. Iacob. Masull. ad citat. Cypc. decis. 211. dum pro ueritate huius articuli remittit se ad Petr. de Gregor. supra allegatum.*

35 *Mar. Giurb. ad Consuerud. Messanen. part. 1. cap. 4. glos. 4. sub num. 27. ubi loquens de authent. nouissima, C. de inoffic. testamen. inquit in hæc verba. Quam locum etiam habere in liquidatione vite, & militia scripsit Isern. in Constit. Comitib. lect. 1. ad finem, & lect. 2. in princ. vers. audiui, ubi Afflic.*

num. 5. & in cap. Imperialem, S. prater
reà Ducatus, num. 19. de prohibiti. feud.
alien. per Federis. Franc. de Amic. fol. 11.
num. 7. D. Ruyt. ad Prag. Reg. Neap. tit.
de feud. Prag. 4. nu. 71.

36 Flau. Amend. in addit. ad D. de
Franch. dec. 1. 20. & 61.

37 Horat. Viscont. in add. ad eandem
decis. 20. & 61. & Ego addo eundem
de Franch. in add. ad Consuet. Neap. Si
moriatur fol. 80.

38 Antonin. de Amat. resolut. 75.
num. 4. tom. 2.

39 Dom. Gensil. Theodor. allegat. 81.
num. 5.

40 Io. Bapt. de Thoro in Compend de-
cis. Reg. par. 1. in ver. vita, & milit. S. 6.
ubi affirmat, pro hac parte fuisse in
Sac. Conf. iudicatū, allegando citatā
Cappi, dec. nec non pro eadem opinio-
ne allegat Franc. de Amic. licet in alio
loco.

41 Iul. Cesar Gallup. in method. iur.
feud. p. 3. c. 4. sub num. 61. post Afflic.
Ann. & plures alios attestatur, om-
nes DD, sic sensisse, ac usum foren-
sem comprobasse, & amplius pro ea-
dem opinione, & secundum nostrum
sensum allegat Franc. de Amic. loc. su-
pra cit. qui sic intelligi debet, ut ui-
debimus infra.

42 Reuerendiss. D. Rjcc. Episcop. Vici
Equensis amicus, & Dominus meus
pluribus autoritatibus nostrā con-
firmavit sententiā in tribus collecta-
neis decis. nempè 26. p. 1. 626. par. 3. &
2378, circa finem, p. 6.

43 Io. Maria Nouar. super Prag. 25.
de feud. collect. 19. n. 4. ubi allegat

44 Guid. Pap. decis. Senat. Gratiano-
pol. 476. & 487. &

45 Boer. dec. 204. num. 14.

46 Ant. Monac. Taurinens. de rect.
feud. interp. c. 64. n. 56.

47 Io. Bapt. Bisolca conclus. feud. 14.
num. 14.

48 Io. Bapt. Hodier. ad Surd. dec. 119.
n. 4. ultra D. de Pont. cons. 79. & Præf. de
Franch. dec. 20. n. 9. allegat tres alios,
nempè

49 Tiraquell. de primog. quest. 75.
num. 8.

50 Parid. de Put. de reintegrat. feud.
fol. 176. &

51 Camer. in c. Imperialem. fol. 102.
col. 3. lit. L. & M. quem post Ifern. pri-
mum locum obtinuisse in interpreta-
tione feudorum affirmat Gizzarell. d.
dec. 37. n. 83.

52 Fab. de Ann. quæ summum feu-
distam appellat D. Reg. de Pont. dec. 11.
sub num. 12. eiusdem opinionis pro-
pugnator acerrimus lib. 1. consil. 4.
num. 52. ibi debetur ad instar legitime,
ut aperte decidit idem Andr. in d. Con-
stitut. Comitibus in 1. lect. vers. item
quantum dabit, & in repet. col. 3. vers.
Alij dicunt, & cons. 6. num. 13. in illis
verbis, quia omnes DD. admittunt, &
usus approbavit, vitam, & militiam ef-
se taxandam secundum legitimam iux-
tā numerum filiorum Andr. in Constit.
Comitibus, & ibidem Affl. in 3. vot. in
2. quest. Gulielm. de Perno in cons. 11.
col. fin. vers. sed quantum habebit fra-
ter.

Idem Ann. lib. 2. consil. 120. nu. 3.
in fine, inquit in hæc verba, & demum,
quod hac opinio sit verissima, patet quia
pro se habet auctoritatem Andr. in
Constitut. Comitibus, qui recte ponde-
ratus tenet, quod vita, & militia sit lo-
co legitima, & quod ita verè sentiat
Andr. patet ex ponderationibus quas fe-
ci pro ipsius intelligentia in cons. meo 6.
quod me refero, ne bis idem repetam, &
quod legitima comparatur facis, quod
taxatio sit secundum authentic. nouissi-
ma, C. de inoffic. testam. & num. 4. in
eius confirmationem allegat Ifern.
Afflic. Gulielm. de Pern. & Petr. de
Gregor. & sub num. 5. subnectit hæc
formalia verba, & cum habeamus au-
thoritatem And. qui Euangelista in hoc
Regno nuncupatur, non erit admodum
de hac conclusione dubitandum.

53 Domin. Reg. de Pont. quem Illu-
strissimum, doctissimum, & eruditissi-
mum nuncupavit Multifcius Menoc.
in cons. 1174. lib. 12. eundemq; virū do-
ctissi-

Ætissimum, & nunquam satis laudatum nominavit idem *Anna filius cit. conf. 120. num. 3.* in eandem abiit sententiam *conf. 79. num. 11. lib. 1. Idem de potest. Proreg. in tit. de assens. reg. S. 4. sub num. 29.* in illis verbis satis perspicuis, & claris. *Tertio si ratione portionis debita super feudo hac vita, & militia deberetur, non regularetur à legitima, ut tertia pars fructuum daretur, nec esset in vita, sed perpetua, & integra pars constitueretur, cuius contrarium dicunt omnes.* Idem paulò antè finem ibi, & si attendimus communes decisiones Doctorum, quòd vita, & militia est loco legitima, & paulò post in illis verbis, de quo per *D. de Franch. in decis. 20. num. 9. in meo conf. 79. 1. vol. Camer. fol. 102. col. 3. lit. E. & M. cum alijs in numeris cumulatis per Const. Fab. de Ann. in conf. 120. 2. vol.*

34 *D. Reg. Tap.* quem virù de Republica literaria optimè meritum appellat *Cyrus Masbrill. apud Fab. de Ann. conf. 136. num. 47. lib. 2.* eandem multùm enixè est amplexus opinionem in pluribus locis, nempè in *decis. S. C. 14. num. 31.* ibi, *vita tamen, & militia est tertia illius partis, quam esset habiturus ab intestato, nec potest illam excedere, ut tradit Petr. de Greg. q. 111. de vita, & militia.*

Idem in *decis. 44. sub num. 3.* in illis verbis, & sic *D. Præs. de Franch. dicebat practicari in Sac. Conf. iuxta doctrinam Andr. post glos. in d. Constit. Comitibus, ubi ponit vitã, & militiam ad similitudinem legitima, & quòd debeatur in fructibus, & pariter sub num. 4.* ibi, & sic respectu obligationis debetur ex fructibus feudi, & regulatur secundùm legitimam respectu quantitatis, & sub num. 8. attestatur, sic ipso

* Commissario existènte fuisse decisum in Sac. Conf. in causa Octavij Baronis cù *D. Bartholomæo Barone Tropiensibus* in Banca de Mondellis, nempè deberi eidem secundogenito vti vni ex septem fratribus partem decimam quartam, iuxta dispositionem

d. aush. nouissima, quæ præstat medietatem illius partis, quam quis esset habiturus ab intestato, quando filij sunt vltra quatuor.

Idem *Tapia* nouissimè hoc tradidit *lib. 6. de iur. regni.* edito anno 1636. in *d. Constit. Comitibus, tit. 19.* in scripto de vita, & milit. sub num. 17. cuius verba ita se habent.

Hodiè tamen huiusmodi vite, & militiae taxatio fit iuxta quantitatem, & regulam aurb. nouissima; C. de inoff. testam. vt per *Ass. hic num. 5.* & per *Intrigl. de feud. cens. 1. quæst. 57. nu. 17.*

55 *Horat. Montan. in repet. l. Imperialem, S. proterea Ducatus, nu. 134.* ibi in Regno nostro nec est determinata quantitas ex constit. Comitibus. Vnde *Andr.* ibi refert plures opiniones, quarum illa præscripta est ex consuetudine iudicandi, scilicet, quòd liquidetur ad instar legitima, ex fructibus scilicet feudi, *Ass. hic num. 59. Minad. in constit. In aliquibus, in 7. not. nu. 12. Ann. filius in conf. 6. nu. 13. de Franch. decis. 61.*

8 Absolutis duobus ex tribus assumptis supra in principio factis, nempè pòdere, & numero, remanet vltimùm, scilicet mensura, in qua repetã etiam & pondere. Tùm quia prælibata *Iser.* sententia est iam vsque ab vltimis ducta temporibus, quippè cùm ab antiquissimis iuris feudalis Interpretibus originem duxerit, & hodiè non minus vigeat. Altera verò, si attendamus interpretationem partis aduersã, vix à duobus recentioribus, imò absque Authore sit enata. Quantum autem antiquorum sententiã opinionem recentiorum præstet, docet *Paris de Puteo de syndic. in vers. an si Iudex, qui dedit, num. 7. in fin. Pract. Papien. in forma capit. ad ater. rei mem. in fine.* Antiqui enim *DD.* magna veneratione fuerunt præstantiores modernis, adèò vt vnus ex antiquis vindicet sibi authoritatè trium modernorum, ex *Bal. testimonio in d. l. si. col. pen. C. de edic. Diu. Hadr. toll.*

Tum etiam, quia *DD.* qui *Andr.* sententiam fuerunt amplexi, materiam istam ex professo diligentius pertractarunt, quod non fecerunt contrariae opinionis sectatores, utpote praefatus *Franc. de Amic. & D. Rouis.* & nonnulli alij ipsis adherentes, quatenus eisdem secundum lecturam partis ex aduerso minus veram intelligeremus: Qua ratione etiam allegata *Andr.* sententia potior esse debet; semper enim opinio illorum, qui perpenfis rationibus rem accurate pertractarunt, preferenda est alijs, qui obiter, & oscitantem aliquid protulerunt, argumento *l. Diot. fratres, ff. de iur. patr. §. optionis, l. si sit, de legat. cum pluribus alijs adductis per Menob. consil. 51. nu. 54.*

Et pariter eadem opinio est in iudicio potissimum tenenda veluti communis, duplici ex capite.

Primo, quia frequentissime, nedum frequenter recepta est.

Secundo, quia eam maioris auctoritatis, & ponderis *DD.* approbauerunt *cap. in canonicis scripturis, 19. distin. d. l. Diot. ff. de iure patr. l. pen. C. de condic. indeb. Ang. in l. si idem eum eod. §. fin. de iurisd. omn. iudic. cum pluribus alijs relatis per Cephal. consil. 309. nu. 63. lib. 3.*

Tum denique propter auctoritatem rerum iudicatarum; siquidem per innumeras penè decisiones, de quibus attestati sunt *DD.* supra citati, praescripta est consuetudo, nedum inductus stylus sic iudicandi, *Fab. de Ann. alios allegans consil. 61. num. 70. & 71. lib. 1. D. de Franch. decis. 91. nu. 6. & Amat. decis. 11. num. 2.* quò fit minimè mutanda esse ea, quae interpretationem certam semper habuerunt, prout statuit *Paul. in l. minimè 23. ff. de legib. innumeris alijs, ex industria praetermissis. Quinimò idem de Fräcb. in fortioribus terminis addidit, eam opinionem seruandam, secundum quam aliàs fuit iudicatum, licet contraria opinio esset verior, ut in eius*

*decis. 238. & amplius in hoc Regno adest Pragmatica Ducis Aulcanorum 38. §. fin. incip. & si decreta, de offic. Sac. Consil. in qua statutum est, decreta praedicti Senatus esse pro lege seruanda, de qua meminit idem *Rou. lib. 1. consil. 18. nu. 6.**

9 Altera & contraria opinio supra in principio per Nos relata, quam aduersarius, & quisquis alius adstruxit, eam eliciendo ex nudis verbis, & omissa discursus rone ex Codicibus *D. Franc. de Amic. & D. Rouis.* sub clypeo, & auctoritate *Affl.* est acephala, spuria, adulterina, & ab initio infirmata, & omnibus viribus profus exhausta, cum legitimum nequeat ortu demonstrare, & tam recens, quam falsa, postquam *Affl.* in huius opinionis auctorem allegatus nedum tale quid non dixit; sed semper in lectionibus docendo, & in foro decidendo nostram pro primogenito acerrimè sectatus est sententiam, ut supra ex proprijs illius verbis demonstratum est. Hac de re *Montan. loc. sup. cit.* quia intellexit *D. de Amic.* secundum meram literam, exclamauit, cauendum esse ab eo, tanquam falso allegante dictam *Affl.* doctrinam, quam adduxit, ponderauit, & retorsit in contrarium.

10 Sed si vterque, qui enunciatur, & contrariae opinionis perperam creditur assertor, intelligatur iuxta vtriusque sensum, & mentem, prout de iure sic intelligi debet, cum verborum interpretatio nunquam tantum valeat, ut melior sensu existat, *l. 3. C. de liber. prat.* Hinc suboritur illa vulgaris regula, quòd intelligentia dictorum, sit ex causis dicendi assumenda, *cap. intelligentia, de verb. signific. & quidem cum de mente constat, nihil de verbis curandum esse asseueravit Eminentiss. Card. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 3. tit. 5. in princ. qui pariter in eod. tract. lib. 6. tit. 14. nu. 8. tradidit, illam interpretationem, quae fit per punctum rationis, esse necessariam;*

non

non, inquam, iuxta hunc sensum, esse nostri contradictores, sed acerrimi defensores.

II Mens igitur ipsorum duo continet, complectiturque dicta. Quorum primum, & satis perspicuum est, ut primogenitus capiat rursus partem mediocritatem fructuum feudi, tanquam res alienum pro seruitio, quod directo Domino præstare debet, & in hoc priori conuenimus cum Aduersario, nam suadet ipsamet æquitas, ut res alienum in primis, & ante omnia detrahatur de vita, & militia, prout in legitima sic etiam fieri statutum est in *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam.*

Subsequitur alterum, in quo concluditur, alteram fructuum mediocritatem diuidi inter omnes filios, computata etiam persona primogeniti.

In quo mirum in modum dissentimus, & quia est res maximi exempli, & præiudicij, idcirco in hoc posteriori pro perfecta veritatis indagine, subsistimè, & ut par est, insistemus.

Aduersarij hoc dictum intelligunt secundum corticem verborum, id est, ut tam primogenitus, quam secundogeniti in hac fructuum mediocritate viriliter, & in capita succedant, quisque sumendo partem suam æqualem, prout visus est sentire idemet *Rouit* in *titul. de feud. pragm. 25. num. 4. ibi, & alia mediocritas diuiditur æqualiter inter omnes filios, computata inter eos etiam persona primogeniti secundum Afflicti.* &c.

Hæc interpretatio nullatenus subfineri potest, imò destruitur ex mente eorundem, dum vterque allegat pro sua traditione *Afflicti*, qui adstruit totum oppositum, nempe secundogenitos non succedere æqualiter cum primogenito, sed in tertia, vel mediocritate suarum portionum, secundum numerum filiorum, prout fit in legitima, & secundum præfatam *Afflicti* doctrinam sunt ipsi intelligendi, cum apud omnes sit in confessum, scriben-

tes intelligendos esse secundum doctrinas per ipsos allegatas ad *Bartol. theoreticam tamigeratam in l. non solum, §. liberationis verbo, de liber. leg.*

Accedat, quod idem *Rouit*, pro sua opinione, quam tenet in nouissima, edit. in anno 1637, adduxit *dec. Cappi. 211*, quæ est in terminis, & concordat cum eodem *Afflicti*, ergo secunda fructuum mediocritas non est æqualiter diuidenda inter primogenitum, & fratres minores; sed ad instar legitime, ut secundogeniti auferant mediocritatem, vel tertiam partem suarum portionum, iuxta numerum filiorum, prout fit in legitima.

Qui noster sensus, & intellectus ipsam veritatem sapit, & emicat ex verbis eiusdemmet *Rouit*, dum in *Pragmatica q. num. 71. eiusdem tituli*, enixè affirmavit, in hac liquidatione vite, & militiae habere locum, dispositionem *authent. nouissima, C. de inoff. test.* asserens, hanc opinionem tenuisse *Isern. Afflicti. Petr. Gregor. & Fran. de Amic. loc. cit.* si hoc est verum, prout est verissimum, & pro tali assumitur ab eodem *Rouit*, ergo subsistere non potest intellectus contrarius, quòd diuisio fructuum in altera mediocritate sit facienda æqualiter etiam cum primogenito, quia si hoc esset, *d. authent. nouissima* nequaquam in feudis locum haberet: cum hæc duo sint inter se ex diametro contraria, quorum vno posito, alterum tolli, & remoueri est necesse.

Amplius confirmatur hæc mea interpretatio, & conuincitur contraria, ex quo si attendamus verba *D. Francisci de Amic. per Rouit*, allegati, nulla in eis fuit facta mentio de *d. authent. nouissima*, & sic, illius verbis attentis, inepta fuit allegatio, at si illius mentem, & intentionem inspiciamus, quæ verbis præponderat, & dominatur, non inepta; sed optima fuit inductio, ex quo *D. de Amic.* virtualiter, & intentionaliter meminit de dispositione præfatæ *authent.* dum allegauit

Afflicti.

Aff. magistraliter loquentem super terminis illius, & substinentem; illam locum habere in liquidatione vitæ, & militiæ.

12 Præterea nostrum intellectum satis perspicuè comprobasse videtur *Mar. Giurb. ad Consuetud. Messanen. par. 1. cap. 4. glos. 4. sub num. 27.* dum in confirmationem suæ opinionis, in qua substinet, in feudis habere locū dispositionem *d. autb. nouissima*, allegauit præ cæteris præfatos *Franc. de Amic. & D. Reg. Rouit.* in locis per Nos supra citatis, & tamen verum est dicere in *commentar. D. de Amic.* nullum verbum fuisse prolatum de *d. autb.*

13 Et ad verba *Rouit.* quæ nobis prima frôte plurimū aduersari videtur, ibi, & *alia medietas diuiditur aequaliter inter omnes filios, computata inter eos etiam persona primogeniti.*

Respondeo, esse intelligenda quòad secundogenitos, & inter se tantum, videlicet, vt secundogenitus pro sua vita, & militiæ nō auferat maiore portionē, q̄ tertio genitus, nec tertio genitus pinguiorem, quàm quãrtogenitus, & sic deinceps, quamuis secus sit in primogenito respectu secundogenitorum; nam omnes dicuntur secundogeniti respectu primi.

Et amplius secundum eundem, *Rouit.* quando sumus in numero filiorum quaternario, vnus ex secundogenitis sumit eadem portionē, quam consequitur vnus ex eisde in numero senario constitutus. Et quia per numerum filiorum variatur modus diuidendi inter eos, vt patet ex *dicta autb. nouissima*, concludit proinde, in numero filiorum connumerari etiam personam primogeniti, qui nunquam accipiet eandem, & æqualem portionem, sed semper satis longè maiorem, & hic est *D. Rouit.* in dictis verbis verus, & germanus sensus, qui desumitur ex originali, & formali *cons. D. Capyc.* per eundem allegati, cuius litera talis est.

Es hoc scilicet dum dictum est, quòd

non erit differentia, an sint sex, vel quatuor, hoc quòd ipsos secundogenitos, sed quòd ad primogenitum est differentia, quia si sunt quatuor, habebit ante partē octo uncias, & in alijs quatuor vnā, & sic nouem, sed si essent sex, habebit ante partē sex uncias, & in alijs sex vnā.

Et sic secundum *Capyc. & Rouit.* nō æqualem portionem haberet primogenitus cum secundogenito, sed satis longè pinguiorem.

Sublata igitur *Rouiti* autoritate, quæ plurimum negotij nobis facessere videbatur, propter illā dictionem *æqualiter*, quæ omnem responsionem adimere, & excludere primo aspectu censebatur, nē vis fieret literæ.

A fortiori remotus videtur alius obex, qui fiebat super illa de *Amic.* qui manifestius nobis fauet propter defectum dictæ dictionis *æqualiter*, quæ nō legitur in suo Codice, in quo in cæteris fructibus alteram medietatem importantibus simpliciter se remittit ad *Aff.* traditionem.

14 Ad aliam oppositionem, quæ posset fieri super autoritate *Reu. P. Molles.* in eodem *cons. 9.* sub *n. 8.* dicimus, ipsum ibi vsum fuisse iisdem verbis *D. Franc. de Amic.* & sic sine illa dictione *æqualiter* fuisse loquutum. Vnde sicut ille rectè ponderatus, & examinatus nobis validè suffragatur; ita hic pariter tantò magis, quia in postrema editione in additione ad idem *consil.* quæ reperitur in *2. tom.* sub *n. 3.* constat, ipsum æquiparasse vitam, & militiam legitimæ quòdã vtriusque liquidationem, fretum autoritate *Menoch. in cons. 1005.* quem Nos supra adduximus.

Eodè modo respondeo ad *D. Marcian. lib. 1. cons. 56. num. 5.* & ad *Horat. Barbatum de affit. glos. 12. num. 128. in nouiss. edit.* nam vterque magnificat dictam traditionem *D. Rouit.* vnde sicut illa nobis fauet impensè, vt supra demonstratum est; ita & hæc, cum sine illius accessorix, tantò magis, quia præfatus *Barbat. loc. cit.* immediatè subiun-

subiunxit, vitam, & militiam taxari ad instar legitimæ iuxta citatam *Capyc. decis.* & ita vsu forensi esse receptum, & amplius *D. Marcian.* licet firmiter inhæreat verbis *D. Rouit.* nihilominus loquitur sine illa dictione, *aqualiter.*

Ad *Domn. Ricc.* qui in *collect. decis. 3406. p. 8.* eandem traditionem verbore nus recitavit, potest eodem modo responderi, & amplius quatenus sibi inconstans, & contrarius videretur, prout re vera non est, ad saturitatem subiungimus, ipsum, ex quo nihil allegavit, mysteriosè, & consultò id fecisse, & potius ad derisum; postquam illam nobis exhibuit, veluti spuriam, pauperrimam, & absque dote, omni lege, qualibet ratione, ac quavis Doctorum auctoritate denudatam, ut potest ibidem videri, præterquam quod idem *Ricc.* loquutus est absque illa dictione *aqualiter*, quæ difficultatis ansam, & scrupulum iniicere, & suggerere videbatur.

Et tantò fortiùs est tenenda hæc mea interpretatio; nam aliàs vterq; tam scilicet *D. de Amic.* quàm *Rouit.* argueretur, & rectè de nimia oscitantia, & desidia in allegando citatam *Aff.* doctrinam, ex qua præsertim radicitùs euellitur ipsorum opinio, quod non est dicendum de dictis viris, quæ doctis, & quæ accuratis, & diligentibus. Et amplius idem *Rouit.* eodem ferè tempore notaretur vpi sibi varius, inconstans, & contrarius, postquam paulò supra in *cod. tit. Pragmat. 4. num. 70. & 71.* verbis satis perspicuis, & claris substinuerat totum oppositum.

15 Hac de re aduersariorū interpretatio, & opinio est penitùs respuenda, tum quia spuria est, nedum singularis contra auctoritatem tot grauissimorum DD. & rerum iudicatarum pondus, tum etiam quia dura est, & nulla ratione fulcitur. Quinimò vltra omnes obserua mecum tu ingeniose eam includere, seu in se inuoluere, & coercere sex præcipuè iuris absur-

da, singula turpissima, & quodlibet alio fèdius. Quorum

Primum est, si medietas fructuum detraheretur in satisfactionem Regij seruitij, veluti æris alieni, & deinde ad alteram fructuum medietatem, admitteretur æqualiter primogenitus cum secundogenito, ad quid sibi deseruiret primogenituræ priuilegiò? & quòd totum feudum, maximè si est titularum, sit legitima primogeniti, cum onere tamen præstandi secundogenitis vitam, & militiam, quam alimenta appellant *Hoftiens. Abb.* & cæteri *Canonista in d. c. licet.* Hinc *Anna Sen. alleg. 23. sub num. 5.* post *Ifern.* rectè respondit, primogenitum succedentem tantum debere secundogenito, ut possit viuere.

16 Amplius, & secundò cessaret dispositio citatæ *auth. nouissima*, quam etiam in feudis locum habere tradiderunt omnes, ut animaduertit, & tenet idem *Rouit. loc. cit.* in qua edocemur modum liquidandi legitimam, ergo ad instar illius erit liquidanda vita, & militia, & ideò dempra fructuum medietate, veluti ære alieno, in altera non succedet æqualiter primogenitus, & secundogenitus.

17 Tertiò, destrueretur altera æquè solemnis *And. decisio in d. Constitut. Comitibus in prima lect. in fine,* dum protulit hæc verba; *semper tamen maiori debet tantum remanere, & tantum dari minori; unde possit viuere, sicut primogenitus honorificè, & dominus feudi, & quod dignitas attributa primogenito non minuasur.* Non igitur in altera fructuum, quæ superest, medietate æqualiter concurrunt frater maior, & minor ex mox relata *Ifern.* sententia.

18 Quartò, in irritum caderet, & prosterneretur notabilis traditio *Marini de Caramanico* optimi iuris magistri, & glossatoris antiqui super *Cõst. Regni*, cui vti Præceptoris suo plurimum debere postum *And.* non dubitatur, cum ab eo innumera legum arcana didi-

didicerit, vt est in confessum apud omnes. Is, inquam, in *d. Constit. Comitibus*, magistraliter docuit, Prætozem in decernendo dictam vitam, & militiam, seu alimenta debere primò inspicere, quid defunctus quondam, communis pater consueuerat ministrare, facta relatione ad ea, quæ habebat tempore erogationis, vt *ff. de ann leg. l. scio*, §. 1. quod si non appareat, tunc ex facultatibus defuncti, idem Prætor modum statuere debet, vt *ff. de alim. & cib. leg. l. pen.* si enim, æqualis esset omnium fratrum concursus in altera fructuum medietate, quæ superest, inanis, & superflua esset hæc *Marini* inspectio, & magistralis obseruatio ab ipso puro legum fonte deducta, atque deriuata.

- 19 Quintò, noster feudista communis Præceptor ab omnibus receptus in *Constit. In aliquibus*, circa finem magistraliter docuit, vt filia possit nubere pari, seu ad paragium interdum esse constituendam totam quantitatem pro dote, quanta esset sua portio, si succederet, secus in vita, & militia, quam dat maior fratri minori, qui contentus esse debet de tertia parte illius partis, quam ab intestato esset habiturus. Et huius discriminis ratio secundum eundem *Andr. in d. Constit. Comitibus in cit. vers. Alij dicunt*, est, quia soror propter sexus verecundiam non potest, nec debet pro alio laborare, seu alio modo acquirere, nisi filando, nam manus eius debent apprehendere fufum, at masculus minor frater potest, & debet laborare, & de laboribus augere se, & bona sua, & absque voluntate, & licentia fratris recedit ab eo, melioris fortunæ compendium aspirando, vt habetur in fine *d. Constit. Comitibus*. At secundum præensam aduersarij opinionem semper frater minor æqualiter succedit cum maiori, postquam medietas fructuum secundum istam opinionem detrahatur tanquam æs alienum, & in reliqua parte vter-

que concurrat æqualiter.

- 20 Sexto, & vltimò pro nunc, cæteris ex industria prætermisissis, contraria opinio conuincitur ex eadem *Affli. 7.* traditione per partem ex aduerso allegata in *d. S. præterea Ducatus*, num. 19. nam, vt supra perspicuè demonstrauimus, in triplici certamine *Affli.* pro nobis strenuè pugnavit, & sic telum ab aduersario in nos emissum contra eundem iustissimè retorquetur.

- 21 Quinimò dico vnum, quod est verum, & verissimum, nempe eundem sensum prius habuisse nostrum *Andr.* & sic præfati *de Amic. & D. Rouit.* nec latum vnguem discesserunt ab eodem *Iser. cõmuni Præceptore*, qui virtualiter sensit, ante computationem vitæ, & militiæ esse detrahendum æs alienum statim, vt docuit, ad instar legitime illam esse liquidandam. Et hoc duplici respectu, tum quia sic obseruatur in legitima *d. S. quarta*, tum etiã quia fructus dicuntur deductis expensis, vt est *tex.* expressus in *l. quod in fructibus. ff. de usur. cū cõcord.* Itè deductis oneribus, vt dilucidè docuit *Bartol. in l. non amplius 26. in princ. de leg. 1.* & subsequuti sunt diffusè comprobando *Bacz. de decim. tul. cap. 27. num. 9. cum seq. & Guiter. de tut. c. 34. num. 3. cum seqq.* potuit tamen inter ipsos esse aliqua differentia circa quantitatem, vti æs alienum, deducendam ex temporum varietate, siquidè priscis *Andr.* temporibus feuda non erant sic grauata, prout hodiè, quæ ex tot impositionibus sunt redacta potius ad dispendium, quàm ad compendium Comitum, & Baronum, sic post *Luc. de Penn. exclamant. D. Reg. de Pont. in tit. de regal. imposit. num. 43. & Andr. Capan. de iure Adobæ, q. 1. nu. 17. cum seqq.*

- 22 Modò deueniendo ad praxim, & ad calculum, qui deducitur ex vtraque interpretatione, & opinione ad inuicem, & altrinsecus opposita, & cõtraria, dico in infinitum penè vnũ, & alte-

& alterum inter se distare, nam ponamus (citra veritatis præiudicium) fructus bonorum feudaliū, de quibus contenditur, singulis annis ascendere ad ducatos 3440. prout pars ex aduerso prætendit. Cùm in præsentī facti figura supersint quatuor filij, videlicet tres secundogeniti, & vnà cum eis primogenitus, in cuius beneficium antè partem, capta fructuum medietate, tanquam ære alieno, quæ est ducator. 1720 in reliquis fructibus, & sic in altera medietate, quæ est eiusdem quantitatis, secundogenitus vnus ex quatuor fratribus calculo inito, secundùm nostram interpretationem ad instar legitimæ habebit tertiam partem suæ portionis, quæ erat ducatorum 1430. & sic ducatos 143. tar. 1. & gr. 13. At secundùm calculum, quem faciunt aduersarij, habebit suam integram portionem, in aliquo non diminutam, & sic ducatos 430. postquam secundùm lectionem eorundem portio vnus ex secundogenitis non distinguitur ab ea, quam capit primogenitus. Hinc patet, maximam quidem differentiam, esse inter nostrum calculum ascendentem ad ducatos. 143. tar. 1. & gr. 13. & calculum aduersarium attingentem metam ducator. 430. qui calculus vitæ, & militiæ nostro contrarius (quando supersunt quatuor filij, vt in casu nostro) excedit illum calculum legitimæ in vno tertio, etiamsi de vniuersis fructibus feudi esset deducenda vita, & militia, vt cuilibet etiam parùm instructo calculatori ictu oculi potest esse manifestum. Quod est contra omnes DD. non solum per me iam supra congestos, sed etiam innumeros ferè alios relatos per *Borrell. in sum. decis. tit. 40. num. 1. & 2. & Merlinum de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 2. n. 53.* qui arbitrati sunt, per primogenitum esse prouidendum fratribus natu minoribus in pecunia, non de integra legitima, sed de honesta sustentatione pro alimentis, non habita ra-

tionem ad reditus Regios, & Ducales, & idem seruari in alijs feudis non Regalibus, in quibus viuunt de Iure Francorum, prout in hoc Regno, vbi solus primogenitus succedit.

A primo igitur ad vltimum male asseritur, & adstruitur à nostris aduersarijs, detracta fructuum medietate, veluti ære alieno, ad alteram partem, seù medietatem æqualiter admitti primogenitum cum fratribus natu minoribus, & sic, ex hoc cōcursu minimè ferendo, conuincitur posterior fructuum diuisio, tendens in totalem perniciem fratris maioris, & ad destructionem suæ primogenituræ.

Verùm enim verò satis nimius mihi videor esse in re tam perspicua, & clara, postquam ingens autoritas *Ifern.* cum numero Scribentium cumulo, & rerum iudicatarum pondere pro nobis instant, & pariter plura absurda contrariam conuincunt opinionem, vt ex iam dictis constat affluenter.

23 Postremò illud hic admonendi sumus, vitam, & militiam vltra præfatam summam, siuè taxam, & liquidationem in pluribus alijs conuenire cum legitima, de quibus per *Girzarel. d. decis. 37. num. 50.* non tamen inter hæc duo esse factam vniuersalem, & omnimodam æquiparationem, legitima enim est quota bonorum, vt in *d. a. ubi nouissima, & l. scimus, C. de inoff. testamen.* sed vita, & militia non est quota feudi, quia soluitur de illius fructibus, vt per omnes in *d. Constit. Comitibus*, & fusè per *Cananistas in d. cap. licet*, nè feuda diuidantur, & ad nihilum reducantur, ad *tex. in d. cap. Imperialem, S. præterea Ducatus, D. de Pont. cit. cons. 79. nu. 1.*

Præterea certa pecuniarum quantitas, quæ singulis annis pro vita, & militia præstat, non est ad instar legitimæ ad hæredes transitoria, vt per nostros *Rognicolas in d. Constit. Comitibus, & in Constitut. In aliquibus*, & decla-

declarat *Camer. in d. Spraterè Ducatus. fol. 102. colum. 3. lit. O. & P. Minad. conf. 1. num. 61. & seq. Marta de iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 23. num. 30. D. Præs. de Francb. d. decis. 20. num. 10. D. Reg. Tap. decis. Sac. Conf. 14. num. 27. & hoc respectu vitæ, & militia est minor legitima, Tiraq. de primogenit. quæst. 72. Affl. decis. 252. Balb. decis. 141. Idem de Francb. loc. mox cit. num. 9. quia datur loco alimentorum, quæ extinguuntur cum vita ipsius secundogeniti, & portio illius vitæ, & militia non accrescit alijs fratribus, sed tantum Domino, qui est primogenitus, per *tex. in l. Dominus, S. fin. ff. de usufruct. quem ab alijs Scribentibus non fuisse animaduersum; sed à se tantum inuentum scribit Frecc. de subfeud. lib. 3. quæst. 19. sub nu. 2. fol. mihi 450.**

Participat insuper hæc vita, & militia in multis alijs cum alimentis, de quibus per *Gizzarell. loc. cit. num. 50. differt etiam ab eisdem in pluribus alijs, vt per eundem ibidem num. 15. & 45. & D. de Ponte cit. conf. 79.*

Concordat etiam, & differt pariter à paragio in multis, vt doctè sequitur *Tap. cit. decis. 14. à num. 26. cum seqq. Gizzarell. ubi supra, num. 49.*

Postremò in hac causa propter suas particulares circumstantias alia superest obseruatio, ex puro ipsarum legum fonte elicita suo tempore, & quando opus fuerit, voce, vel scriptis propalanda; qua posita omnes præteritiones aduersariorum concidunt, ita vt præfatus Comes potius creditor, quam debitor satis, atque satis luculenter appareat.

Cætera suppleant ex propria sciëntia, & conscientia Domini Iudicantes, quorum acriori iudicio hæc, & alia non inuitus subijcio Ego Horatius Mazzapinta. Datum Neap. Kal. Nouembris 1640.

Fuit decisum ad instar legitime in fauorem Comitis in Banca Caprilis pro Martino.

Iura pro D. Lucretia Petrarola contra Spectabilem Comitem Palmerici super articulo liquidationis vitæ, & militia.

S V M M A R I A.

- 1 Doctores circa taxationem vitæ, & militiae obscure loquutos fuisse traditur.
- 2 Vitæ, & militiae quantitas taxanda de medietate fructuum feudalium ex opinione Francisci de Amicis proponitur.
- 3 Opinio Franc. de Amicis circa taxationem vitæ, & militia consolidatur rationibus, & auctoritatibus, & n. 4.
- 5 Vita, & militia successit loco portionis, qua de iure Longobardorum spectabat secundogenito super feudo, à qua excluditur per Ius Francorum.
- 6 Non autem loco legitima, à qua differt.
- 7 Absurda, & inconuenientia ponuntur, si vita, & militia liquidaretur ad instar legitime.
- 8 Relictum filio an compensetur cum vita, & militia.
- 9 Vita, & militia an debeatur, venditis fructibus feudi.
- 10 Adoba an diminuat vita, & militia quantitatem.
- 11 Vita, & militia debetur etiam in linea collateralis.
- 12 Vita, & militia taxa ad instar legitime grauaret primogenitum.

1 **C**irca taxationem vitæ, & militia licet antiquitus diuersæ fuerint opiniones, & verè *Andreas* noluit determinare, quanta sit, vt tradit *Affl. in decis. 252. num. 9. vers. sic fecit Andreas, & DD.* Antiqui sub inuolucro verborum loquuti fuerint, ex quo idem *Affl. in Constit. Regni Comitibus, nu. 4. in fine* dicit, quòd ad euitandum hoc dubium lege Regia non decisum, Iudices concordant partes, verum *num. 5. refert, Andream* dice-

dicerè, quòd primogenitus dabit secundogenito pro militia, ita quòd possit viuere, & hoc de legitima ipsius primogeniti, quæ legitima primogeniti est totum feudum, & sic primogenitus tenetur de suo alere fratrem, & quòd ita tempore ipsius *Ass. iudicabatur*, ex quo patet *Andream* concludere, vitam, & militiam non successisse in locum legitimæ secundogeniti, cum primogenitus de sua legitima, quæ est totum feudum præstat secundogenito vitam, & militiam.

2 Attamen verior, & practicabilior opinio est, quòd vita militia non debeat ad instar legitimæ taxari, sed quòd primogenitus habeat medietatem integram fructuum feudi, occasione seruitij, quod præstat directo domino, & idè eam præcapit tanquàm res alienum, & reliqua medietas diuidatur inter secundogenitos, connumerata persona primogeniti, iuxta opinionè *Fræc. de Amic. in repot. c. 1. de his, qui feudum dare possunt, in S. incipiète, sed hic putabrum, num. 7. fol. mibi 11. Reg. Rouit. in Pragm. 24. de feudis, n. 4. & in nouissima editione anni 1637. in Pragm. 4. de feudis, nu. 70. vbi alios allegat, Molfes. in cons. 9. num. 8. post principium, Ricc. collect. 3406. & nouissimè doctissimus Consiliar. Marcellus Marcianus in consil. 56. nu. 5. versic. vel clarius, vbi post relatam opinionem tenentium, esse liquidandam pro tertia parte eius, quod filius habiturus esset, si in feudo successisset, attento tamen numero filiorum, & sic ad instar legitimæ, subiungit quòd clarior, & melior est liquidatio relatata per *Reg. Rouit.* & alios vbi supra, scilicet quòd medietas fructuum debeat primogenito, qui obligatus est ad seruitia, & alia medietas diuidatur inter secundogenitos, connumerata etiam persona primogeniti.*

3 Sed vt verum fatear, licèt supra citati Doctores expressè tenuerint dictam meam opinionem, attamen

perfunctoriè loquuti sunt, nò discusso articulo, nec reddita aliqua germana ratione, cum qua dictam opinionem corroborarent, & quod peius (habendo dictam sententiam pro indubitata) nil dixerunt, quare non debeat ad instar legitimæ liquidari, nullam mentionem faciendo de Doctoribus contrariam opinionem tenentibus, quos solus *Marcellus Marcianus in loco supra citato* retulit tantum, non autem confutauit, ob quod ansam dederunt pluribus ex nostris Doctoribus, & non modicè autoritatis eos refellendi, & magis contrariam opinionem corroborandi, quòd ad instar legitimæ liquidari debeat.

Cumque in hac causa D. Lucretiæ Petrarolæ creditricis q. Horatij de Mattheis cum Comite Palmerici fratre primogenito dicti Horatij hic articulus veniat in liquidatione vitæ, & militiæ eiusdem Horatij discutendus, opus mihi fuit pro dicta D. Lucretia valdè insudare ad inueniendum germanam rationem opinionis prædictæ, & inconuenientia, quæ sequerentur si vita, & militia legitimæ compararetur, & ad instar ipsius liquidada esset, ex quibus corroborata veniet prædictorum Doctorum non benè digesta sententia.

4 Ratio autem genuina huius nostræ opinionis, quæ mihi irrefragabilis videtur, illa est, quia hodie seruitium feudatarij primogeniti est integra medietas fructuum feudi illius anni, vt habetur in *cap. imperialem, S. firmiter, ibi (vel dimidium) de prohibita feudi alienatione per Fridericum, Regens de Curto* meus auuculus in *diuersorio iuris feudorum, capise incipiète cum igitur, num. 34. in fine, fol. mibi 40. at. vnde cum feuda in Regno habeant dictum cerrum, & taxatum seruitium, vt tradit *Andreas in dicto S. firmiter, idè dicta taxa nec augmento, nec diminutioni supponitur, D. Reg. Galeota* meus affinis, *controuers. 5. num. 4. & 5. lib. 1.* ex quo sequitur, quòd non*

E. potest

potest fieri liquidatio vitæ, & militia super hac medietate primogeniti, quæ deducitur vt æs alienum, quod in primis ab hereditate paterna est præcapiendum, etiam in liquidatione legitimæ, sed super reliqua medietate fructuum prædictorum, in qua taxatio ad instar legitimæ esset valde exigua, nam deducto seruitio militari, quod etiam secundogenitus pro vita, & militia præstare debet Regi, vt in dicta Constitutione Regni Comitibus, & tradit *Ass. in decis. 138. num. 3. Consiliarius Marcellus Marcian. in d. consil. 76. num. 6. vers. applicando nunc*, parum, sed nihil ei pro victu, & alimentis remaneret, quod in tantam perniciem secundogeniti exclusi à feudo per primogenitum sedendum non est, fortius quia si vita, militia taxaretur ad instar legitimæ super dicta reliqua medietate tantum, esset contra opinionem Doctorum, contrariam sententiam asserentium, qui dixerunt vitam, & militiam esse tertiam partem eius, quod secundogenitus habiturus esset, si in feudo successisset, & sic tertiam partem omnium fructuum dicti feudi, & non medietatis tantum.

5 Secundò probatur hæc opinio, quia re vera vita, & militia non est legitima de iure naturæ debita, nec eius loco subrogata, sed est quadam portio debita loco partis hereditariæ, in qua fratres secundogeniti de iure Longobardorum succedere debebant in feudo æqualiter cum primogenito, & per Ius Francorum sunt exclusi, & loco ipsius portionis, à qua excluduntur, est subrogata vita, & militia, *Andreas in dicta Constitutione Comitibus, in prima lectura Ass. in decis. 43. num. 2. & in decis. 138. nu. 2. vers. quia vita, & militia, Molfes. in dicto consil. 9. n. 24. vsque ad n. 28. vbi dicit, quod est debita secundogenitis loco dictæ portionis, non autem loco legitimæ, Marcell. Marcian. in d. consil. 76. nu. 2. vers. siue loco, Reg. de Ponte in*

*consil. 79. num. 9. vol. 1. Camill. de Medicis in consil. 59. num. 14. Freccia de subfeudis, lib. 3. in 19. differentia inter feudum ex pacto, & providentia, nu. 2. Ioannes Vincentius de Anna allegat. 23. nam 9. nouissimè, & in puncto dignus D. Regens Galeota, controuers. 14. num. 48. & 49. lib. 2. & in specie referendo Fabium de Anna, & sequaces, tradit *Maria de iurisdictione par. 4. centur. 1. casu 23. num. 8. & 9. & proprie num. 10. & 11. & num. 31. vbi plures allegat, & ex Siculis hoc tradere, Giurba in decis. 24. num. 24. verso, siue, Ut Minad. & Antoninus Amatius var. resol. resol. 2. n. 44. in fine, lib. 1. & resolut. 75. num. 3. 30. & 39. lib. 2. Et expressius *Cameras. in dicto cap. imperialem, S. praterè Ducatus, fol. 102. aster. lit. R. vbi concludit, nullam deberi secundogenito legitimam, sed feudum dumtaxat vitæ, & militiæ, quem sequitur *Marcellus Marcian. in dicto consil. 76. num. 6. in fine, ibi verba sunt *Cameras. quam opinionem sequutum fuit Sac. Conf. teste *Gizzaroll. in decis. 37. nu. 84.******

6 Optimè pro nobis loquutus fuit *Minad. in consil. 1. num. 44. & latius à nu. 57. vsque ad nu. 67. vbi ex pluribus illationibus infert, vitam, & militiam non dici legitimam, nec illius loco subrogatâ, sed ab ea valdè differre, signâter quia legitima est quota bonorû, nō hereditatis, sed vitæ, & militia nō est quota bonorû, sed fructuum feudi, itè legitima detrahitur à substantia, & corporibus hereditarijs patris, non autè de fructibus, vita, & militia verò tantum de fructibus, & legitima est perpetua, sed vita, & militia extinguitur cū vita secundogeniti, Ac demum ad propositum n. 62. dicit, legitimam deberi descendenti- bus de iure naturæ, num. 64. verò tradit, vitam, & militiam non deberi de iure naturæ, sed esse introductam de iure ciuili, imò esse contra legem naturæ, ex tex. in l. maximum vitium, C. de liberis præteritis.*

7 Restat modò, ut fundemus inconuenientia, siue absurda, quæ sequerentur, si vita, & militia ad instar legitimæ liquidari deberet, quæ plura sunt, & maximi momenti.

8 Primum, quia deberet omne relictum à patre filio factum, in vitam, & militiam computari, prout computatur in legitima, quod certè non est in vita, & militia, *Affl. in decis. 138.* & ibi *Vrfill. Reg. Rou. in Prag. 24. de feud. n. 9.*

9 Secundò, quia cum vita, & militia solvatur de fructibus feudi, si esset loco legitimæ, in casu, quo fructus nõ extarent, ut quia venditi propter solvenda debita, tunc vita, & militia non deberetur, quia legitima debetur deducto ære alieno, cuius contrarium est verum, teste *Minad. in decis. 10.* & *Præs. de Franchis decis. 121. num. 11. vers. similiter*, ex eodem *Fabio de Anna*, qui contrarium tenuit in *cons. 4. nu. 59. & 60.*

10 Tertio, quia si vita, & militia esset loco legitimæ, secundogenitus teneretur contribuere in solutione adole; ex dicta ratione, quia legitima debetur deductis oneribus, sed contrarium fuit decisum in vita, & militia, teste *Affl. in decis. 152. num. 5. & 6. in fine, & sequentibus*, *Præs. de Franchis in decis. 20. num. 11.*

11 Quarto, quia si hæc vita, & militia deberet taxari ad instar legitimæ, sequeretur quòd tantum filijs, & descendentibus debita esset, nõ autem transuersalibus, quibus legitima dari non debet, sed verior, & receptior est opinio, quòd vita, & militia etiã in successione transuersalium debeat, ut ex nostris tradit *Loffredus in paraphras. feud. cap. 1. S. quid ergo, vers. dubitatur si moritur auunculus, de inuestit. de re alien. fact.* & decisum per Sac. Conf. præcedente commissione Imperiali tradit *Capyc. in decis. 211. Minad. in consil. 1.* qui in dicta causa consuluit, *Præs. de Franchis in dec. 73. num. 18. Caput. super Consuetud. Si uisitatatur, par. 2. S. 5.* & in Regno Sicilia,

vbi viget Constitutiones nostri Regni, hoc fuit habitum pro indubitato, ut tradidere *Petrus de Gregor. de dote de parag. quæst. 21. in fine. & q. 23. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 73.* & prius *cent. 1. quæst. 51. num. 239.* latè *Amatus d. cap. 75. num. 28. & 29.* vbi plures alios allegat, & secundum dictam opinionem sæpius in dicto Regno Siciliae decisum asserit, & *num. 31.* vbi concludit ex *Capyc. Minad. Frecc. & Præs. de Franchis*, quòd omnibus à feudi successione exclusis vita, & militia debeat, vnde nullo modo in locum legitimæ successit, quæ tantum filijs debetur *Mart. de iurisd. par. 4. cens. 1. cas. 23. num. 22. vers. nihilominus, & num. 23. cum sequentibus* ex multis illationibus probat, non posse dici vitam, & militiam esse loco legitimæ.

12 Quintò, & demum dico, nullo modo posse vitam, & militiam taxari ad instar legitimæ, quia si hoc esset, maxime grauaretur secundogenitus, & satis plus in vita, & militia, quàm in legitima tempore, quo magis debet in eo honorari, cum vita, & militia sit in locum portionis hæreditariæ, quam habiturus esset in dicto feudo, quæ portio, ut evidens est, satis ultra superat legitimam, sed legitima debetur in corporibus, & eam acquirit filius non solum in fructibus, sed etiam in proprietate, quàm si non habuerit, transmittit ad eius hæredes, *Cassan. in consil. 65. num. 78.* quia debetur ut æs alienum, *Natta cons. 528. nu. 29. Menoch. cons. 77. num. 16. Curt. senior consil. 23. num. 2.* cum mille alijs, quos possem adducere, ac verò vita, & militia debetur in fructibus, & finitur morte secundogeniti, ut expressè habetur in *Constitut. Regni Comitibus*, & tradit *Camerar. in c. 1. S. praterea Ducatus, f. 102. col. 3. lit. O. & P. Minad. in cons. 1. n. 61. & seq. Marcel. Marcian. in cons. 56. n. 5.* latè *Mart. de iurisd. d. cas. 23. n. 40.* ex quibus patet, huic nostræ opinioni ex prædictis esse adherendum.

Paulus Staibanus.

E 2 AR-

Vita, & militia quibus personis debeat, et deberi fratribus secundogenitis, etiam fratri Regis, Vterino in feudo matris, vel Consanguineo, vel Minori de feudo Iuris Francorum à manu primogeniti, et de feudo dignitatis.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia cui, & à quo debeat, & ex quibus feudis, & quo tempore, ponitur.
- 2 Vita, & militia debeat secundogenito etiam minori.
- 3 Primogenitus Rex debet dare vitam, & militiam fratri suo minori, vel appanagium, ut in Regno Francia.
- 4 Vita, & militia debeat secundogenito absenti.
- 5 Vita, & militia debeat secundogenito consanguineo, vel uterino, rem: ff. de.
- 6 Vita, & militia non debeat ex fructibus feudi Iuris Longobardorum, sed alimenta, si esset feudum dignitatis.
- 7 Secundogenitus debet accipere vitam, & militiam à manu primogeniti, & non propria auctoritate.
- 8 Vita, & militia debeat etiam de feudo non possessio à patre, sed peruenio postea ad primogenitum ex iure, quod erat in hereditate tempore mortis patris.
- 9 Vita, & militia debeat de feudo dignitatis.
- 10 Vita, & militia receptio probat filiationem recipientis.
- 11 Vita, & militia debeat de feudo Francorum, siue sit antiquum, siue nouum, siue ex pacto, & prouidentia.

Regula est, quòd vita, & militia debeat fratri, seu fratribus secundogenitis legitimis, & naturalibus, eorum vita durante, & à primogenito succedente in feudo Iuris Francorù tertiarim in annua quãtitate taxata, iuxta fructus ipsius feudi tempore mortis feudatarij, cui succeditur, & iuxta numerù filiorum, computato primogenito, super quibus fructibus debeat ratione exclusionis à dicto feudo per dictum primogenitum ex lege, & more Regni, ac eius Sapientum sententia, quam regulam desumunt Regnicolæ ex Constitut. Comitibus, de adiutor. pro milit. fratris, &c. Andr. de Iseru. ibid. in glos. 1. Matth. de Afflic. in cap. Imperialem, S. praterà Ducatus, num. 19. de prohib. feud. alien. per Erikeric. Franc. de Amicis in repet. tit. de bis, qui feud. dar. poss. S. sed hic pulchrum, num. 7. fol. mibi 11. Anton. Capyc. decis. 211. post n. 6. vers. & hoc. idem Afflic. decis. 43. & decis. 138. & decis. 252. Marin. Freccia de subfeud. lib. 3. cap. 29. num. 2. & 3. Io. Anton. de Nigris in cap. Alienationis actus, num. 2. tit. de vita, & militia, & Petr. de Gregor. de vita & militia, q. 1. num. 1. Io. Thom. Minad. conf. 1. nu. 67. in fine, Paris de Puteo de reintegr. feud. tit. de finib. feud. cap. 4. nu. 3. 6. 9. & 10. Reg. Scipio Rouit. Pragm. 25. de feud. sub num. 4. Nicol. Anton. GiZZaroll. dec. 37. nu. 18. & per totã illam decisionem, Iuh. Casar Gallupp. in method. feud. par. 3. cap. 4. num. 35. D. Horat. Montan. in repet. cap. Imperialem. sub num. 224. ante lit. K. per totam numeri intercapedinem, Camill. de Medic. conf. 59. nu. 13. & 14. Marcell. Marcian. consil. 56. per totum, & debeat non vt filijs tantum, sed vt militibus, Bambacar. in cap. qui Clericus, quast. 10. num. 202. si de feud. defunct. & debeat vti exclusis à feudo per primogenitum, vt post Neapolitanos docent etiam Siculi, Io. Cannelius in cap. si aliquem, in verbo, & pa-

- & pariformiter, num. 4. fol. mibi 333. Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 1. num. 12. Garf. Masfrill. decis. 85. n. 14.
- 2 Declara primò hanc regulam, quòd etsi secundogenitus esset minor ætate, adhuc debet habere vitam, & militiam, ita docet Paris de Puteo de redintegrat. feud. cap. 40. à nu. 6. ad 11. & propriè nu. 10. tit. de finib. feud.
- 3 Declara secundò, quòd etsi frater primogenitus esset Rex, adhuc tenetur dare alimenta, & sic vitam, & militiam fratribus secundogenitis, Hostiens. in cap. licet, de voto, Andr. de Iser. in Constit. Dignum, tit. de iure sua curie seruan. Affl. et. in d. Constit. Comitibus, not. 3. q. 1. Petr. de Gregor. de vita, & militia. q. 4. n. 3. Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 57. nu. 18. prout etiam in appanagio seruatur in Regno Franciæ, nam fratri secundogenito quantumuis minori datur appanagium, ita Guilelm. de Monteferrato de success. Regum Franciæ, dubio 4. nu. 15. & dubio 7. num. 1.
- 4 Declara tertio, quòd si secundogenitus esset absens, adhuc deberet habere vitam, & militiam, Ostauus Bābazar. in cap. quæ Clericus, quæst. 9. nu. 209. ff. de feud. defunct. & habetur in d. Constit. Comitibus, ibi, rediens tamen, &c. ergò frater erat absens, dum redit.
- 5 Declara quartò, quòd vita & militia debetur secundogenito, etiam si esset coniunctus ex vno latere tantum, puta consanguineo, siuè patreli, vt dicam infra quæst. 11. siuè etiam vterinus, vt dicam infra d. q. 11. cum distinctione feudi paterni, siuè materni, vt in dictis quæstionibus.
- 6 Declara quintò, vt extrà Regnum Neapolitanum, siuè Siculum non debeat vita, & militia, vbi succeditur Iure Longobardorum, sed in feudis titularis, quæ non patiuntur distinctionem, etiam si essemus extrà Regnum Neapolitanum, dantur alimenta secundogenitis, ita Ostauus Bābazar. d. loco, num. 199. & 209.
- 7 Declara sextò, quòd secundogenitus non potest propria authoritate accipere vitam, & militiam, sed debet illam accipere à manu primogeniti, Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. d. q. 57. n. 15.
- 8 Declara septimò, vt adhuc debeat vita, & militia secundogenitis, etiam quòd feudum non fuisset possessum à communi patre, sed benè post eius mortem peruenit ad primogenitum, vt primogenitum, vt quia feudum ipsum erat antiquum, & idè quia peruenit ad primogenitum iure antiqui feudi, meritò debetur vita, & militia, non obstante quòd à patre non fuerit possessum, vt dicam infra q. 29.
- 9 Declara octauò, vt vita, & militia debeat etiam in feudo titolato, de Ponce de potestate Proreg. tit. de assensib. Regijs, sub num. 29.
- 10 Declara nonò, quòd si quis vellet probare filiationem alicuius Baronis, potest articulare, & probare, quòd talis N. recepit vitam, & militiam à tali eius patre, nam receptio vitæ, & militiæ probat filiationem, ita in receptione alimentorum, glos. in l. si Iudex, in verbo alimentorum. ff. de his qui sunt sui, vel alieni. iuris, & in l. 2. in verbo pronuntiandum, C. de ordin. cognit. Reg. Valenzuel. cons. 159. num. 59. volum. 2. & Nos infra quæst. 36. num. 6. quicquid dicat Io. Petr. Surdus de aliment. tit. 1. q. 126. num. 1. & dico supra q. 6. nu. 30. & q. 13. n. 9.
- De quibus autem feudis debeat vita, & militia, dicam infra per sequentes quæstiones. Intereà retineas regulam, quòd competit de feudis, in quibus succeditur Iure Francorum in Regno nostro, siuè sit antiquum, siuè nouum, cum declaratione suo loco ponenda, siuè hereditarium, siuè ex pacto, & prouidentia, vt infra q. 23.
- Et quibus generibus fratrum debeat vita, & militia, ponamus infra in hoc tractatu qq. seqq.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur filio naturali tantum, Nonnullorum opiniones pro illo referuntur, & refelluntur, & contra naturalem filium decisio refertur, An ex æquitate tamē filius naturalis debet habere alimenta, et filia naturalis congruentem dotem, nè in dedecus Baronialis dignitatis mendicare cogantur.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenitus naturalis tantum an debeat habere vitam, & militiam, referuntur duę opiniones, & num. 5.
- 2 Rationes pro filio naturali referuntur, & refelluntur, & num. 3.
- 4 Exclusio secundogeniti legitimi, & naturalis à feudo Iuris Francorum est inclusio ad vitam, & militiam, quæ ratio cessat in filio naturali, nu. 6.
- 5 Vita, & militia non debetur secundogenito naturali tantum, ex veriori sententia.
- 7 Decisio contra secundogenitum naturalem refertur.
- 8 Nepos naturalis non debet habere vitam, & militiam.
- 9 Alimenta, & non vita, & militia debentur filio naturali de fructibus feudi, ex æquitate.
- 10 Filia naturalis Baronis debet habere dotem congruam.
- 11 Filius naturalis non potest habere vitam, & militiam de feudo materno.

QVÆSTIO. VIII.

1 **F**uit inter Doctores Fendistas agitata quæstio, an filius secundogenitus naturalis tan-

tum ex soluto cum soluta natus debeat habere vitam, & militiam super feudo, in quo successit filius primogenitus legitimus, & naturalis, ob mortem communis patris; nam in alijs spuriorum generibus, tanquam penitus incapacibus, non potest adaptari hæc quæstio, in qua duas reperio opiniones.

Affirmant nonnulli dicentes, quòd vita, & militia debetur filio naturali tantum à filio primogenito legitimo, & naturali super feudo cõmunis patris, prout fuit *Paris de Pateo de reintegrat. feud. cap. 4. sub num. 14. Petrus de Gregor. de vita, & militia, quæst. 4. n. 8. Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. q. 57. num. 23. & seqq. Io. Ant. de Nigris in cap. alienationis actus, sub num. 17. de vita, & militia, Officius Bambacar. in cap. qui Clericus, num. 172. si de feud. defunct. Iul. Cesar Gallupp. in method. feudal. par. 3. cap. 4. n. 34.*

- 2 Rationes autem, quibus nituntur prædictæ opinionis Authores, referuntur per *D. Garfiam Masbrill. decis. 85. à num. 1. usque ad 14. tom. 1.* ad quem remitto lectorem, nè videar illum transcribere, quæ rationes omnes sub vna potiori restringuntur, sic arguendo. Alimenta debentur filio naturali etiam super feudo, à quo excluditur, sed vita, & militia successit loco alimentorum, ergo filius naturalis debet habere vitam, & militiam; ita *Garf. Masbrill.* qui argumentandi modus evidenter corrui, nam maior argumenti non fundatur, imò contrarium est verius, dum naturalis nunquam fuit inclusus ad feudum, vt infra dico, sed est penitus incognitus à iure feudali, & naturales, si de feud. defunct. & pariter ipsa argumenti minor, q̄ vita, & militia successit loco alimentorum falsa est, vt Nos supra q. 3. ex *Nicol. Anton. Gizzarell.* & alijs docuimus, & docet *Masbrill. d. decis. 85. à num. 30. ad 35.* nam vera ratio introductiua vitæ, & militiæ fuit exclusio secundogeniti à feudo Iuris Francorum,

corum, & sic impedimentum in succedendo ob existentiam primogeniti, non autem incapacitas, at verò naturalis vt incapax nunquam fuit inclusus ad feudi successionem, imò exclusus tanquam penitus incognitus *dicto capis. naturales*, sed dum non potest considerari inclusio, ergò nec pariter considerari potest exclusio, ob quam ei debetur vita, & militia, vt post alios fundat *Mastrill. d. loco. num. 21.* vnde negatiua opinio verior est ob rationis soliditatem, & rei iudicatæ firmitatem, vt dicto filio naturali nō debeatur vita, & militia, ea ratione, quia vita, & militia datur secundogenito, non quia non sit successibilis in feudo Iuris Francorum, sed quia est successibilis, sed tamen in concursu primogenitus succedit in toto feudo, & præfertur secundogenito, qui remanet exclusus temporaliter ob super-existentiam primogeniti, qui (ratione dictæ exclusionis secundogeniti à feudo) fuit introductum per *Constitutionem Regni* (vt supra docuimus) quòd contribuat dicto secundogenito excluso certam annuam quantitatem de fructibus feudi, ad finem ut possit condignè uiuere, & militare uti filius feudatarij, & ut miles, quæ ratio cessat in filio naturali, qui penitus est incognitus de iure feudali in successione feudi, imò ab ea exclusus, ut in *7 d. cap. naturales.* idè non debet habere uitam, & militiam, prout sic fuisse ** iudicatum in Regno Siciliae contra filium naturalem, refert Mastrill. d. decis. 85. sub num. 29. in fine lib. 1.* ubi alios allegat, hanc tenentes sententiam, *to. Mar. Nouar. ad Pragm. Regni nostri. collect. 107. num. 15. in paruis,* & hæc est uera, & germana opinio, rationis, & decisionis soliditate firmata, licèt alia etiam ratio adduci posset præcipuè, quia uita, & militia debetur secundogenito uti filio Baronis, sed filius naturalis non meretur appellari filius Baronis, nec gaudere

debet priuilegio competere filio vero Baronis, ita *Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 4.* & insuper secundogenitus legitimus, & naturalis tenetur etiam militare cum armis, & equis primogeniti, sed filius naturalis non potest deferre arma patris, & familiae, ita *Molin. d. loco* ex doctrina *Cyni in l. cum pater, S. mater, ff. de leg. 2.* ergò, &c.

8 Declara primò hanc sententiam, vt nec nepoti naturali debeatur dicta vita, & militia, vt in specie fuisse ** decisum in Regno Siciliae refert dictus D. Garf. Mastril. d. decis. 85. n. 29. in fine.*

9 Declara secundò, quòd etsi rigor iuris feudalis excluderet filios, & filias naturales à dicto genere bonorum, & sic feudorum, tamen æquitas postea Iudicantium, insectando Iuris Canonici æquitatem, nè filius Baronis cogatur mendicare in dedecus patris, & fratrum, concessit pietatis causa alimenta sufficientia ad vitæ simplex sustentamentum, sed condignum filio naturali ex fructibus feudi, prout sic ex æquitate fuerunt taxata alimenta filio naturali ex feudo, refert *Mastrill. d. decis. 85. in fine, Othanius Bambac. in cap. qui Clericus, num. 172. si de feud. defuncti,* dicens, quòd inhabilitas ad succedendum, non inhabilitat ad alimenta, & sic ad comedendum.

10 Declara tertio, vt sicut æquitatis ratio impulit Iudicantes, vt filio naturali præstentur alimenta ex fructibus feudi, ita ex eadem, & duplicata ratione, nempè æquitatis, & honestatis, impulit pariter Iudicantes, vt filiae feminae naturali tantum præstetur dos congrua ex feudo, vt in tuto ponatur honor familiae; ita ex *Proccia lib. 2. de subfeud. quæst. 3. num. 1.* & dixi *Ego de Iure Adoba, q. 20. nu. 5.*

11 Declara quarto, etiam si essemus in feudo materno, vt nec debeatur vita, & militia filio naturali tantum, ex eadem ratione, quia in dicto feudo

do dictus naturalis nec pariter succedit, imò est exclusus, vt docet *Ostauus Bambac.* post alios in *d. cap. naturales, quæst. 3. num. 26. & 27.* & dum non includitur ad feudi successionem, non potest dici, quòd excludatur, & idè sequitur, quòd non debet habere vitam, & militiam ratione exclusionis, quia dum non includitur, non excluditur, vide infra *q. 10.* vbi de feudo matèrno verba faciemus.

- 10 *Legitimus ad honores quia non includitur ad feudi successionem, idè non habet vitam, & militiam.*
- 11 *Legitimus non dicitur verè filius, sed imago veri filij.*
- 12 *Legitimus non comprehenditur sub dispositione de beneficio, & n. 14.*
- 13 *Legitimus per subsequens matrimonium cõsequitur vitam, & militiam.*
- 14 *Nisi aliud constaret de mente concedentis, feudum, sub eod. num.*
- 15 *Legitimus ad omnia beneficia an admittatur ad feuda, affirmatur, & postea negatur.*

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an debeat filio naturali legitimo quòd honores, et distincto triplici legitimationis modo, ac forma concluditur, non esse dādam uitam, et militiam filio naturali legitimo quòd honores.

S V M M A R I A.

- 1 *Eloquentia contradicentis, & potentia aduersarij pertinentur in defensione causarum.*
- 2 *Iudicantium bonitas, & doctrina requiritur in causis decidendis.*
- 3 *Distinguens est proximus veritati.*
- 4 *Legitimandi modus triplex.*
- 5 *Legitimus simpliciter, nec ad feuda nec ad honores, non debet habere vitam, & militiam.*
- 6 *Legitimus ad feuda debet habere vitam, & militiam.*
- 7 *Legitimus ad honores tantum non debet habere vitam, & militiam.*
- 8 *Feuda conferunt nobilitatem. Feuda non continentur in generali sermone sub nu. 8.*
- 9 *Primogenito legitimo, & naturali est quæsitum ius ad feudum Iuris Francorum absque diminutione.*

QVÆSTIO. IX.

DVm vix ex ephebis essem eiectus, & in quadam virorum Doctorum sessione essem conuocatus, in qua iuris problemata proponebantur examinanda, fuit mihi iniunctum, vt meam proferrem, ac defenderem sententiam, an secundogenitus naturalis legitimus possit prætere vitam, & militiam à primogenito legitimo, & naturali de feudo communis patris, coram quibus pro primogenito contra legitimatum quòd honores sequentia allegavi voce.

- 1 Quæ res in causis decidendis pertinere solent, hæ ambæ contra nos faciunt, & aduersarij potentia, & contradicentis eloquentia, aiebat *Cicero pro Roscio*, sed terret me magis eloquentia contradicentis, nè sub fucato verborum elogio veritas ipsa mea subtegatur, & demum subuertatur, non terret aduersarij potentia, quia vestrum (Iudices amplissimi) iam cunctis est patefacta incorruptibilitas, sed quid? non nè Iudices vestra etiam mihi, & vniuersis nota est bonitas, ac doctrinæ profunditas, quæ etsi contradicentis facundia, energia, & methodo quasi diluatur, ac obruatur, tamen quia vos semper in profundo pelagi nauigatis, proindè veritatem, ac iustitiam ipsam semper intactam, illi-

illibatamque, proiecto sapientiæ oleo in ipso veritatis pelago, iam contradictoris eloquentiæ ventis agitato, prospicitis, ac demum optimi piscatoris more trahitis, ita Vos rogo etiã, atque etiam, vt primogeniti iustitiam perpendaris, porrecta mihi aure, & tentibus inis reponatis, Iustitiã enim primogeniti legitimi, & naturalis cõtra naturalem legitimatum quoad honores, confusam contradictor reddidit, ideoque me distinguere oportet, vt confusa doctrina reddatur incõfusa, ac distincta, distinctione enim veritas agnoscitur, ait *Nicol. Intrigh. de feud. cont. l. q. 67. n. 1.* vtque ad rem ipsam deueniam dico.

4 Triplex enim legitimatiõnis species apud Doctores de Principe passim reperitur. Prima, quando Princeps legitimat simpliciter. Secunda, quando legitimat etiam ad feuda. Tertia, quãdo legitimat ad honores.

5 De primo legitimandi modo, quãdo Princeps legitimat simpliciter nõ facta mentione, nec ad feuda, nec ad honores, tunc vita, & militia non debetur, ratio est euident, quia naturalis simpliciter legitimatus non succedit ad feuda, vt benè fundat *Octavianus Bammacar. in cap. naturalis, nu. 5. si de feud. defuncti*, si nõ succedit, ergò non includitur ad feudi successiõne, merito nõ excluditur à primogenito ratione primogenituræ, ergò cessante exclusionis ratione, cessat vita, & militia.

6 De secundo legitimandi modo, vt quia Princeps legitimaret naturalem secundogenitum etiam ad feuda, & sic habilitaret illum ad feudi successiõnem, hoc autem casu fundat *Octavianus Bammacar. d. loco sub d. num. 5. & num. 14. 1.* quòd talis legitimatus succedit ad feuda, si succedit, ergò viget ratio inclusionis, & exclusionis, vt quia vti secundogenitus excluditur à primogenito in succedendo, merito ratione exclusionis debet habere vitam, & militiam diæus secundogenitus sic exclusus.

7 De tertio legitimandi modo, & hìc est difficultas, quando Princeps legitimauit naturalem secundogenitum filium Baronis, ipsumque legitimauit solum ad honores, quo casu pars aduersa implicite dicit, quòd legitimatiõ videtur continere feudum, cuius concessio, quia paradoxium confert, atque honorem, merito talis legitimatus ad honores, videtur implicite legitimatus ad feudum, vti honorem, quod feudum pater tempore legitimatiõnis possidebat.

8 Cui partis aduersæ argumentatiõni facile respondetur. Primò, licet enim verum sit, quòd feuda conferant nobilitatem, & honorem, attamen nobilitas propter feudum est de iure speciali feudorum, feudaque ipsa de iure speciali censentur, adeoque quòd sub generali sermone, ac concessiõne non continentur, *cap. in generali, si de feud. defuncti.* & ibi *Octavianus Bammacar.* & nisi in specie feuda non exprimantur, nunquam intelliguntur comprehensa, merito si honor feudalis non fuerit expressus, non debet talis concessio ad feuda extèdi, ea ratione, quia feuda sunt de iure speciali, & si in specie non exprimantur, nunquam comprehenduntur, nec subintelliguntur, iuxta ea, quæ passim, ac vulgariter per DD. traduntur in *d. c. in generali, si de feudo defuncti.*

9 Respondetur & secundo, quia nato primogenito legitimo, & naturali, statim est ius ei quæsitum ad feudi successiõnem integram, & indimmutam, succedit enim primogenitus ad feudum Iuris Francorum in vniuersum, nulla facta diminutiõne, nisi tantum cum onere paragij feminarum legitimarum, & naturalium, & vitæ, & militiæ secundogenitorum legitimorum, & naturalium, qui per primogenitum excluduntur, quod si admitteremus talem legitimatum ad honores succedere ad feuda, sequerentur duo specialia, primum, quòd feuda in generali concessiõne conti-

nerentur, contra expressa iuris feudorum præscripta dogmata, Secundum sequeretur speciale, quòd simplex Principis concessio præiudicaret tertio in iure sibi quæsito, quòd Princeps abhorret, vt concludit *Ludovic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 2. per totum, & propriè num. 8. & cap. 1. vsque ad 9.* ergò legitimatio ad honores nõ debet extendi ad feuda.

10 Respondetur & tertio, ex illa principali, ac vera ratione debendi vitæ, & militiæ per Regnicolas, veluti cynosura obseruata, & Nos toties assignauimus. Vita enim, & militia debetur secundogenitis ratione exclusionis à feudi successione per primogenitum prælatum per Ius Francorum, nam de Iure Longobardorum omnes filij admittebantur ad feudi successionem, faciebatque quilibet partem suam, ex qua diuisione familia depauperabatur, & feuda ad nihilum reducebantur. Francigenæ autem familiarum cõseruationi, ac feudorum indiuisibilitati attendentes, statuerunt in Francia, quòd primogenitus præferretur secundogenitis in successione totius feudi, cum onere alimentandi secundogenitos de fructibus feudi, nè in dedecus familiæ cogerentur mendicare, sicquè videtis, quòd secundogeniti includebantur ad successionem feudi, sed postea per Ius Francorum fuerunt temporaliter exclusi, quando primogenitus superexistit, itaque ratio debendi vitam, & militiam est exclusio à feudi successione, quæ exclusio præsupponit inclusionem, vt iam dixi, sed legitimatus simpliciter nunquam fuit admissus ad feuda, iuxta tradita per Nos supra, ergò si non est inclusus, non potest dici exclusus, si non est exclusus, ergò cessat ratio exclusionis, propter quam debetur vita, & militia, & cessante ratione, cessat legis dispositio, vulgaris iuribus.

11 Insuper vita, & militia debetur fi-

lio secundogenito legitimo, & naturali (& hoc non potest negari) qui dicitur verè filius, sed filius naturalis legitimatus non dicitur verè filius legitimus, & naturalis, sed dicitur imago filij legitimi, & naturalis, & sicut differt imago à representato, ita differt filius legitimus, & naturalis à filio naturali legitimo, & dispositio debet semper intelligi de vera imagine, & sic de representato per imaginem, & nõ de imagine representante, ita *Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 7.* & sic legitimatus dicitur fictè filius, non autem verè.

12 His adde, quòd vita, & militia debetur beneficio, & munificentiæ Principis, per *Constitutionem Comitiibus*, vt in hoc tractatu toties diximus, & debetur de fructibus feudi, quòd similiter est beneficium, sed legitimatus non comprehenditur sub dispositione, vbi agitur de beneficio, & munificentia Principis, *Molin. de primogen. lib. 3. c. 3. n. 9.* ergò, &c.

Stat ergo immota decisio pro primogenito, vt liberari debeat ab impetitis per secundogenitum naturalem legitimatum quoad honores à Principe, vt ei non debeatur vita, & militia de feudo paterno. Qua me sententia, vt potui, completa, infero nunc ad alia.

13 Primò, quid si esset legitimatus per subsequens matrimonium? & tunc dicas, quòd debet habere vitam, & militiam, ea ratione, quia ex eo *cap. tanta est vis, extra qui filij sint legitimi*, habetur in omnibus, & per omnia vt filius legitimus, & naturalis, ob matrimonij vim, quæ tollit, & abstergit omnem maculam, & habetur, ac si natus esset legitimus, & succedit cum alijs legitimis, & naturalibus à principio, vt benè fundat *Ostauus Bammacar. in d.c. naturales, nu. 8.* & consequitur omnia iura competentiæ filijs legitimis, & naturalibus, sed vita, & militia cõpetit filio legitimo, & naturali, ergo debet habere vitam,

14 & militiam. Nisi tamen constaret de mente, & voluntate concedentis, voluisse excludere legitimatos per subsequens matrimonium, ut potè si dixisset, Concedo tibi, & descendenti- bus tuis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, tunc tales legitimati per subsequens ma- trimonium non succedat in feudo taliter concessio, ita *Bammatar. d. loco, num. 25*, merito non debent habere vitam, & militiam.

15 Secundo, quid si naturalis esset legitimatus quoad omnia beneficia, an in hoc casu obtinebit feudum, & per consequens vitam, & militiam? *Devius conf. 76.* consuluit, quod debet obtinere feudum, ea ratione, quia feudum est beneficium, ut refert *Zaf. de feud. par. 1. num. 4. Rosentah cap. 1. conclus. 1. in glof. A.* sed eum non sequitur, tamen Ego sum contrariæ opinionis, quod nisi dicatur in specie, quod legitimatur ad feuda, nunquam posset feudum obtinere, & ratio est, quia feuda sunt de iure speciali, & nunquam comprehenduntur sub generali sermone, nisi in specie exprimantur, *cap. in generali, si de feudo defuncti.* ubi latissime *Ostavius Bammatar.* & Nos alibi, & supra *nu. 12.*

Ex quibus omnino ad favorem primogeniti excludendo secundogenitum naturalé legitimatum quoad honores est iudicandum.

Tertio, sed quid si feudatarius suscepisset primo loco filium ex concubina, qua relicta, & contracto matrimonio cum legitima vxore, ex qua filium suscepit, deinde mortua dicta vxore, rediens iterum ad concubinam, illam duxit in vxorem, an filius primo loco susceptus ex dicta concubina dicatur legitimatus per subsequens cum illa matrimonium, adeo ut succedat in feudo uti primogenitus legitimus, & naturalis, vide sequentes allegationes per me editas in eodem virorum Doctorum consensu.

ARGUMENTVM allegationum.

Filius naturalis ex concubina soluta primo loco genitus, & postea legitimatus per subsequens cum illa matrimonium, an sit præferendus in successione feudi hæreditarij filio legitimo, & naturali genito ex vxore medio tempore ducta, deinde mortua ante matrimonium cum concubina contractum, Diuersorum opiniones referuntur, & examinantur, & demum pro filio naturali legitimato cõcluditur, nõ exclusã æquitate in favorem legitimi, & naturalis.

S V M M A R I A.

- 1 *Natus secunda loco ex vxore an præferatur in successione feudi nato primùm ex concubina antea demum relicta, & deinde (mortua vxore) matrimonio cum dicta concubina contracto, dubitatur.*
- 2 *Doctores tenentes opinionem pro dicto filio naturali, sic legitimato recensentur.*
- 3 *Legitimatus per subsequens matrimonium, an sit verè filius legitimus, & naturalis, & sub nu. 4. & 5. & seqq.*
- 4 *Tex. in §. reliqui, auth. quib. mod. natural. eff. sui ponderatur pro filio naturali.*
- 5 *Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium idem habet in successione, quod legitimus, & naturalis.*
- 6 *Naturalis primo loco natus, sed secundo loco legitimatus, adhuc ex potestate*

- tia matrimonij dicitur primo loco legitimus.*
- 7 Semel dictio in S. reliqui ponderatur pro naturali legitimo.
 - 8 Tex. in S. illud auth. quibus mod. naturales effic. sui, ponderatur pro naturali legitimo.
 - 9 Nihil dictio est uniuersalis negatiua, & nu. 10.
 - 10 Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium nihil differt à legitimo, & naturali, nec etiam in successione.
 - 11 Legitimus, & naturalis secundo loco natus, an habeat ius aliquod primogenitura questum prauidicans naturali primitus nato, & postea legitimato.
 - 12 Hereditarium feudum iudicatur uti res hereditaria.
 - 13 Filius nullum habet ius formatum in bonis patris irreuocabile, eo uiuente, nec dicitur inclusus, nu. 15. & seqq.
 - 14 Legitimus, & naturalis secundogenitus uiuente patre, & superuiuente filio naturali primitus nato, & eius matre, non dicitur habere ius formatum reale super feudi successione.
 - 15 Secundogenitus fuit aliquando prelatius primogenito.
 - 16 Primogenitus habet ius formatum spe probabili super successione feudi, sed reuocabile.
 - 17 Legitimationis filij est apta reuocare ius formati questum filio legitimo, & nu. 21.
 - 18 Legitimationis per subsequens matrimonium vis est tanta, ut tollat ius questum medio tempore.
 - 19 Primogenitus (stante locali constitutione) intelligitur de legitimo, & naturali.
 - 20 Constit. Regni, Vt de successione induxit sexus, & aetatis prerogatiuam, & nu. 63.
 - 21 Legitimus per subsequens matrimonium reuocat, quoad partem suam donationem medio tempore factam filio legitimo, & naturali.
 - 22 Filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium adhuc excludit filiam natam de legitimo matrimonio stante statuto, quod statibus masculis femina non succedat.
 - 23 Matrimonij subsequens potentia, ac vis est de omni iure, & tollit omnem maculam, ac si nunquam fuisset, & nu. 24. & quare, nu. 25. & in quibus rationibus fundata, nu. 31. 32. & seqq. & nu. 57.
 - 24 Matrimonium subsequens tollit peccatum, eiusque maculam, ideo omne ius alteri questum debet tollere, sed impugnatur, nu. 28. & 29. respondetur, nu. 30. & seqq. & fundatur.
 - 27 Legitimus per subsequens matrimonium si non consequeretur omnia iura uere legitimi, non diceretur uere legitimus, refragantibus iuribus, & rationibus.
 - 30 Matrimonium subsequens est causa, quod filij naturales ad iura legitimi restituantur.
 - 32 Princeps de plenitudine potestatis prauidicat tertio ex iusta causa.
 - 33 Iusta causa matrimonij inhibiti per concubenarios facit tollere ius questum medio tempore, & quare sub eodem nu. & num. seqq.
 - 34 Deus fecit peccatores poenitentes sibi filios, & coheredes Christi in Regno Caelorum, non obstante quod Regnum Caelorum spectabat Christo uti primogenito.
 - 35 Beneficium Dei consideratur in matrimonio contracto per concubenarios.
 - 36 Legitimationis per subsequens matrimonium differre debet à legitimatione per rescriptum Principis, & de ratione sub eod. nu. & sequenti.
 - 37 Matrimonium subsequens sicut minuit legitimam filio legitimo, & naturali in beneficium naturalis legitimi, ita & in successione feudi, & ratio ponitur numeris seqq.
 - 38 Feudum dicitur legitima primogeniti.
 - 39 Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium, & primo loco natus dicitur primogenitus natura, & deinde iure.

- 40 *Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium succedit in allodialibus, & quo iure debet succedere in feudo, & qua ratione.*
- 41 *Successionis causæ in feudo considerantur, ut filius, velut proximior, & nu. seq. uti suus hæres, & uti extraneus, num. 45.*
- 42 *Rationes contra filium legitimum, & naturalem pro naturali legitimo per subsequens matrimonium validissime ponuntur, & num. 43.*
- 43 *Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium obtinet omnia requisita successibilia tempore mortis patris, & nu. 44. & seqq. ad 59.*
- 44 *Primogenitus est ille, qui nullam habet ante se.*
- 45 *Naturalis legitimatus per subsequens matrimonium succedit uti suus hæres, & uti extraneus, & nu. 47. probatur, & nu. 53.*
- 46 *Matrimonij intermediij ratio ponderata contra naturales diluitur, & n. seq. & 48.*
- 49 *Legitimatione per subsequens matrimonium, stante matrimonio intermedio, aut fit per fictionem, aut per retractionem, ponderatur pro legitimo, & naturali, num. 52. 53. & sequent.*
- 50 *Fictio in legitimatione per subsequens matrimonium requirit terminum à quo, & terminum ad quem.*
- 51 *Actus intermediij non impediunt conjunctionem extremorum.*
- 52 *In natiuitate filij naturalis tempore matrimonij requiruntur extrema habilia, nempe quòd ambo soluti fuerunt tempore conceptionis, & matrimonij.*
- 53 *Tempus intermediij matrimonij non inhabilitat naturalem primo loco natum, & deinde legitimatum per subsequens matrimonium, & supra num. 47.*
- 54 *Retrotractio legitimitatis per subsequens matrimonium siue consideretur de iustitia, siue de plenitudine potesta-*
- tis, utroque casu in fauorem naturalis legitimati per subsequens matrimonium ponderatur.*
- 55 *Ius quæsitum filio legitimo, & naturali, ex matrimonio intermedio consideratur re, & spe, & utroque modo contra ipsum ponderatur in fauorem naturalis, usque ad n. 57.*
- 56 *Spes successionis non est tanti facienda, ut impediat potentiam matrimonij.*
- 57 *Tex. in cap. tanta est vis, extra qui filij sint legitimi, ponderatur pro naturali.*
- 58 *Opinio contra naturalem si procederet, sequeretur quòd legitimatus per subsequens matrimonium esset legitimus tempore natiuitatis, & nuptiarum, sed intermedio tempore matrimonij esset illegitimus.*
- 59 *Naturalis primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium habet omnes qualitates successibiles excludentes secundogenitum de legitimo matrimonio intermedio, quod probatur num. 60. & seqq.*
- 60 *Habilitas in succedendo inspicitur ante, & post mortem patris, quod declaratur.*
- 61 *Conditio succedentis non est inspicienda, priusquam successio deferatur.*
- 62 *Primogenitura qualitas inspicitur post mortem patris, non autem in vita patris, & ponderatur pro naturali contra filium medio tempore natum.*
- 64 *Opinio contra naturalem procedit in primogenitis illis, in quibus requiritur, quòd quis sit natus de legitimo matrimonio.*
- 65 *DD. tenentia contra legitimatum, alij loquuntur de legitimo per rescriptum, alij sunt sibi contrarij, & alij loquuntur in feudo ex pacto, nu. 66. & 67.*

Allegationes.

DVbitatur coràm eminentif-
simis viris hodiè, et si antea
pariter apud longè emine-
ntissimos fuisset hæsitatum, adeò vt
sub Iudice lis adhuc esse videatur,
nonnullis prospicientibus, non au-
tem introsipientibus, sed nulla qui-
dem pro primogenito ex concubina
nato, legitimitate tamen per subse-
quens matrimonium dubietas rema-
nere debet.

I Est què quæstionis casus, ac figura.
Feudatarius ex concubina domi re-
tenta, ambo sine matrimonij vincu-
lo, sed in eius figura viuentes filium
susceperunt (relicta deindè vasal-
lus concubina) quasi ad Deum re-
suscipiscens, legitimam duxit vxorem,
ex qua alium suscepit filium, dein-
dè mortua vxore, sed adhuc non
immemor concubinæ, concubinam
ipsam (deleta concubinatus memo-
ria) matrimonij connubio eam sibi
colligauit, mortua deindè concubi-
na secundo loco in vxorem ducta, &
mortuo vasallo patre, sed filijs hi-
scè superstitibus, de successione feu-
di hæreditarij contentio est, quam
in fauorem filij naturalis legitima-
ri per subsequens matrimonium
docuere perinnumerati Doctores, et-
si pauciores numero, tamen longè
maiores auctoritate, & ratione.

2 Ex Regnicolis *Andr. de Ifern. in*
cap. naturales, num. 5. & num. 7. in fine,
& in cap. 1. de matrim. ad morgan. con-
tract. Thom. de Marin num. 3. de feud.
ex pact. nouo, num. 48. de generib. feud.
Io. Thom. Minad. in Constit. In aliqui-
bus in verbo filiorum nu. 2. & proprie
num. 4. in fine, vers. tata vis & hanc ef-
se communem sententiã refert *Ota-*
uius Bammacar. in cap. naturales q. 17.
num. 148 & seq. Goffred. glos. in sum. de
filijs presbyterorum, versic. sed quid si
natus.

Ex Siculis *Ioseph Cumia in cap. si*

aliquem de success. feud. in verbo ma-
ior natu, num. 45. ad 65. vbi in pun-
cto, & hanc esse sequendam in pun-
cto iuris in iudicando vti veriore,
***** & receptiorem, prout ita iudicatum
in Regno Siciliæ refert *Nicol. Intrig-*
liol. de feud. centur. 2. artic. 1. nu. 460.
in versic. contrariam verò partem, in-
sine.

Ex Hispanis *Didac. Couarr. in re-*
pet. 4. lib. decretal. tit. de sponsal. cap. 8.
S. 2. num. 28. vers. hac, Vasquez de suc-
cess. progress. lib. 1. S. 2. num. 89. Petrus
Duennas reg. 350. nu. 10. Ferdin. Loa-
Zes de matrim. dub. 12. num. 18. Fortun.
Garf. in l. Gallus, S. & quid si tantum,
cul. 132. de liber. & postb.

Ex Lombardis *Io. Andr. in mercen-*
rial. in reg. sine culpa, cuius originalis
fuit doctrina *Prapas. Mediol. in cap.*
tanta est vis, quest. 7. qui filij sunt legit.
Flor. de S. Petro disp. 3. in primo dubio;
Marcus Anton. Peregrin. de fideicom-
miss. art. 24. num. 60. & hanc esse com-
munem opinionem Ciuilitarum post
cæteros in *d. S. & quid si tantum* do-
cet ibi *Paul. de Castro, nu. 18. vbi post*
Salyc. & alios communem docet Flor.
de S. Petro in l. in delictis, S. extra-
neus, n. 6. vbi additio, C. de noxal. action.
cæterique, quos allegat tam *Bamma-*
car. & Intrigliol. quàm *Marc. An-*
ton. Peregrin. locis iam iam allega-
tis.

Ex Canonistis *Abb. in d. cap. tanta*
est vis, notab. 2. & hanc esse Canonis-
tarum sententiã post cæteros refert
Peregrin. d. loco, art. 2. num. 60. in fine,
Gabriel. de legit. mat. conclus. 1.

Ex Vkrainontanis *Boer. decis. 159.*
in fine, Tiraquell. de iure primog. q. 34.
nu. 24. qui licet pro contraria parte
allegetur, tamen si rectè intueatur
ibi *num. 44. videtur loqui in feudo*
ex pacto, & in primogenio, dum ad-
mittit, ius esse quæsitum primoge-
nito, vinente patre, ac illi compe-
tere, vt aduertit *Bammacar. in addit.*
manuscript. ad Tiraquell. d. loco, & ita
aduer-

aduertit etiam *Henrich. Rosental.* loco iam iam allegando, & *Molin. de Hispan. primog. lib. 3.* loco supra allegato *Franc. Soubert. de feud. par. 9. num. 71.* ubi communem dicit, *Quidam Author tit. 1. S. 8. quæst. 7. num. 34. V. d. ric. Zas. de feud. part. 8. num. 76. Rosental. de feud. cap. 7. conclusion. 17. nu. 8.*

Quorum tantorum virorum auctoritate fretus Ego, concubinæ filium omninò ad feudi successionem includendum esse arbitror, filiumquè ex vxore natum omninò excludendum, ex auctoritate, ratione, ac vi matrimonij, sed dū hodie tractatum edo, vel quando iudicarem (vt infra in calce moneo) forsan dubitarem, pro legitimo, & naturali nato de matrimonio intermedio.

3 Pro cuius quæstionis resolutione, de tribus quærendum, quibus quæsitis, ac elucidatis, omninò Domini iudicantes meliorem foueri causam à parte, quam defendo, quàm à contraria iudicabunt.

Primò, an hic natus ex concubina, deindè legitimatus per subsequens matrimonium fortiatur effectum veri, ac legitimi, & naturalis filij quò ad omnia, non obstante matrimonio intermedio contracto.

Secundò, an huic filio nato ex vxore sit quæsitum ius irreuocabile super feudi successione uti primogenito.

Tertiò dato, quòd esset quæsitum ius irreuocabile, an ista legitimatio per subsequens matrimonium sit tãti roboris, vt valeat tali iuri sic quæsito præiudicare, illudq; tollere.

4 Quòdã primum iura sunt aperta, Primò *tex. in S. reliqui, in autb. quib. mod. natural. eff. sui,* quem in puncto quæstionis nostræ vertentis ponderat post reliquos *Ioseph Cumia de success. feud. in verbo maior natu, num. 59. versic. sextò pro hac parte, Nicol. Intrigliol.* vt cæteros omittam, de

feud. centur. 2. artic. 1. nùm. 486. vers. undecimò adducitur textus. Tractando autem Imperator eo loci de diuersis modis legitimandi filios naturales, & ad eorum finem deueniendo dicit, *Reliqui igitur modi, qui à nobis inuenti sunt, quos percurramus, & volens loqui de legitimatis per subsequens matrimonium, sic in præfatione dicit, Legitimatus prabentes ijs, qui erant primitiùs naturales, circa quorum successionem non laborauimus, semel eos efficietes legitimos, damus etiam habere successiones illas, quas habent ij, qui ab initio legitimi sunt, & discurrendo varia Imperator circa hos legitimatos per subsequens matrimonium, & circa legitimos, & naturales, vt siue sint nati ex concubina domi retenta, & postea ducta in vxorem, vt tam nati ante matrimonium, quàm postea, sint legitimi, & naturales ambo, siue ex altera vxore, siue ex concubina postea ducta in vxorem, vt utroquè casu semper vt veri legitimi, & naturales vtrique sint habendi, per ea verba, Quapropter unum amborum fecimus ordinem, & videns, siue dubitans Imperator, quòd priùs nonnulli calumnauerunt hos legitimatos differre à legitimis, ac naturalibus circa reliqua, dicit, & de cætero calumnias pluribus abstulimus constitutionibus, sicq; ponderando tam primam, quàm intermedia, & sequentia verba, semper vides, legitimatos per subsequens matrimonium vnã, eandemquè habere prærogatiã, ac ius cum ipsis legitimis, & naturalibus in successione, ideoquè dixit, dedimus successiones, quas habent ij, qui ab initio legitimi sunt, ergò cum successio istius feudi spectet ad filium legitimum, & naturalem, & iste legitimatus per subsequens matrimonium capax est*

talis successione, ergo debet illam habere, quod si pars aduersa dubitet in ordine succedendi, ut fateatur, quod habeat eandem successione, tamen dicit, quod in ordine succedendi natus ex uxore legitimus erit primus, & natus ex concubina erit secundus, tanquam secundus in iure legitimitatis. Adhuc tamen respondet idem Imperator prouidens has difficultates, & dicit. *Quapropter unum amborum fecimus ordinem*, ergo si ambo in uno ordine succedendi positi sunt, sequitur, quod iste filius natus ex concubina in ordine est primus, nempe natiuitatis, & legitimitatis, Quod sit etiam prior in ordine legitimitatis, probatur, quia de potentia matrimonij, legitimitas trahitur ad tempus natiuitatis, & sic illa prioritas temporis natiuitatis, quae non habebat hanc qualitatem legitimitatis, nunc per subsequens matrimonium illam habet per retrotractionem, quia legitimitas retrotrahitur ad natiuitatem, & cum illa inseparabiliter communicatur, non autem natiuitas descendit ad inueniendam legitimitatem, ergo filius iste, quem defendo, habet eandem successione, quam habet legitimus, & naturalis, quia est positus in eodem ordine succedendi, circa quae omnia non est laborandum videre, si, vel ne competat eadem successio, quia nec Iustinianus ipse laborauit, cum dixit, *circa quoniam successione non laborauimus, semel eos efficientes legitimos*, ergo si semel sunt effecti legitimi, nos non debemus laborare, quaerendo, si, vel ne competant ei successiones competentes legitimis, cum semel effecti sunt legitimi, & dedit successione eis, Et quod talis naturalis sit in omnibus, ut legitimus reputandus, ponderatur particula illa, *semel*, quod idem est dicere, in omni-

bis, & per omnia, vulgo *in tutto*, sic *Virgil. Aeneid. 11. Procubuit moriens, & human semel ore momordit*, & *Quintus Metamorph. lib. 5. Lasa pudicitia est, deperit illa semel*, vel si dicamus, *semel*, idest, *una volta*, adhuc semel factum, dicitur primo loco factum, nam una vice factum, dicitur prima vice, sic *Genes. factum est mane, & vespere dies unus*, idest primus, vel si dicamus, *semel*, idest infolidum, *cap. primo, extra de sepultur.* dicas, quod infolidum est legitimus cum legitimis, ergo ambo debent succedere, sed quia in successione adest praerogativa aetatis, ideo ut primo loco natus dicitur succedere, & sic quomodo cuique ponderatur particula illa, *semel*, semper pro naturali legitimo ponderatur.

8 Secundo principaliter adducitur alius *textus* apertus in *S. illud, authentic. quib. mod. naturales effici. sui*, ibi, *nihil a legitimis filijs differentes*, quem *textum* in hac hypothesi ponderant, & adducunt *DD.* de hac re differentes, & *Cumia, & Intrigliol.* post reliquos locis antea allegatis, qui *textus* omnem tollit circa hoc difficultatem. Posset autem pars aduersa dicere, & fateri legitimum, per subsequens matrimonium aequalitate, ac pari ordine procedere cum legitimo, & naturali, tamen in hoc non parificari, Adhuc respondit *text.* per negatiuam vniuersalem, ut ponderat *Tinaquell. in h. si unquam, C. de reuoc. donat. in verbo. suscepit liberos, num. 85. Nicol. Intrigl. post Cumiam*, & reliquos loco allegato, *num. 487.* dicentes, quia dictio illa, *nihil differentes*, est negatiua vniuersalis, cuius naturae est, ut vniuersaliter circa omnia operetur, si ergo admitteremus in hoc casu talem diuersum succedendi modum, nempe praerferri natum ex matrimonio, sequeretur destruire ordinem factum ab Imperatore Iusti-

Iusti-

Justiniano, & non dare eandem successione, & negare potentiam negatiuæ vniuersalis, ergò vides, quòd in omnibus, & per omnia legitimus, & naturalis, & legitimatus per subsequens matrimonium parificantur, & adæquantur, adeò vt fat, superquè in Doctorù papyris dilucidè appareat, vnum, idemquè ius vni competens, & alteri competiisse, vt post *Abb. Alex. Rip.* & alios testatur esse communem opinionem, & frequentiori calculo receptam *Emanuel Suarez in verbo legitimatus, in thesaur. recept. sent.* & esse cõem *Iul. Clar. in S. feudù, q. 82. lib. 3. sent.* & hãc esse magis cõem refert *Gabr. lib. 6. tit. de legit. conclus. 1. nu. 33. 55. 56.* adeoquè, vt ad permulta *DD.* inferunt ex identitate rationis, ac purificatione qualitatis, quæ superfluũ, ac captiosum esset hìc referre, sufficit vobis loca, siuè fontes, ex quibus tales illationes procedunt, demonstrasse. Et deniquè si alia de hoc filio legitimo pars aduersa vellet dicere, vt non succedat sicut natus de legitimo matrimonio, tunc partem ipsam aduersam monet idem Imperator in *d. autb. in S. adoptionis, in fine*, per hæc verba, *Nihil de successione super talibus est dicendum, nam sicut in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in his fieri successiones*, ita expendit hunc *tex. Io. Thom. Minad. in repet. Constit. In aliquibus, in verbo filiorũ, n. 4. in fin.*

II Ad secundum, si stante filio naturali ex concubina nato, an aliquod ius sit quæsitum filio nato ex vxore, adeò vt ipse dicatur primogenitus, nec legitimatio per subsequens matrimonium ei præiudicare possit.

Et quidem tota vis partis aduersæ in hoc tantum posita est, vt huic filio sit quæsitum ius primogenituræ, quia dum non adest alius natus legitimus, ipse est legitimus, & naturalis natus, ergò ipse primogenitus iudicandus est, tanquam quòd non habet, quem ipse præcedat, ex *cap. Ioseph de verb. significat.* ita argumentantur Autho-

res pro parte contraria citati, vt *Tiraguell.* & alij.

12 Sed adhuc falluntur in præsentihypothesi de feudo hæreditario, siquidem si admittunt Feudistæ, vt feudum hæreditarium iudicetur vt res hæreditaria, vt doctè explicat post alios *Harth. Pistor. lib. post. qq. feud. dal. q. 38. num. 35.* cæterique passim, & sic vt hæreditas patris, at verò filijs nullum ius formatum est quæsitum, super hereditate patris viuentis, *l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. & l. 1. S. si impubere. ff. de collat. honor.* & hanc rationem in puncto adducit *Iason in l. Gallus, S. & quid si tantum, num. 88. ff. de liber. & postb. Bald. in l. certum, C. unde legitimi, idem Iason ibidem, num. 89.* fatendo contrariam principalè opinionem, quòd filius secundogenitus de matrimonio natus excludat naturalem legitimatum, dicit hoc tamen procedere ex consuetudine admittente in aliquo loco primogenitum, licèt postea dicat, quòd legitimo non dum esset quæsitum ius formatum, allegat *Io. And. in c. si prote, de rescriptis in 6. in nouell. Ruin. in d. S. & quid si tantum, num. 188. vers. & tenendo istam partem, ff. de lib. & postb.*

14 Potissima autem ratio, quòd non sit quæsitum ius formatum in casu nostro, est, quia superuiuit filius naturalis, qui legitimatur in vita patris, quo casu non dicitur ius primogenituræ perfectè quæsitum filio secundogenito ex legitimo matrimonio, ita ex *glos. ibi tenet Alex. in addit. ad Bart. in d. S. & quid si tantum, num. 14. litter. H. in addit.* quæ incipit *trahatur retro, circa principium*, quasi quòd qui primo loco natus erat non legitimus, postea factus legitimus eicit legitimum de primo loco, vt dicit ex *glos. ibi addit. ad Bart. eo loco*, itaque videtis, non esse ius formatum, quia pater in vita sua potest filio primogenito præiudicare in primogenitura, tum tacitè, vt in casu nostro, & huius dicti non alia est ratio,

nisi ipsa patris superexistentia, siue eius vita, tùm expressè, vt ita habemus in *Genes. cap. 49.* vbi Ruben erat primogenitus Israel, & tamen cùm violasset thorum patris sui, tunc primogenia data fuerunt per patrem filijs Iudæ, & ampliùs non est reputatus in primogenitum, & *Regum lib. 3. cap. 1.* Dauid habens Salomonem filium minorem, fecit illum primogenitum, & prapositione filio maiori, quòd si esset ius quæsitum, non posset præiudicari, & *Decius in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 52. vers. nec est verum extra de Constitution.* probat, quòd

15 viuentis illo, de cuius hæreditate tractatur, non potest dici quis inclusus, cum successio non sit delata, & sic nec ius formatum, sed nullum ius filio super hæreditate patris viuentis sit acquisitum, *Cumia loco allegando, 16 nu. 65. circa medium,* & licet nonnulli admittat, primogenito esse quæsitum ius super feudo respectu secundogeniti, & masculino respectu feminarum, tamen idem *Decius ibi,* quem refert *Tiraquell. de primog. quest. 43. in fine.* dicunt, quòd est quæsitum ius in spe probabili, ac cum qualitate succedendi, quæ iura cùm sint in spe, faciliùs reuocantur, vadè cum sit ius reuocabile per patrem viuentem, sequitur, quòd non est probabile, nec considerabile, quia licet pater non possit priuare filium primogenitum legitimum, & sic feudo, hoc intelligitur principaliter, tamen in consequentiam potest priuare, vt contrahendo res alienam, *Franch. decis. 1. vel legitimando filium naturalem,* ergò ius est reuocabile per legitimacionem, ita in puncto *Ioseph Cumia in cap. si aliquem, de success. feud. in verbo maior natu, num. 67.* quem sequitur, & allegat *Nicol. Intrigl. d. loco, nu. 550.*

Si ergo non est ius formatum, nec irreuocabile acquisitum filio nato de legitimo matrimonio in præiudicium filij naturalis, sed tantùm est quæsitum quodam ius probabile, quòd succe-

dat, & considerabile, sed tandem reuocabile, ergò hic est casus noster, nempe legitimacionis per subsequens matrimoniù, vt illa valeat reuocare

17 hoc ius de per se reuocabile, vt asserunt præfati Doctores, vt legitimatio sit apta reuocare ius formatum quæsitum, vt infra dicemus in *tertio capite.* Et quòd sit ius reuocabile, & in spe tantùm quæsitum filio nato de legitimo matrimonio, probatur non alia ratione, & causa, vt supra annui, nisi per superexistentiam filij naturalis, & concubinæ, quæ faciunt esse in suspenso ius filij legitimi, & naturalis, ea ratione, quia ob mortem vxoris de facili posset pater redire ad concubinam, illamque in vxorem ducere, prout fecit, ducendo illam in vxorem, ergò semper quòd viuunt filius naturalis, & concubina, dicitur ius filij legitimi in suspenso, ac reuocabile, & non irreuocabiliter quæsitum, quia pater ducendo concubinam in vxorem de facto reuocat filium naturalem in legitimum matrimonium de iure, facièdo illum legitimum, reuocat ad successionem suo loco deferendâ, vt supra probam in *1. capite.*

18 Ad tertium principale caput, dato, sed non concesso, quòd huic filio secundogenito de matrimonio legitimo esset quæsitum aliquod ius formatum super feudi successione, ratione primogenituræ, adhuc dico, legitimacionem per subsequens matrimonium esse tanti roboris, ac vis, vt valeat tanto iuri quæsito præiudicare, illudque tollere, cùm tota vis partis aduersæ posita sit in eo, nempe quòd per natiuitatem primo loco ex ipso matrimonio sit quæsitum ius primogenituræ, stante quòd in Regno nostro, vbi est casus controuersie, ex eius constitutione primogenitus excludit alios, quo casu stante locali consuetudine, dixerunt omnes *DD.*

19 in *d. S. & quid si tantùm* supra allegati, *Tiraquell.* & reliqui, quòd semper quòd constitutio localis admitit pri-

primogenitum, intelligitur de primo-
genito legitimo, & naturali, & sic de
nato legitimo.

Sed adhuc respondeo huic moti-
uo vnâ cum *Io. Thoma Minad. in Cō-*
stit. In aliquibus, in verbo fiharum, n. 4.
20 qui loquens in terminis Cōstitutio-
nis Regni nostri, & in puncto nostræ
quætionis dicit, quod quando sumus
in eodem gradu succedendi, & sic in-
ter filios, aliud non dicit *Constit. Ut*
de successioneibus, nisi sexus, & ætatis
prærogatiua seruata, ad eò quod maior
nato præferatur minori nato, & sic de
legimitate nullū verbum fecit Cō-
stitutio, vt pensat, & deducit pars
aduersa, & dū non expressit, relictum
est sub dispositione iuris communis,
vt supra in *primo capite* diximus, vt
vnus sit ordo succedendi, ergo cum
hic legitimatus per subsequens ma-
trimonium sit ætate maior, & legiti-
mus tempore successionis, debet om-
niò præferri, aliàs esset irrationabi-
le in iure, dicit *Andr. de Isera. in cap.*
naturales, num. 5. & 7. si de feud. defun-
cti, & in cap. 1. de filijs natis ex matri-
monia ad morganic. contract.

Secundo, quod iuri quæsito possit
legimitatio præiudicare, illudq; tol-
lere per subsequens matrimonium in
casu fortiori, in quo esset quæsitum
ius formatum, & hæc deberent (vltra
inferiùs dicēda) parti aduersæ os ob-
turare, & claudere.

21 Equidem vnus ex modis acquire-
di iura domini; realis, est ipsa dona-
tio irreuocabiliter inter viuos, que
dicitur contractus irreuocabilis, *S. est*
aliud, Iustit. de donation. cum concor-
dantibus, quod si pater habens filium
naturalem ex concubina soluta domi-
renta, donasset omnia bona sua Ti-
tio, ad eò quod ex tali contractu non
dubitamus, quod ius esset quæsitum
Tirio, tanquam donatario medio tē-
pore constituto, & post dictam dona-
tionem sic perfectam, si pater donans
duceret in vxorem cōcubinam, ad eò
vt filius primo loco natus legitima-

retur per tale subsequens matrimo-
nium, quæro à partis contrariæ Au-
thoribus, an hoc casu donatio illa re-
uocaretur in præiudicium Tirij do-
natarij, cui ius quæsitum est ex tali
donatione, quod cum sit inconuinci-
bile, adhuc contrariæ partis Autho-
res coacti sunt fateri, quod ipsi in hac
hypothesi aliàs negare conati sunt, vt
omniò filius legitimatus per subse-
quens matrimonium possit reuocare
talem donationem, & Titium exclu-
dere, tanquam filius verè legitimus,
& naturales, ita docuerunt *Bald.*
vnus ex contrariæ partis Authoribus
in *cap. innotuit, col. 3. vers. quæsitum, de*
electione, cæterique, quos passim alle-
gat *Tiraquel* eiusdem contrariæ par-
tis principalis Author in *l. si vnquã,*
in verbo susceperit liberos, num. 71. C.
de reuocand. donat. Hieron. Gabriel. con-
stit. 21. num. 32. & hanc esse commu-
nem sententiam fatetur *Ioseph Lu-*
donic. comm. conclus. rubr. de legitimat.
concl. 1. in primo. Nicol. Intrigl. qui alios
allegat d. loco, cent. 2. art. 1. num. 439.
ergo idem in casu nostro, in quo etsi
admitteremus esse ius quæsitum for-
male filio nato de legitimo matrimo-
nio, quod adhuc legitimitatio per sub-
sequens matrimonium operatur in
præiudicium iuris medio tempore
quæsitum.

22 Tertiò, etsi hæc non admittamus,
adhuc cauillari non potest hæc ratio,
quia etsi partis aduersæ defensores
possent dicere, esse rationem à lon-
gè, & non concludere, adhuc aliam
euitare nō possunt, quod si ponamus,
quod pater habeat filium masculum
naturalem, & filiam foeminam natam
de legitimo matrimonio, & extaret
statutum, quod extantibus masculis,
foeminæ non succedant, prout hic in
Regno nostro, quo casu non est du-
bium, quod huic foeminæ legitimæ, &
naturali esset quæsitum ius probabi-
le, & certum in successione patris, etsi
adhuc statutum diceret, quod exan-
tibus filijs natis de legitimo matri-
mo-

monio, tamen si pater per subsequens matrimonium legitimaret filium naturalem, femina omninò excludenda est à tali successione, ita docuerunt *Anton. de Butrio in cap. per venerabilem, nu. 16. vers. sed posses esse dubium, qui filij sint legitimi, Decius consil. 52. num. 3. & consil. 155. nu. 4. latè Paris. conf. 19. num. 40. & 45. vol. 2. Roland. à Valle conf. ult. nu. 4. & sequenti, vol. 2. Franc. Mant. de coniectur. ult. volum. lib. 1. tit. 12. num. 16. in fine, & passim per DD. habes, lo. Thom. Minat. in repetit. Const. In aliquibus, in verbo filiorum, num. 3. circa medium, non alia de ratione, nisi ex vi, atquè potentia legitimationis per subsequens matrimonium, quæ potest tollere ius alteri quæsitum medio tempore.*

Quartò, ultra authoritates allegatas, nè videamur sine rōne loqui, ad eā me confero rationē, quæ etli ratio validissima sit, tūm quia per contrariæ partis Authores adhuc cauilla-
23 tur, egrediendo terminos rationis, tamen in vim, atquè potentiam trāsfertur, ac trāsfunditur, quam ob matrimonium recipit, ac capit à Deo per Summos Pontifices, ac Principes seculares, per SS. PP. in *d. c. tanta est vis*, per Principes seculares in *d. S. reliqui*, & sic de iure positivo.

Tanta autem est vis matrimonij, vt filij antea illegitimi concepti per sequentes nuptias habeantur vt legitimi, & naturales, hæc *ex d. cap. tanta est vis*.

In *S. reliqui* ultra verba superius ponderata, ponderentur ad hoc propositum alia in *vers. si quis igitur*, vbi in eius versiculi fine dicit, *nihilominus prior soboles legitima consistat*.

24 Est quæ tanta vis matrimonij à Deo per SS. PP. & Principes seculares concessa, ad eò vt nunquam de prima macula vlla mentio, ac ratio habenda sit, ac ne quidem habeatur, quasi quòd penitus, ac prorsus aboletas, ac deleta sit, & consideratur, ac si nunquam fuisset, ideò quæ verè le-

gitimi, & naturales habendi, non curando de primo principio sic infecto,
25 nempè naturalitatis, quod principiū per vim matrimonij à Deo per Summos Pontifices, & Principes seculares concessam ob penitentiam animarum, quæ fit ad Deum ex subsequenti matrimonio, vt ait *Hofstiens. in cap. ex transmissa, de renunciat.* restituitur, ac validatur, ea de ratione, ac
26 ex vi matrimonij, quo casu quando agimus de restituendis amissis ob peccatum, tunc qui restituuntur ad gratiam Dei amissam, sed postea recuperatam ex iustitia contractus matrimonij, tunc talis restitutio debet plenissimè interpretari, ac intelligi, *cap. maiores, S. è contrario, de baptismo, distinct. 50. cap. quia tua, d. distinct. 50.* & per consequens cum Deus concedat vim matrimonio, vt naturalis, verè legitimus habeatur, cur nos debemus limitare illam, eiquè detrahere,
27 vt naturalis legitimatus per subsequens matrimonium non dicatur verè legitimus ob sequutum matrimonium, & non consequatur omnia illa, quæ legitimo competunt, & dicere, quòd potestas Dei, SS. PP. & Principum secularium non possit se extendere ad principium naturalitatis, hoc esset de Principis potentia detrahere, imò illam negare, ita deducit *Nicol. i. utriq. d. cent. 2. art. 1. num. 469. & 470.* licet non sic explicitè, quod patet ex eodem *sex.* dum dicit in *cap. tanta est vis*, vt legitimi habeantur, non autem fiant.

28 Sed audio quendam dicentem, quòd concedit, quòd sit restitutio facta à Deo Principe omnium Principum, & de iure positivo, quia eo casu debet non intelligi, & extendi cum præiudicio tertij, cui medio tempore esset ius quæsitum, quod nec Deus vult, nec ita velle opinari debemus, est *tax. in S. licet igitur, ibi, & suos de castro, ibi, & hac facta exinde filios, aush. quibus modis natural. efficit sui, gloss. in d. cap. tanta est vis, in verbo post contractum,*

Sum, & hanc esse communem sententiam fatentur *Bart. & DD. in d.S. & quid si tantum*, sub num. 14. *Tiraquell. de retract. lignag. S. 1. glos. 10. sub nu. 68. Joseph Cunita de success. feud. in verba maior natu, nu. 45.*

29 Ex quo deducunt contrariæ partis Authores, quod dum filio legitimo, & naturali nato ex primo matrimonio est iam ius quæsitum ob primogenituram, tanquam primogenito legitimo, & naturali in feudis paternis, quia dum filius, ergo hæres, *lin suis, ff. de suis, & legitim. prout deducit Tiraquell. de primogen. quæst. 11. & num. 3. ad 5. dicendo ipse*, quod sicut pater expressè non potest præiudicare filio in successione sine causa, ergo ira nec tacitè, ducendo concubinâ in uxorem, *c. dilecto, extra de probend. ita ex Tiraquell. d. loca deducit Nicol. Intrigh. illum referens, sed non sequens d. cent. 2. ars. 1. n. 438. & 449.*

30 Sed adhuc respondetur, quod etsi daremus in casu nostro præiudicium tertij, adhuc illud esset, quando restitutio esset facta cum certa scientia de plenitudine potestatis à Principe, tunc enim ex causa præiudicatur tertio, prout in casu nostro, vbi adest causa, nempe peccantium concubinariorum ad Deum cõversio ob matrimonium, eorumque peccati remissio ob cõtractas nuptias, adest etiam & penitentia, quia cõcubinarius ducit in uxorem feminam, quam aliàs non duxisset, ob quam penitentiam Deo infertur violentia ad remittendum, iuxtà illud, *Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiant illud*, idèo Deus violentiam passus ad remittendum, dat etiam vim, atque potentiam matrimonio, vt sicuti peccati macula deletur, & omnia ad pristinum reducuntur, & ad principium, ac si nunquam concubinatus fuisset, ira per consequens, delata nube illa illegitimitatis, filij nati demùm legitimi habentur, non autem fiunt, & per consequens ad successionem,

eiusque anteriorem gradum ascendit, quia si Deus deleuit maius, quod est peccatum, & perditionem animarum, ita est præsumendum, quod deleat minus, & sic illegitimitatem, eiusque defectum, siue effectum, quo casu quando Princeps supremus facit actum aliquem de plenitudine potestatis, tunc & in tertij præiudiciũ facere potest, iuxtà vulgata iuris, & DD. sancita, & sic quatenus de iusticia hæc non procederent, tamen procedunt de plenitudine potestatis, atque ex vi tanta, quo casu quando Princeps procedit de plenitudine potestatis, non potest quisquam illi dicere, cur ita facis? Nam respondet, sufficit tibi pro ratione voluntas, aliàs de hoc Principem interrogare esset temerarium, maximè quando iusta, æqua, & rationalis causa subesset, ac ita suaderet, prout hæc est, nempe conuersio peccatorum ad Deum, qui duas lucratur animas amissas ob peccatum, & Deus ob vnam solam animam voluit vitam amittere, & sanguinem effundere, nec proprio filio pepercit. Si enim Deus amisit vitam, & sanguinem effudit, cur homo non debet ius quale quale spe quæsitum amittere?

33 Sed dato, quod esset re, adhuc idè esset dicendum, quia si Deus proprio filio non pepercit, qui erat primogenitus ante omnem creaturam, & ad illum spectabat Regnum Cælorum, quia genus humanum peccauit, adèo vt Christo Iesu vti primogenito erat ius quæsitum re super hæreditate Cælorum, tamen Deus peccatores conuersos ad eum, fecit sibi filios, & cohæredes in Regno Cælorum, & filios Dei fecit, iuxtà illud *Euangelij, Filij, ergo hæredes, & cohæredes*, & alibi, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*, Iesu Filij sui iura diminuens, ergo si filij ius dimiuit, adoptando peccatores in filios, & cohæredes faciendo, quare ergo dicendum est, quod noluit præiudicare homini, cui medio

tem-

- tempore esset aliquod temporale ius quæsitum. Etsi Deus interrogaretur, si ob peccatorem conuersum vellet alteri ius quæsitum tollere? respondisset, quòd sic, si ergò proprio filio primogenituram diminuit, ac non pepercit, ergò & huic homini, cum propter me, & à me hoc ius est quæsitum (dicit Dominus) volo, vt non quærat amplius, imò ei præiudicetur ob solum lucrum animarum, & ita præsumendum est, quòd Deus respondisset, ergò pro expresso habendum est, quòd Deus ex vi matrimonij voluit iuri, medio tempore, quæsitito præiudicare, non curando de cætero, nisi de animarum conuersione,
- 35 quæ omnia si non admitteremus, sequeretur, quòd beneficium Domini Dei, qui est Princeps Cæli, & Terræ, ac Rex Regum, & Dominus dominatium, esset strictè interpretandû, cuiusquæ potentiâ limitadâ, quod admittere non debemus, *Intrigl. d. loco, nu. 485. & seq.*
- 36 Quòd si admitteremus (prout admittit pars aduersa), hanc legitimationem æqua lance cum legitimatione facta per Principem terrenum esse iudicandam, quæ non præiudicat filio, cui medio tẽpore esset ius quæsitum, *l. 2. S. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico cum concordantibus*, hæc consideratio non est faciendâ, imò hæc legitimatio vti facta à Deo per SS. PP. & Principes sæculares, & sic per Supremum Principem Cælestem, & Terrestres, debet vberius interpretari, quàm legitimatio Principis terrestris tantum, ita deducit *Nicol. Intrigl. d. loco.*
- 37 Quintò ad vbertatem vltra rationes, & casuum decisiones alia accedat decidèdi ratio, qua probatur, per legitimationem per subsequens matrimonium minui, ac tolli ius quæsitum filio legitimo, & naturali, & est super legitima consideranda, quippè nulli dubium, quòd filio de iure naturæ, ciuili, ac positiuo est quæsitum

ius super bonis patris in legitima, tantum, adeò vt pater non possit illam filio tollere sine causa, ab eodem iure naturæ, ciuili, ac positiuo approbata, *autb. Vt cum de appell. cognoscitur*, vt nec pater super illa onus perpetuum imponere possit, nec in totum tollere, vulgatis iuribus, quo positio tergiuersari non potest apud Feudistas, quòd feudum totum est legitima primogeniti legitimi, & naturalis, vt per *Lanarium consil. 1. num. 20.* cum ibi adductis ex *cap. licet, de voto*, sed dato, & non concesso, quòd hic naturalis primo loco natus dicatur secundogenitus in iure, & diceremus, quòd natus secundo loco dicatur primogenitus in iure, quia de legitimo matrimonio natus est, vt continent contrariæ partis Authores, adhuc dico, quòd per hoc subsequens matrimonium præiudicatur huic secundogenito nato de legitimo matrimonio, quia etsi pater non possit filio in legitima præiudicare, tamen si habet filium naturalem, & filium legitimum, & naturalem, quibus, non dubitatur, quòd legitima deberur, & naturali alimenta, si deindè per subsequens matrimonium legitimet naturalem tunc præiudicatur in legitima, eo quòd renetur ipse etiam huic naturali legitimo per subsequens matrimonium dare legitimam, ita *tex. in S. generaliter, autb. quib. mod. naturales effici. sui, in vers. omnino*, vbi Imperator dicit, quòd ius legitimorum nunquam læditur, nisi per legitimos per subsequens matrimoniû, siue, prout dicit, per dotalia instrumenta, ergò legitimæ filiorum præiudicatur per legitimationem per subsequens matrimonium à filio legitimo, sed dum in hoc casu habemus filium legitimum, & naturalem, qui habet feudum pro legitima, ergò in feudo ipso præiudicatur, præiudicium autem cum non possit operare diminutionem feudi, sed tantum exclusionem, ergò si præiudicat, debet præiudicare in

re in eo, quod potest, sed potest præjudicare in exclusione, ergò ipse naturalis legitimatus per legitimatorem per subsequens matrimonium, excludit secundogenitum legitimum.

Istis sic positis, sequitur, ut principalem fundemus conclusionem, & sententiam, ut omnino naturalis legitimatus excludat filium legitimum secundo loco natum, ultra ea, quæ astatim superius adduximus accedant & reliqua.

40 Primò pro naturalis filij iuribus convalidandis considero, quòd etsi hic naturalis non succederet in feudo, tamen negari nõ potest, quin succedat in allodialibus, *l. cum quis, C. de naturalibus liberis*, Ego quæro, talis primogenitus quo iure succederet?

41 & certè altero de duobus modis, vel uti suus hæres, aut uti extraneus, & sic uti proximior agnatus, *cap. 1. an agnatus, S. 1. Institus. de hered. qual. & diff.* si hic primogenitus succederet uti suus hæres patri, certè quòd non aliud tempus capacitatis feudi necessarium haberet, nisi tempus mortis, quo tempore debet habere duas qualitates, ut primò sit in potestate morientis, & secundo, quòd obtineat primum locum, siuè gradum apud morientem, *S. sui, Instit. de hered. qual. & differ.*

Aut pars aduersa dicit, quòd est hæres extraneus, & per consequens esset exclusus à filio legitimè nato, uti hærede suo, quia prima causa in succedendo est suorum hæredum, *S. unde autem ius, de hered. qual. & differ.* & tunc tria tempora requiruntur in capacitate, nempe quòd sit capax tempore factionis testamenti, mortis, & aditionis hæreditatis, *d. S. in extraneis.*

43 Si ad primum se deuoluat pars aduersa, certum est, quòd primogenitus naturalis legitimatus obtinet hæc omnia tempora successionis, primò, quia in potestate morientis, per matrimonium enim dicitur esse in pote-

state, quia nuptiæ iam non sunt iustificatæ, *S. 1. Institus. de patr. potestate*, cum concordantibus, secundo obtinet primum locum, siuè gradum, quia dicitur filius legitimus, & naturalis, & tertio, nemo ipsum præcedit in gradu, *S. 1. Institus. de gradibus*, ergò si admittimus, quòd sit verè legitimus, & naturalis iste legitimatus per subsequens matrimonium, negari non potest, quin non habeat omnes qualitates successibiles, siuè ad succedendum aptas, nempe primò naturaliter natus, sed tempore mortis, & tempore, quo defertur successio, reperitur per subsequens matrimonium habere qualitatem legitimitatis, meritò debet concurrere cum legitimis, aliàs esset irrationabile, prout dicit *Andr. de Iser. in d. cap. naturales, num. 7. in fine*, si ergò admittit *Andr.* quòd debet concurrere, aliàs esset irrationabile, sequitur, quòd ex ratione concurrèdo, debet numerari in loco illo, quem tenet, & sic in primo loco. Pro-

44 batur consequens, quia ipse est primogenitus primo loco, ille enim dicitur primogenitus, qui nullum habet ante se, *cap. Ioseph, de verb. signific. Tiraquell. de primogen. quest. 2. 1. nu. 3. Io. Cannetius in cap. si aliquem, S. & quia, num. 3. fol. mibi 269.* habet etiam qualitatem legitimitatis retrotractæ ad tempus natiuitatis, pro quo aduertendum est, quòd ipsa legitimitas, siuè legitimandi tempus trahitur ad tempus, siuè locum natiuitatis, illamque comperit, ac vadit ad qualificandam, *Oliuerius Testarius de successibus ab intest. in princ. num. 28. Anton. de Rosell. de legitima, lib. 2. tit. de effectu legitime, nu. 3. 10. Rojas in epitome success. cap. 23. num. 102.* non autem natiuitas descendit ad tempus legitimitatis, & sic contracti matrimonij, si itaque legitimatio vadit ad locum, siuè tempus natiuitatis, & illi accedit, siuè qualificat illam, & locus ille dicitur naturaliter primus, meritò iudicandus est uti primogenitus naturalis,

ralis, & legitimus, ergò si nullum habet ante se fratrem, & habeat qualitates omnes, quæ de iure concurrere debent in successione; meritò debet succedere suo loco, & sic primo, & excludere filium legitimum secundo loco natum de legitimo matrimonio, tanquam secunde loco natum, & minorem, ita deduco ex *Nicol. Intri- gliol. d. loco, nu. 461.*

45 Aut partis aduersæ Authores dicunt, quòd est hæres extraneus, & tunc adhuc causa filij legitimati est in tuto, quia si est extraneus, & tunc ad hoc vt possit succedere, debet habere capacitatem tribus tēporibus, vt dixi, nempè factionis testamenti, mortis, & aditionis hæreditatis, *d. S. in extraneis*, quo casu partis aduersæ

46 Authores possent dicere, quòd in hoc casu non concurrerent omnia, quia matrimonium intermedium iam effecit naturalem inhabilem, ea ratione, quia per intermedium matrimonium videtur quòd pater iam desisset habere animum ad eūdi ad cōcubinam, & sic ad legitimationem, naturalis, & per consequens habuisse affectionem ad filios natos de legitimo matrimonio intermedio, quòd intermedium tempus operatur (dicunt contrariæ partis Authores) vt extremum temporis legitimitatis per subsequens matrimonium non coniungatur ad principium extremi, nempè natiuitatis in præiudicium filiorum natorum ex intermedio matrimonio, & sic intermedia incapacitas, siuè intercessa spes legitimandi non debet nocere huic filio legitimo.

47 Sed adhuc respondeo, quòd iste legitimatus, etsi consideratus vt extraneus, adhuc in præsentī casu habet qualitates successibiles, quarum sufficit, vt concurrant duæ, nam intermedia incapacitas non nocet, sufficit enim, vt hæres ante mortem, & tempore successionis sit capax, vt dicit *sex. in d. S. in extraneis*, ita in casu nostro iste legitimatus habet qualitates

successibiles ad feudum hæreditariū, quia primò est primogenitus naturaliter, secundò est legitimus effectus à lege, ob vim matrimonij, & sic est primogenitus legitimus, & naturalis, quòd si medio tempore matrimonij intermedij concedamus fuisse impedimentum faciēs istum legitimatum tempore intermedio incapacem tali successione, hoc decidit clarè *sex.* quòd intermedia incapacitas non nocet, quin possit succedere, tãquam non considerabilis, propterea dum est primogenitus, & legitimus, & ideo successibilis est.

48 Secūdo principaliter solidior ratione solidam reddemus, quam firmuimus cōclusionem, sic arguendo tota autem vis partis aduersæ in eò posita est, vt intermedium matrimonij operetur, vt legitimatio per aliud subsequens matrimonium non consequatur suū plenum effectum quòd ad omnia, nempè successionis in feudo, cum primogenituræ prærogatiua, & sic vt non excludat filium natum de legitimo matrimonio, & hoc fun-

49 dant duplici medio, primò, quia ista legitimatio per subsequens matrimonium aut fit per fictionem, vt fingat, naturalem natum primo loco esse restitutum ad legitimitatem per subsequens matrimonium, secundò, aut est retrotractio, vt quia subsequens matrimonium præbens legitimitatem, retrotrahat legitimitatem ad tempus natiuitatis, quibus casibus, semper dicunt contrariæ partis Authores, vt nec fictio, nec retrotractio in præiudicium legitimi, & naturalis operari possit.

50 Sed adhuc respondeo, quòd si est fictio, prout dicit *Bammacar. in d. cap. naturales, quæst. 17. nu. 149.* tunc hæc fictio ad finem vt operetur suum effectum, & excludat filiū legitimum, & naturalem requirit duo illa extrema habilia, nempè terminum à quo, & terminum ad quem, quæ duo extrema sufficit, vt cōcurrant ad finem,

vt ni-

ut nihil rationis habeatur de actu intermedio matrimonij, actus enim intermedij nō impediunt coniunctionē extremorū, ut in *clen. quando. de appellat. l. scus. C. de præscript. 20. vel 40. ann. cū concordantibus allegatis per Florian. de S. Retro in 3. disput. n. 22. & per Bammac. d. loco, n. 149. si ergo extrema coniunguntur, tunc actus intermedij nō curantur, tanquā nō impedientes, quin iste filius primo loco natus nō succedat vti primogenitus, & excludat secundogenitum natū de legitimo matrimonio. ergo est verè legitimus, & naturalis, & vti verè legitimus, & naturalis succedit, & quod*

52 duo extrema iā concurrāt in presenti casu, iā clarū est, & liquet in facto, nēpē quod cōcubinarij isti tēpore conceptionis, & natiuitatis huius primogeniti, & sic in primo extremo fuerint solutus, & soluta, & sequēti tempore matrimonij, & sic in secūdo extremo etiā fuerint solutus, & soluta, si ergo cōcurrunt ista duo tēpora habilia ad habilitandū, & faciendū filium naturalē legitimū, & successibile in loco

53 siue tēpore, quo natus est, non debemus curare de tempore intermedio, quod pars aduersa dicit, q̄ fuit inhabile ad habilitandū filiū naturalē postea legitimatū per subsequētes nuptias, quia hoc intermediū tēpus non valet, nec curatur, idē nec pōt impedire coniūctionem extremorū habiliū, siue habitantium naturalē ad successionem, & sic vt secundogenitus de legitimo matrimonio natus excludat hūc primogenitū naturalē, & legitimū per subsequēs matrimoniū.

54 Aut est retrahctio, & tunc tota vis partis aduersæ in eo posita est, vt non possit retrahi, ac operari in præiudiciū filij nati de legitimo matrimonio. Sed adhuc dico, quod pars aduersa fallitur, nā retrahctio aut cōsideratur de iustitia, aut de potentia, siue de plenitudine potestatis.

Primo casu, si de iustitia, certū est, quod retrahitur in præiudiciū tertij, cui medio tēpore ius esset quæsitū,

sed cardo huius quæstionis est videre, si huic filio super feudo patris, eo viuēte, ius quæsitū esset ob primogeniturā? Ius autē quæsitū esse duobus modis cōsideratur, aut re, aut spe. Re nō pōt cōsiderari, quia viuēte patre filius nullū ius reale habet super patris hæreditate, sed tantū quādam præminentiam vti filius, quasi iā iam successurus, & idē dicitur quasi dñs, quia verisimiliter futurus est dñs, nō autē quod ex tali futuro dominio esset filio quæsitū aliquod ius de præsentis, vt de bonis patris possit disponere, nec vt pater in aliquo posset præiudicare filio, quia ipse filius non potest alienare, nec cōtrahere, quod benè facere posset, si ius quæsitū haberet, hoc autē significat ius habere super re, quia de illa disponere, vel saltem nullus super illa re disponere posset in præiudiciū dicti filij habētis tale ius, quod facere pōt pater alienādo, vel obligādo, filius autē nequaquā facere pōt, ergo sequitur, quod nullū ius habet in re quæsitum super feudo patris viuētis, repugnāte iuris regula *l. fin. C. de pactis q̄ viuēte patre* nō dicitur hereditas filij, sed bona patris, nec filius super hæreditate patris viuētis aliquid disponere pōt, quia esset dare, quod duo possiderent hæreditatē insolidum, & sic eādē rem, contrā iuris præscripta, nēpē duos non posse eodem iure, eandē rem, insolidum possidere.

Spe ius quæsitū filio in casu curreti esse, dato, & non cōcesso, quod iure negare possumus, nō esse ius spe quæsitū filio, quia etsi filius verisimiliter speratur, q̄ sit hæres patris, & quod pater verisimiliter relicturus sit filio hæreditatē, siue feudū, de quo contēditur, tñ adhuc nō est spes tā certa, vt recipiat æstimationē, ad *lex. in l. si iacobū retis. ff. de contrab. empt.* nec tāti est, vt dicatur ius quæsitū esse filio, dicit *Nicol. In trigl. d. loco, m. 42 1. multa. n. euenire possūt, nē filius hæreditatem patris accipiat, argumēto l. naturalē, ff. de acquir. rer. domin. cap. de bis. in si-*

*de sepult. Bartol. in l. sciendum. ff. qui
 satisd. cogant. potest. n. euenire exheredatio
 filij à patre facta, indignitas filij,
 indignitas patris, quæ illum priuaret,
 & pariter priuaret filiū, ad tex. in l.
 quisquis. C. ad leg. l. ubi Maior. aliaq; si-
 milita, quæ priuarent filiū hereditate,
 vel feudo ob factū patris, quæ priua-
 tio suū nō sortiretur effectū, si ius ali-
 56. quod esset filio quæsitum, sed dato,
 quod esset quæsitū spe tatum, adhuc
 tale ius spe quæsitū in succedendo, siue
 spes illa succedendi nō est tati, nec est
 attendenda, *4. post emancipationem. ff. de
 adim. legat. Bart. in l. certū, C. unde legitimi.*
Nicol. Intrigl. d. loco, n. 472. nec tati
 est valoris, ac potētis, vt valeat impe-
 dire, ac superare vim, & potentiā tan-
 tā cōcessam à Deo per Sūmas Pōrtifi-
 ces, ac sæculares Principes legitima-
 tioni factæ per subsequens matrimo-
 niū, vt legitimatus per illā nō sit verè
 legitimus, & naturalis, nec veri, & le-
 gitimi, & naturalis filij effectū sortia-
 tur, nēpè quod medio tempore, & sic
 cōtracti matrimonij nō sit verè legiti-
 mus, adq̄ vt per filiū natū de legiti-
 mo matrimonio impediatur, quo-
 minus succedere possit, q̄ si admitter-
 remus, tunc impediretur retrotractio
 ad tēpus natiuitatis, & esset dare ab-
 surdū, vt modò referam, nēpè filium à
 principio cēseri legitimū, & naturalē
 per retrotractionē, & medio tempore
 nō cēseri legitimū, quia excluditur
 per filium natū de legitimo matrimo-
 nio, & reliquo aut tempore, & in reli-
 quis rebus, esse legitimū, & naturalē,
 repugnante hic regula, vt in sequenti
 dicā, igitur cū ius hoc, q̄ pars aduer-
 sa dicit, nec res, nec spe possit conside-
 rari super tali feudo, sequitur q̄ suc-
 cedere debet hic naturalis legitimatus
 per subsequens matrimonij, & ex-
 cludere legitimū, ita arguitur *Nicol.
 Intrigl. d. loco, n. 471. ad 473. verū non*
 est tam clarè, nec tam fusè.*

57. Sed concessio, q̄ huic filio nato de
 legitimo matrimonio esset ius quæsi-
 tū super tali feudo hereditario, ad-
 huc dico, quod dictū ius nō est tantū,

vt non valeat reuocari, & nō est, quia
 pater viuens pot̄ illud reuocare tan-
 quā reuocabile, ita .n. aiūt *DD.* quod
 tale ius est ius reuocabile, ita *Ioseph
 Cunia, & Nicol. Intrigl.* supra allega-
 ti, & per cōsequens pater contrahen-
 do nuptias cū cōcubina, pot̄ illi præ-
 iudicare, ita ex *Aff. dec. 195. n. 7. Frāq.
 Bursat. cons. 77. nu. 44. vol. 1. aduertit
 Nicol. Intrigl. d. loco, nu. 500. & seq.*

Tertiò principaliter, vt in fine se-
 cūde rationis annui, n. 23. pro eadem-
 met suadēda sentētia adducitur alia
 solida ratio, quæ admittēda est ab ab-
 surdo vitando, nē cauilemur. *tex. in
 d. cap. tanta est vis, qui tex. iuxta com-
 mūnē, ac vulgare Doctorū intelligē-
 tiā, eiusq; lecturā, & mentē vult, ex vi
 matrimonij, quæ cū tāta sit ob cōuer-
 sionē animarū ad Deū, & alijs ratio-
 nibus, vt supra præmonuimus, vt filij
 legitimati per subsequens matrimo-
 niū habeantur legitimi, nō autē dicit
 legitimi fiant, ergo ex potētia matri-
 monij nō sunt, sed habentur legitimi,
 ac si nunquam illegitimitatis macula
 58. notati fuisset, si ergo admitteremus,
 tunc filium primo loco natum, sed le-
 gitimatū per subsequens matrimonij
 nō excludere legitimū natū de le-
 gitimo matrimonio, sequeretur, quod
 legitimatus per subsequens matrimo-
 niū censeretur legitimus diuersis tē-
 poribus, nēpè tempore natiuitatis
 cēseretur legitimus per retrotractio-
 nē, ac subsequentiā matrimonij con-
 cubinæ, sed tēpore intermedij matri-
 monij cū vxore, & natiuitatis filij de
 secūdo matrimonio nō cēseri legiti-
 mū, & naturalē, dū nō consequeretur
 effectū legitimorū filiorū, nēpè exclu-
 dere secūdogenitum natū de legiti-
 mo matrimonio, sed dum contrariæ
 partis Authores hoc affirmant, se-
 quitur, quod ipsi incidunt in absur-
 dum, nēpè quod vnus, idemque
 filius, eademque persona diuerso iu-
 re censendus, censendū sit, nēpè
 vt sit legitimus vno tempore, & con-
 sequatur iura legitimi, & deindē alio
 tempore per aliud ius non consequatur*

tur iura legitimi, non obstante quòd sit eadem persona habens semper eandem qualitatem, repugnante *xx. in l. prima, vers. nec ratio patitur, ff. de rerum permus. l. ultima, C. de codicill. Menoch. consil. 564. nu. 9. vol. 6. Tiracuell. de retract. S. 1. gl. 18. num. 21. & in puncto Nicol. Intrigol. post Joseph. Cumiam dicto loco, num. 481. & seq. ergo vt euitemus hoc absurdum, debemus dicere, in omni tempore fuisse legitimum, & iura legitimi semper consequutum fuisse, & semper operari, & sic excludere secundogenitum, aliàs diuerso iure censeretur eadem res.*

59 Quartò principaliter (cæteris prætermittis) inferendo ex dictis supra, in prima ratione conclusionis nu. 43. superest tantum, vt videamus, si, vel nè iste legitimatus habeat habilitatem succedendi, & excludendi secundogenitum natum de legitimo inter-

60 medio matrimonio, & in hoc aduerto, quòd habitas filij ad succedendum pleno iure est inspicienda tempore mortis patris, imò & posteriori tempore post mortem, nempe tempore successionis in feudo, nõ autem tempore anteriori, siquidem tota vis tenentium contrariam partem respicit principium infectum, & medium infectius factum per legitimas nuptias contractas cum vxore legitima medio tempore, cui difficultati respondendo probatur mea conclusio, nam semper quòd sumus in eodem gradu succedendi, tunc de cõsuetudine, & ex Constitutionibus Regni nostri in feudo succedit maior ætate, & sic primogenitus, sed quando sumus in diuersis gradibus, tunc proximior succedit, & excludit remotiorem, *l. post consanguineos. ff. de suis, & legitimis*, quòd fit, vt sciamus, quo tempore hæc qualitas debeat concurrere, debemus inspicere tempus mortis posteriorius, non autem anteriorius; *S. proximus, l. inst. de legitima agnat. success. cap. 1. S. quin etiam, Episc. vel Abbat.* sic etiã

ad sciendum, quis sit maior ætate, & sic primogenitus, & in pari gradu succedendi debemus inspicere tempus mortis, nõ autem anteriorius, quòd probatur iure, & ab absurdo vitando.

61 Primò, quia non debet quæri de conditione cuiusq; priusquam hæreditas, vel legatum ad eum pertineat, *l. non oportet, ff. de legat. 2.*

62 Secundo, quia si pater haberet feudum, & haberet tres filios, quorum primogenitus esset mortuus in vita patris, & patre deindè mortuo, si ista qualitas primogenituræ, & legitimittatis quæreretur tempore natiuitatis filij, & non mortis patris, & sic requireretur, vt quis esset natus primo loco, sequeretur, quòd iste secundogenitus licet non haberet aliũ, qui præcederet ipsum, & non esset natus primo loco, tamen non succederet, & sic pater non haberet successorem, quia non adest ille filius, qui primo loco natus erat, repugnantibus legibus, & constitutionibus apertis, dicentibus, hunc secundogenitum iura primogeniti cõsequi, ac obtinere, ea ratione, quia nullus præcedit ipsum in loco. Et si admitteremus quòd dicunt contrariæ partis Authores, sequeretur, quòd quæreremus de qualitate ante tempus mortis non deseruiente, quia adhuc non est delata hæreditas, & sic non quæretur de qualitate succedentis, quæ debet concurrere tempore successionis, & mortis, ita ex *Nicol. Intrigol. post Cumiam, & Tirag. d. loco, nu. 466.* naturalis enim legitimatus per subsequens matrimonium concurrat in eodem ordine succedendi cum legitimis, vt supra dixi ex *d. S. reliqui*, ergo si sumus in eodè ordine, & gradu, tunc succedit Constitutio Regni, & Ius Fræcorum, vt maior ætate succedat, & hanc rationem considerat *Io. Thom. Minad. in Const. In aliquibus, in verbo filiorum, nu. 4.*

63 Occurrenti, quòd in hoc Regno prærogatiua ætatis, non autem primogenituræ attenditur, si ergo attenditur

prærogatiua ætatis, sequitur quòd cum hic naturalis habeat prærogatiuam ætatis, & legitimationis per subsequentes nuptias, debet omninò concurrere in successione feudi, & excludere filiū secundo loco natū de legitimo matrimonio tanquam minorem ætate, vt dixi supra *nu. 20.* Ex quibus concludo, meūq; interpono cōsiliū pro filio naturali legitimato per subsequentes matrimoniū, & excludēdum esse filiū secundo loco natū de legitimo matrimonio, tanquam quod *DD.* pro eo tenentes nullū in mediū afferant solidiorē, quā nostram rationem.

Supereff tantū, vt demonstremus, quemadmodū pro filio legitimato sustentabilior est opinio, ac ita et demonstramus, cōtrariā opinionē, ac partem filij legitimi de legitimo matrimonio nati minus esse sustentabilem, minusque obstare ex pluribus.

64 Primò, nāq; contraria opinio procedit, & locum habet in primogenio, ita loquitur *Tiraq. de primogen. q. 34. n. 3.* ita etiā loquitur *Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 1. nu. 7.* quo in casu procedit, atq; admitto contrariā sententiam, ea ratione, quia ob decus familiæ, ac ob voluntatē institutoris requiritur, quòd successor nascatur de legitimo matrimonio, ita post alios allegatos aduertit *Henric. à Rosent. loco toties allegato, n. 9. in glos. lit. M.* & pariter ita et esset dicendū in feudo, quādo inuestitura dicitur, *natis, & nascituris de legitimo matrimonio*, vt supra præmonui.

65 Secūdo, cōtrariæ partis Authores loquētes de legitimato, vt nō excludat natū de legitimo matrimonio, cōfunduntur, alij autē loquuntur de legitimato per rescriptū Principis, vt fuit *Aff. in d. cap. naturales, nu. 2. sect. 2. notab. 2.* & magis in terminis *sect. 5. n. 12. post princip.* & alij iisdē terminis vtuntur, quod est falsū, nec adaptatur ad nostrā hypothesim, ita docuit aduertēdo *Rosental. d. loca in glos. lit. M.*

66 Tertiò, quia ex *DD.* qui tenent cō-

trariā partem nōnulli etiā & nostram amplectuntur partē, & sibi ipsis contrarij, vt fuit *Michael Craff. lib. 1. com. opin. cap. 5. cōcl. 2. & in S. successio, q. 19.* contrarium tenet.

67 Quartò, alij loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia, vt fuit *Soc. iun. cons. 95. sub num. 23. vol. 3.* ita aduertit *Nicol. Intrigl. d. loco, n. 501.* & ferè oēs.

Quibus sic stantibus, pro filio naturali legitimato esse iudicandū spero, vt excludat secundo loco natū de legitimo matrimonio, esseq; admittēdū ad feudū, de quo contenditur hæreditariū, ergò concludendū est, talē legitimatū succedere ad feuda, dixi hæc (aduertant lectores) pro degustatione opinionis mihi defendēde iniūctæ, sed in iudicādo est ferius, & melius cogitandū, si casus euenerit, nam maxima est æquitas pro filio legitimo, & naturali nato de legitimo matrimonio intermedio, vt supra præmonui.

ARGUMENTVM.

Vira, et militia an debeat filio legitimo tantum, vt adoptiuo, siue adrogato, et quid de adoptiuo coniuncto, et quid si stare statutum.

S V M M A R I A.

- 1 Filius legitimus, & sic adoptiuus non potest habere vitam, & militiam, & ratio ponitur.
- 2 Filius adoptatus cum clausula, etiā ad feuda, habet vitam, & militiam, sed cum declaratione, vt num. seq.
- 3 Idem si in inuestitura essent vocati adoptiuus, sed cum declaratione.
- 4 Filio adoptiuo coniuncto debetur vita, & militia.
- 5 Idem si vigeret statutum, quòd adoptiuus succederent.
- 6 Filius adrogatus an debeat habere vitam, & militiam.

QVAESTIO. X.

1 **E**X supradictis de filio legitimo, & naturali, & de naturali tantum infertur ad filium legitimum tantum, an etiam ipse legitimus tantum debeat habere vitam, & militiam? & respondeas negatiue, vt non possit pretendere vitam, & militiam, ea ratione, quia adoptiuus non succedit in feudo, *cap. adoptiuus*, vbi *Ostauus Bammacar.* latissimè, *si de feudo defuncti, per totum*, & hanc esse communem opinionem refert *Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 1. num. 242. Henrich. à Rosental. de feud. cap. 7. tit. de success. descend. concl. 30. n. 33.* meritò non potest considerari exclusio à successione feudi, propter quam debetur vita, & militia.

Sed hanc conclusionem limitarem tribus modis.

2 Primò, si in adoptione fuisset dictum, *vt etiam ad feuda succedat*, quia tunc ex quo succedit in feudo, vt ex traditis per *Baldum in d. cap. adoptiuus, si de feudo defuncti*, & alijs, vt per *Bammacarium ibi, num. 6. vers. limitatur conclusio*, adeò vt esset derogatum dispositioni *d. cap. adoptiuus*, ex autoritate Principis, *Nicol. Intrigl. d. loco, nu. 233. Rosental. cap. 7. concl. 36. num. 32. in sua synopsis feudol. tit. de success. descend.* ideò debet habere vitam, & militiam, quando per primogenitum esset exclusus à successione feudi.

3 Secundò, si in inuestitura adesset clausula, *vt etiam filius adoptiuus succederet*, quia tunc ex quo in feudo esset successibilis, & succederet in illo, vt post *Aluar. & Bald. Bammacar. in d. cap. adoptiuus, num. 7. vers. limitatur secundò*, *Nicol. Intrigl. de feud. centur. 2. artic. 1. num. 231.* & eam communem post alios dicit *Henrich. à Rosent. d. c. 7. conclus. 36. tit. de success. descend.* si concurreret cum primogenito, & remaneret exclusus ob existentiam dicti primogeniti, tunc ratione exclu-

sionis debet habere vitam, & militiam, Sed has duas limitationes intellige, vt adoptiuus succedat in defectum legitimorum, & naturalium, tam masculorum, quam feminarum, vt ita intelligunt *Autor quidam S. 2. quæst. 6. num. 33. Io. Campegius conf. 2. inter conf. feudal. diuers. Bammacar. d. num. 6. vers. hoc tamen limitatio*, & licet *Bammacarius* sic intelligat solum primam limitationem, tamen ex identitate rationis sic debet vtraque limitatio intelligi.

4 Tertiò, si esset adoptiuus coniunctus, vt quia auus paternus adoptaret nepotem secundogenitum ex filio, tunc etsi nepos aliàs successurus, tamen quia est adoptiuus coniunctus, est successibilis, vt ex multis fundat *Bammacarius d. loco, num. 7. vers. limitatio tertiò*, *Nicol. Intrigliol. d. loco, n. 239. post Iacob. Aluarot. Io. Thom. de Marin. & alios ibi allegatos*, ideò si succedit in feudo, concurret cum primogenito, à quo per concursum excluderetur, meritò ratione exclusionis debet habere vitam, & militiam, stât ergò hæ resolutiones fundatæ in successione ad feuda, & in exclusionem per primogenitum à successione illorum, quam conclusionem declaro multis modis.

5 Declaro primò, quòd si vigeret statutum, siue consuetudo, vt tales filij adoptiuus succederent, tunc quia non excluduntur, sed succedunt, vt ex permultis Doctoribus firmat *Nicol. Intrigl. d. loco, num. 235. Rosental. d. loco, sub num. 35.* vbi permultos allegat in *glossell. lit. KK.* hoc autem casu dum concurreret cum primogenito, per quem remaneret exclusus ob eius prælationem, tunc ratione exclusionis debet habere vitam, & militiam.

6 Declaro secundò, vt quæ diximus de filio adoptiuo, procedant etiã in filio adrogato, prout ita concludunt *Nicol. Intrigl. d. loco, sub num. 231. & seqq. Rosental. dicto loco, num. 33.* vbi

in *gloſell. tit. II.* innumeros allegat, hanc ſuadentes ſententiam.

Reliquos autem caſus, in quibus adoptiuus, ſiue adrogatus ſuccedit in feudo, ſi velis ſcire, perquiras apud *Rofental. & Nicol. In trigl. locis prædictis.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur fratri conſanguineo de feudo paterno, vel fratri vterino de feudo materno, & deberi vnicuique de ſuo feudo concluditur, attento eorum ſuccedendi iure. Et an vterinus ſuccedat in ſubſidium, referatur celebre *Amelli Amati* reſponſum.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenito conſanguineo debetur vita, & militia ex feudo paterno.
- 2 Primogenitura ius procedit in feudo paterno, ſiue feudum ipſum ex latera patris, ſiue ex utroque parente perueniat.
- 3 Frater conſanguineus tenetur alere alium fratrem conſanguineum.
- 4 Frater conſanguineus alit ſororem conſanguineam de bonis materatus.
- 5 Fratri vterino non debetur vita, & militia de feudo paterno.
- 6 Frater vterinus ſuccedit in feudo fratris conſanguinei in ſubſidium ſecundum vnam opinionem.
- 7 Frater vterinus tenetur alere fratrem vterinum pauperem.
- 8 Fratri vterino debetur vita, & militia de feudo materno, & num. 9.
- 9 Vita, & militia debita fratri vterino debetur à die mortis matris.

Q V A E S T I O . X I .

- E**T quia in præcedentibus quaſt. 4. diximus, quòd vita, & militia debetur fratri ſecundogenito, proinde dubitauimus in diuerſis generibus filiorum, nunc autè dubitatur, quid ſi ſecundogenitus eſſet conſanguineus tantum fratri primogenito, & ſic coniunctus ex parte patris an debeat habere vitam, & militiam? & reſpectiuè reſpondeas, quòd frater conſanguineus ex feudo paterno debet habere vitam, & militiam, ita docet *Nicol. In trigl. de feud. cent. 1. quaſt. 57. num. 21. Petr. de Gregor. de vita, & militia, quaſt. 4. num. 6.* qui rationem indicat tantum, ſed eam apertè non aſſignat, remittendo ſe ad *tract. de conceſſ. feudi, part. 4. quaſt. 8. sub num. 2.* dicendo tantum, quòd ius primogenituræ procedit, ſiue primogenitus ſit coniunctus ex vno latere, & ſic ex patre tantum, ſiue ex utroque parente, ſed implicite vult dicere, quòd quando feudum eſt paternum proueniens ex communi patre, tunc quia ſecundogenitus natus ex eodem patre eſt de ſanguine, & ſic de vocatis in inueſtitura, merito ſucceedere poſſet deficiente primogenito, ſed quia per exiſtentiam primogeniti remanet excluſus, merito debet habere vitam, & militiam, & hoc eſt quòd dicit *Petrus de Gregor. d. num. 6.* quòd primogenitura habet locum, etiam ſi eſſet coniunctus ex patre tantum, merito ratione excluſionis à feudo prædicto debet habere vitam, & militiam ex dicto feudo, à quo remanet excluſus per ſuperexiſtentiam primogeniti, vt indicat *Petr. de Greg. d. loco.* Quinimò hæc decifio fundata eſt in alia ratione, etiam de iure ciuili, nam ſi admitteremus opinionem eorum, qui dixerunt, quòd vita, & militia ſucceſſit loco alimentorum (quam reprobauimus) adhuc deberetur vita, & militia, quia certi iuris eſt, quòd frater

frater consanguineus tenetur alere alium fratrem consanguineum ex eodem patre natum, licet ex diuersa matre, vs post *Bald. consil. 103. num. 3. lib. 5.* latissimè fundat *Ant. Corduba in repet. l. si quis à liberis; Si idem rescripti, num. 8. de liberis agnoscend.* merito etiam tenetur dare vitam, & militiam, & sic alimenta, quæ idem sunt, ac vita, & militia, vt supra docuimus *q. 3. & 4.* prout in simili videmus in materia maioratus, nam frater de bonis maioratus tenetur alimenta dare non solum forori vtrinque coniunctæ, sed etiam natæ ex eodem patre, tanquam descendenti ex institutore maioratus, & hæc decisio procedit ex obligatione ipsa maioratus, ita ex licet *plures, S. fin. ff. de administrat. tutor. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 60.*

Secundo capite, si esset frater vterinus, & sic natus ex eadem matre, sed diuerso patre, & tunc distinguitur, aut feudum est paternum, aut est maternum.

Primo casu, quando est paternum, tunc sumus in claris, quod non debet habere vitam, & militiam, quia non militat ratio exclusionis à successione feudi paterni, ad quod non admittitur, eoquod non est de descendentes à primo acquirentore, qui fuit agnationis communis patris, & sic non est de sanguine, stante etiam legitimo descendente, *cap. 1. S. bis autem deficiens, de successione fratrum, & grad. succedendi in feud. & cap. 1. de natur. success. feud. Anell. Amat. consil. 97. num. 1. vol. 1.* vterinus autem stante fratre consanguineo non succedit, licet deficiente consanguineo in subsidium succederet secundum vnam opinionem, de qua *Scip. Rouit. Pragmat. 11. num. 10. de feud.* tamen cum *Ludovic. Molin. d. loco, num. 61.* affirmarem, quod hoc casu ratione honestatis, & decoris si primogenitus esset diues teneretur alere fratrem vterinum pauperem, non ex obligatione

feudali, sed ex obligatione naturalis, & dedecoris feudatarij, cum in obligatione alendi nulla sit differentia, an sit vtrinque coniunctus, siue ex patre, siue ex matre, vt ex multis ibi in maioratu affirmat *Ludovic. Molin.* & in filio naturali refert decisum *Matrill. decis. 85.* fuisse data alimenta ob decorem Baronis.

Secundo casu, si essemus in feudo materno peruento ex communi matre, & tunc dicas, quod debetur vita, & militia tali secundogenito vterino, ita docent *Nicol. Intrigl. dicto loco, num. 28.* apertè hoc decidens *Petr. de Gregor. d. loco,* licet implicite, dicendo, siue ex vtroque, siue ex altero tantum parente, & omnium apertissime *Iulius. Casar Gallup. in method. feud. par. 3. cap. 4. sub num. 56.* & nouissime *Marcell. Marcian. consil. 56. vol. 1.* vbi in indiuiduo consuluit in feudo matris, & Nos inferius.

Quæ vita, & militia debita fratri secundogenito vterino in feudo materno debetur à die mortis communis matris, vt doctè consuluit *Marcell. Marcian. d. consil. 56. num. 2. per tot.* ea ratione, quia vita, & militia debetur tempore mortis feudatarij, cui succedit primogenitus, ad tradita per Nos supra quæst. 6. num. 12. siue succederetur matri, siue patri, prout per *Afflic. in S. prater à Ducatus, nu. 61. in fine.*

An autem frater consanguineus succedat fratri vterino decedenti absque filijs in feudo materno, videtur aurea *Anell. Amat. consil. 97. & 98.* vbi quæstionem ipsam perfusè, doctè, & subtiliter tractat, & *Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de success. mulier. S. 1.*

Vndè ex dictis per *Anell. Amat.* & transactione sequuta super successione feudi Mileti, ad illud mediante transactione, cum Regio Fisco fuit admissus frater consanguineus ob mortem alterius fratris absque filijs, non obstante, quod feudum fuisset ma-

ma-

maternum, propterea si fratres con-
fanguinei fuissent plures, quæro an
fratres minores debeant habere vi-
tam, & militiam? certè dicas, quòd
debent illam habere, eoquòd per
concursum, & prælationem primoge-
niti excluduntur à successione dicti
feudi, quæ ratio est generalis. & uni-
uersalis in fauorem omnium secun-
dogenitorum, quando primogeniti
succedunt, & per primogeniti succes-
sionem excluduntur secundogeniti,
& idem esse, si daretur casus, in quo
plures fratres vterini succederent, &
in concursu per primogenitum ex-
cluderentur.

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an debeatur se-
cundogenito imperfecto, re-
belli, foriudicato, vel aliàs in-
capaci. Imperfectio ad feudi
successionem triplex, natu-
ralis, accidentalis, et legalis.
Rebelli non debetur vita, et
militia, et habitam amittit. Et
quid si secundogenitus esset
restitutus, vel indultatus per
Principem, et quid si esset
foriudicatus vel in vita pa-
tris, vel post mortem, latè
differitur.

S V M M A R I A.

- 1 Imperfectus non succedit ad feuda.
- 2 Imperfecto debentur alimenta ex feudo,
& quomodo intelligatur imperfectio,
nu. 4. & seqq.
- 3 Excluso à feudi successione non exclu-
ditur ab alimentis de feudo.

- 4 Imperfectio triplex est, naturalis, acci-
dentalis, & legalis.
- 5 Imperfectus naturaliter, & per accidens
non amittit vitam, & militiam.
- 6 Clerico an debeatur vita, & militia.
- 7 Rebellis amittit vitam, & militiam, &
deciso refertur.
- 8 Secundogenitus non est verè creditor
feudi pro vita, & militia, sed illam
accipit de feudo ex munificètia Prin-
cipis.
- 9 Sententia, qua secundogenitus priuatur
vita, & militia, an debeat esse decla-
ratoria, remissuè.
- 10 Secundogenito rebeli, & postea resti-
tuto debetur vita, & militia.
- 11 Secundogenito rebeli, & postea indul-
tato non debetur vita, & militia de
præterito, sed futura debetur, & ra-
tiones adducuntur per Aff.
- 12 Secundogenitus foriudicatus (& confis-
catis bonis) an amittat vitam, &
militiam, distinguitur de Neapolita-
no, vel de extero.
- 13 Secundogenitus Neapolitanus foriudi-
catus non amittit vitam, & militiam,
& nu. 16. ad nu. 20.
- 14 Secundogenito extero foriudicato in
vita patris non confiscatur vita, &
militia debenda post mortem patris.
- 15 Secundogenitus exterius foriudicatus
post mortem patris non amittit vi-
tam, & militiam.
- 17 Foriudicatus in Regno nostro nõ amit-
tit feuda sua extrà Regnum nostrum.
- 18 Foriudicatio facta in Regno non exten-
ditur ad bona extrà Regnum, quod
intelligit in num. 19.
- 21 Vita, & militia non confiscatur, sed ac-
crescit primogenito, estamfi esset con-
fiscata in vita patris, & num. 22.

QVAESTIO. XII.

- 1 **E**T quia inter alias rationes,
propter quas vita, & militia
fuit introducta ad fauorem
secundogenitorum, fuerunt illæ po-
tiores, quia secundogenitus excludi-
tur à primogenito, tum etiam quia
secun-

secundogenitus tenetur seruire Domino feudi, & sic pro illo militare, *Gizmarell. decis. 37. num. 77.* propterea hæritationi locus est, si secundogenitus esset imperfectus, rebellis, vel aliàs incapax, ad eò vt non solum non succederet, sed non seruiret, an his casibus possit prætere vitam, & militiam, de quo dubitare videtur *Paris de Puteo de finib. feudor. cap. 40. nu. 3. 4. & seqq.*

- 2 Et primò, si secundogenitus esset imperfectus, tunc quia non ratione primogenituræ, sed ratione imperfectionis excluditur à feudo, ideò videtur dicendum, quòd neque debeat habere vitam, & militiam, vt dixit *Paris d. loco*, attamen quia ista exclusio non prouenit ex culpa sua, ideò debet habere alimenta, & sic vitam, & militiam, ita in puncto *Andr. de Ifern. in cap. 1. in fin. col. 2. tit. Episcop. vel Abb.* quem sequitur *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 1. in fine, & quæst. 4. num. 9. Nicol. Intrigiat. de feud. censur. 1. quæst. 57. num. 27. Garf. Mastrill. decis. 85. num. 10. & num. 34.*
- 3 dicens, quòd exclusio à feudo non excludit ab alimentis, & sic à vita, & militia, quod intellige

- 4 Primò, siue ista imperfectio sit naturalis, quia etsi excludatur à feudo, non excluditur, quia incapax aliquo vitio legali, prout est spurius, sed quia imperfectus, nam morbus, siue imperfectio impedit illum succedere, & seruire, non autem excludit illum à feudi successione, quia vt filius legitimus, & naturalis est iam comprehensus, & sic successibilis, sed propter imperfectionem est impeditus succedere, siue seruire, vt bene considerat *Mastrill. d. decis. 85. num. 34.* & est *tex. apertus in cap. 1. S. quin etiam, vers. mutus, tit. Episc. vel Abbatem,* cuius verba sunt hæc, *Mutus feudum reuocare non potest, scilicet, qui nullo modo loquitur, sed si feudum fuerit magnam, quo ei oblato se exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet, unde se-*

sustinere possit, de quo tex. vide cruditissimum, & doctissimum I. C. D. Antonium Manach. de refo feud. interpr. e. 57. papic. 1. nu. 6.

Secundò, siue etiam si talis imperfectio superuenerit, & sic accidentalis, vt quia ex post facto, siue ex accidenti fiat imperfectus, adhuc enim, debet habere vitam, & militiam, vt restatum reliquit *Paris de Puteo de finib. feud. cap. 40. num. 39.* allegans *Andr. de Ifern. in tit. an mutus, vel aliàs imperfectus, ex eadem ratione, quia impeditus seruire non est insuccessibilis, vt est spurius.*

- 6 Tertiò, si secundogenitus esset incapax, putà Clericus, vel alius, & tunc perquiras quæ dicemus infra quæst. 16.

- 7 Quartò, si secundogenitus esset ingratus Domino Regi, siue rebellis, vel commississet ingratitude, vel infidelitatem contra Dominum, ad eò vt feudo priuaretur, si ipse esset primogenitus succedens, vel si feudum possideret, quia tunc ex eadem causa ingratitude, siue infidelitate commissa per secundogenitum, debet ipse secundogenitus priuari vita, & militia, tâquam feudale debitum ex feudo ipso, & per consequens nec ei debetur vita, & militia, & ratio est in promptu, quia secundogeniti obine vitam, & militiam ex feudo ob munificentiam Principis, eiusque beneficio, vt toties diximus, meritò illa debent priuari, si abutuntur dicta munificentia Regis, ita ex *Andr. de Ifern. in Const. Comitibus, in principia* docet *Nicol. Ant. Gizarellus decis. 37. nu. 87. Franc. de Anic. de his, qui dare possunt, fol. 162. col. 1. in princip. & vide Regentem Reuerter. manuscript. decis. 5. 10. 2.* vbi in puncto, quam ponemus in calce huius nostri tractatus, nè tantus Author remaneat fraudatus præter morem nostrum, poteramus enim, eius rationes, & dicta hinc (tacito eius nomine) transcribere, quod perpetuò à nobis absuit, abest, & aberit, & ipsum

ipsum Reuenter. allegat *Vincens. de Franch. decis. 714. num. 1.* in qua decisione ponit casum; in quo secundogenitus, & primogenitus ob rebellionem fuerunt; nempe primogenitus priuatus feudo, & secundogenitus priuatus vita, & militia; verum postea fuit concessa generalis indulgentia rebellibus, cum restitutione bonorum, exceptis creditis, quæ Regia Curia debebat rebellibus, fuit dubitatum, an si Regia Curia esset vera debitor dicto secundogenito propter feudum de vita, & militia, & fuit resolutum ex *cap. Alienationis*

8 *actus* secundogenitum non esse verum creditorem, sed tantum habere hypothecariam actionem, ideoque gratiam Principis, tanquam quæ intelligi debet de vero creditore, non extendi ad hunc casum, & proinde soluendam esse vitam, & militiam secundogenito rebelli postmodum restituto, tam pro præterito, quam pro futuro tempore, quæ decisio processit nemine discrepante; de qua meminit *Thor. in compend. par. 1. in verbo vita, & militia, fol. 570. col. 1. Notar. collect. 107. num. 14. ad Prag.* Quæ sententia, ob quam secundogenitus priuatur vita, & militia, an debeat esse declaratoria? vide *Regentem Reuert. d. decis. 5.* quibus addo *Matth. de Assis. in Constit. Comitibus, num. 8. q. 5.*

10 docentem, quod secundogenito rebelli, & deinde restituto per Principem deberetur vita, & militia, tam de præterito, quam de futuro, ex autoritatibus etiam allegatis, & rationibus; quæ restitutio Principis trahitur etiam ad ius de præterito, vel alteri quaesitum, & *Assis.* sequitur *Io. Anton. de Nigris in d. cap. Alienationis*

11 *actus, sub num. 10. in addit.* secus autem docet ibi *Assis. num. 7. quest. 4.* si secundogenitus rebelis obtinisset indultum à Principe, hoc casu non recuperat vitam, & militiam, nec de præterito, nec de futuro, & *Assis.* sequitur *Io. Ant. Nigris d. loco.* Sed

Ego non assentior huic sententiæ quoad vitam, & militiam de futuro, licet assentiar quoad vitam, & militiam de præterito, quæ iam est amissa, sed quoad vitam, & militiam futuram dico, quod debeatur secundogenito, quia per indulgentiam Principis iam est aboletum crimen, & licet dicatur nouus homo, hoc intelligitur quoad delictum, sed semper fuit frater secundogenitus, & sic semper retinuit iura sanguinis naturalia, merito cum hodie sit frater secundogenitus, & habilis ad succedendum, & ad seruiendum propter indultum, debet omnia consequi, & sic vitam, & militiam, exemplo Solis, qui etsi sit sub nube, est tamen semper in suo splendore, sed splendor non potest videri ob nubem, qua sublata, apparet, & splendet, ita in hoc fratre rebelli, durante rebellionem, non apparet splendor meritorum, & sic ut possit munificentia Principis mereri, & sic vitam, & militiam potiri, quia priuatus est munificentia Regis, sed dum est indultus, tunc est aboletum crimen, & sic sublata nube, apparent, & splendent merita secundogeniti, merito debet consequi Regis munificentiam, & sic vitam, & militiam de futuro, eâ ratione, quia retinet iura naturalia fraternitatis, & dum est frater, merito debet alimentari, & sic debet habere vitam, & militiam. Cōsequitur et iura ciuilia; quia, aboletò crimine, fit aptus ad seruiendum Regi, merito debet habere militiam, tanquam habes requisita constitutionis, nempe secundogenitus, & aptus ad seruiendum Regi.

12 Quartus casus, quando secundogenitus esset foriudicatus an debebat habere vitam, & militiam? vel illa confiscaretur commodis Regij Fisci, stante sententia foriudicationis, per quam bona omnia foriudicati applicantur commodis Regij Fisci per *Constitutionem Bona foriudicatorum*, & distingue, aut sumus in Neapolitano, aut in extero, aut Regnicola. Primo casu in Neapolitano resoluti-
uè

uè respondeas, quòd ex quo bona
13 Neapolitanorum ex speciali gratia
cōcessa Neapolitanis per Reges no-
stri Regni non confiscantur per capi-
tal. Regi. Cathol. 14. in anno 1505. die
5. Octobris, Franc. decy, 102. P. And.
Molfes. ad Consuetud. Neapol. p. 4. de
success. ab intestat. quæst. 47. num. 15.
Ann. cons. 9. vol. 5. merito nec vita, &
militia debet confiscari.

Secundo casu, quando sumus in
extero; & tunc attendo statuto loco-
tum subdistingue duos casus, aut for-
iudicatio fit in vita patris, aut post
mortem patris.

14 Primo casu, quādo foriudicationis
sententia cō. amissione bonorum servata
forma statuti profertur in vita patris,
& tunc sumus in casu, an vita, & militia
debeat, & sic futura possit confiscari,
& in hoc resoluas, non posse confiscari,
ea ratione, quia siue consideremus
vitam, & militiam esse alimenta de-
bita secundogenito, tunc alimenta de-
benda, siue futura non possunt con-
fiscari, ut dixit Baldus in l. corruptionem,
C. de usufruct. Cavalcan. de usufruct.
multis. n. lict. sub. num. 238. vers.
alimenta verò, Aegid. Boss. de bonorum
publicat. num. 72. & in puncto 10. Pe-
trus Surd. de alimenta. tit. 2. quæst. 15.
num. 201. vers. & ex hoc, Masfrill. de-
cis. 165. num. 8. 9. & 10. merito nec
ipsa vita, & militia debet confiscari,
siue consideremus vitam, & militiam
esse idem, ac legitimam debi-
tam filio, in cuius locum successit
vita, & militia secundum opinionem
nonnullorum, de qua supra, & tunc
quia in vita patris non competit le-
gitima, merito non potest considerari
confiscatio, ita resoluas Masfrill. d. l. 10.
c. 2. num. 11. ad 16. siue consideremus
vitam, & militiam quòd successorie
loco portionis feudi, à qua per pri-
mogenitum excluditur, ut Nos aliàs
supra diximus, & tunc quia in vita
patris non datur successio, merito
nec datur confiscatio, quia essent bo-
na quæsitā post bannum, quæ nullo

modo possunt confiscari, Plot. con-
sil. 130. num. 1. cum seqq. hb. 1. crimin.
Guido Panciroli. consil. 163. Tiber. De-
cian. cons. 36. volum. 1. Bursat. cons. 43.
lib. 1. Peregrin. consil. 71. num. 2. vol. 1.
Masfrill. d. decis. 165. num. 31. vol. 1.

Secundo casu, quando foriudica-
15 tio fit post mortem patris, & tunc
subdistingue, aut sumus in extero, aut
in Regnicola.

16 In extero, & tunc nō pōt dari certā
regula, quia forma banniendi, & fori-
udicandi est diversa in diuersis Regnis,
& idē attendendā sūt statuta locorū,
nam in aliquibus locis habentur pro
mortuis, cum amissione bonorum, ad
exemplum nostrarum constitutionū,
& tunc decidendā est quæstio, ut non
confiscetur vita, & militia, ex dictis
per Masfrill. dicta decis. 165. & in ali-
quibus locis non publicantur bonā,
nec habentur pro mortuis, & tunc
non est dubitandum, quin non amit-
tatur, & de diuersitate statutorū cir-
cā bannitos Marc. Anton. Peregrin.
de iure ff. l. 3. tit. 7. de bannitis.

17 Aduertendo, quòd etsi per statuta
locorum confiscarentur bona banni-
ti, siue foriudicati, adhuc non debent
confiscari feuda antiqua, & feuda ex
pacto, & prouidentia, quando deli-
ctum non cōcerat personam Domini,
ita Abu. in l. ff. banniti, S. si de vecti-
galibus, num. 26. & seqq. ff. de damn. in-
fect. Iul. Clar. in S. feudum, quæst. 66.
Thesaur. decis. 167. num. 1. lo. Cannel.
in cap. si aliquem, in verbo annotanda,
num. 17. fol. 213. Molfes. d. loco, n. 16.

18 Tamen aduerte, quòd etsi feuda
essent extra Regnum nostrum, & va-
sallus esset foriudicatus in Regno
nostro, ut in hoc casu, foriudicatio fa-
cta in Regno non extendatur ad bo-
na sita extra Regnum, ita docet Pat.
Andr. Molfes. ad Consuet. Neapol. p. 4.
de success. ab intest. q. 47. num. 14. quod
secus esset, quando publicatio bono-
19 rum fieret secundum ius cōmune,
Romanorum, vel feudorum, quia ex
quo militat in omni loco, merito in
omni

omni loco quis inhabilitatur, ita *Io. Franc. de Pont. dec. 23.* & post alios allegatos ibi à *Molfesio.*

- 20 In Regnicola Neapolitano, & tunc quia ex forma Constitutionum Regni nostri tertia pars bonorum confiscatur, adhuc constanter concludas, non confiscari vitam, & militiam, tum quia vita, & militia iudicatur ut quid feudale, & feudalia non confiscantur, ut supra annuimus, tum etiam quia, etsi quod habetur pro mortuo, tamen illa annua præstatio, quæ vita, & militia dicitur, debet accrescere primogenito ob mortem secundogeniti, in cuius vita, extinguitur, *glas. in d. Comitibus, vers. prædicta, ubi And. de Isern. colum. 3. vers. item nunquid, & ibi Afflic. nu. 12. Io. And. de Georg. alleg. 21. nu. 43. Petr. de Greg. de vita, & militia, quest. 2. & Nos infra q. 44.* & sic non transmittitur ad hæredes, ut est Fiscus in hoc casu, qui est loco hæredis, *Mastrill. d. loco, num. 24.* tum tertio, quia ex quo vita, & militia finitur cum vita, & relictum annuum finiturum cum vita non confiscatur, ut tradit *Zuccard. consil. 57. num. 11. Mastrill. d. loco, num. 27.*
- 21 Concludas denique siue in Regno, siue extra Regnum, quod vita, & militia secundogeniti non confiscatur, sed accrescit primogenito, ex rationibus supra adductis, & per *Mastrillum d. decis. 165.*
- 22 Amplia, etsi dicatur vita, & militia fuisse constituta in vita patris, quia adhuc non esset confiscanda, ut tradit pro secundogenito *Mastrill. d. decis. 165. in fine.* Sin autem velis per multa perpendere circa amissionem vitæ, & militiæ præteream per Regium Fiscum, videas decisiones *Regent. Reuerterij* positas in calce nostri tractatus.



ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur filio secundogenito exheredato per patrem, dubitatur. De ingratitude contra patrem, vel contra Dominum feudi. De ingratitude contra patrem negant nonnulli, posse filium vita, & militia exheredari, quorum rationibus reiectis affirmatur, posse exheredari, sic etiam ingratus Domino priuatur vita, & militia, Et quid de ingratitude contra primogenitum, Et quid in sorore ingrata an priuatur paragio.

S. V. M. M. A. R. I. A.

- 1 Filius ingratus exheredatur de Iure Romanorum.
- 2 Secundogenitus ingratus an possit vita, & militia priuari, distinguitur de ingratitude contra patrem, vel contra Dominum feudi, & nu. seqq.
- 3 Secundogenitus ingratus patri an debeat priuari vita, & militia per exheredationem, controuertitur, & concluditur, quod est priuandus, num. 4. & seqq. nu. 6.
- 5 Exheredatio est prohibita in vita, & militia ob præiudicium Domini, à num. 10.
- 6 Secundogenito exheredato non debetur vita, & militia, & rationes afferuntur.
- 7 Secundogenitus ingratus patri priuatur beneficio Constitutionis Comitibus.
- 8 Secundogenitus ingratus, & exheredatus non succedit in feudo hereditario, nec ex pacto, & prouidentia.

- 9 Vita, & militia debetur filio ut filio.
 11 Filia hæredata per ingrati-
 tudinem amittit paragium.
 12 Frater ob ingrati-
 tudinem contra pri-
 mogenitum nõ priuatur vita, & mi-
 litia, sicut nec soror paragio.
 13 Limitatur, si vita, & militia detur in
 linea collateralis.
 14 Vita, & militia non potest grauari per
 patrem, sicut feudum.
 15 Penitentia filij, & gratum seruitium
 factum patri ante mortem, siue ante
 conditum testamentum, tollit ingra-
 titudinem.

QVÆSTIO. XIII.

1 **E**T si de iure communi Roma-
 norum filius ob ingrati-
 tudinem contra patrem commis-
 sam possit priuari hæreditate pater-
 na, ac etiam legitima ipsa, ut in *Auth.*
ut cum de appellat. cognosc. S. aliud quo-
que capitalium, tamen dubitatur, an se-
 cundogenitus ob eandem ingrati-
 tudinis causam, ex qua de Iure Roma-
 norum priuatur hæreditate, & legitima,
 2 possit etiam de iure feudorum priuari
 vita, & militia, quasi quod vita, & mi-
 litia successerit loco legitimæ filij
 debita de iure naturæ, secundum vnâ
 opinionem; de qua Nos supra q. 3.
Mastrill. decis. 85. num. 11.

Hæc quæstionem distingue in duo
 capita. Primum, aut quærimus de in-
 gratitudine commissa contra patrem,
 aut contra fratrem primogenitum.
 3 Primo capite *Camill. Salern. in addit.*
ad Consuet. In omnibus, sub tit. de alim.
præstand. in addit. ad d. Consuetudinem
 quærit, an pater possit exhæredare se-
 cundogenitum vita, & militia? quam
 quæstionem, licet dicat ipse, quod à ne-
 mine vidit tactâ, attamen ante ipsum
 tetigit *Petr. de Monteforte in Const. Co-*
mitib. n. 2. inter opera Barth. de Capua,
sub tit. de adiutor. pro milit. frat. & ante
ipsû videtur indicare And. de Iser.
in prin. d. Const. dñ quærit, quod om-
 nes, qui recipiunt alimenta, perdunt

illa propter ingrati-
 tudinem; quam
And. de Iser. conclusionē Petr. de Mon-
tes. intelligit ibi esse verâ in his, qui-
 bus debentur alimenta pro officio
 pietatis, prout est in patre.

Sed videtur, quod non debet pri-
 uari filius.

4 Primò, quia quæ obueniunt filijs à
 genere, debent illis remanere inco-
 lumia, l. 3. ff. de interd. & relegatis.

Secundò, quia vita, & militia debe-
 tur secundogenito non ea solû ratio-
 ne, quia filius, sed quia seruire tene-
 tur Domino, ut in præcedenti quæ-
 stione supra docuimus, *And. de Iser.*
in Const. Comitibus, in rubrica, in 1. le-
ctura, Aff. decis. 252. n. 15. vers. & pro-
*pterea ratio, &c. & sic licet ingrati-
 tudo, quæ est actus cõtra naturalē pi-*
 etatē possit tollere ipsam naturalē pi-
 etatē, & sic obligationē spectatam ad
 patrē de præstatis alimētis filio, tamē
 non debet tollere obligationem ser-
 uicij Domino, & sic exhæredatio li-
 cèt operetur in præiudicium filij, non
 debet operari in præiudicium Domi-
 ni, cui est ius quæsitum circa seruitiū,
 ergò videtur, quod non possit exhe-
 redari.

5 Tertiò, quia exhæredatio procedit
 de iure Digestorum, siue Autheticorum,
 per quæ iura fuit prouisum casibus
 succedendi in bonis allodialibus, ac
 casus vitæ, & militiæ considerari non
 potuit, quia *Cõst. Comitibus* fuit ema-
 nata tempore Friderici Regis, multò
 posteriùs, quàm leges Iustiniani, ergò
 non potest extendi ad hunc casum,
 maximè quia tractatur de priuatione
 iuris, meritò non debet fieri extensio
 de casu ad casum.

6 Sed his nõ obstâtibus, cõtrariū est
 verius, scilicet quod filius secundogenitus
 ingratus exhæredatus debet etiã pri-
 uari vita, & militia, quâ cõclusionem
 docuere *Camill. Salern. d. loco lit. B. vers.*
contrariū est verius, & ante ipsû Petr.
de Montef. d. loco, Aff. in cap. 1. S. præte-
tereà Ducatus, num. 52. de prohib. feud.
alien. per Frideric. Io. Petr. Surd. de ali-
 ment.

ment. tit. 7. q. 9. nu. 3. Nicol. Ant. GiZZarell. decis. 37. n. 39. in fine. & n. 87. Scip. Rouit. super Prag. 25. de feud. nu. 13. Nicol. Intrig. de foud. cent. 1. q. 67. nu. 33. Lelius Caput. ad Consuet. Neap. Si moriatur. p. 2. S. 2. n. 16. de success. ab intest. Didac. de Mari in addit. ad GiZZarell. d. decis. 37. num. 14. & ibi Ioseph Mele num. 21, & hanc sententiam fundant ex pluribus rationibus.

7 Primò, quia sicut alimenta ex iure naturali debetur filio ratione paternæ pietatis à patre, contrà quem committendo ingratitude, quæ est actus contrà naturale debitum, deficit paternæ pietas, meritò priuari debet hæreditate, ità à paritate rationis, quia vita, & militia debita filio ob benignitatem Constitutionis Regni, de bonis tamen feudalibus paternis, meritò quia provenit ex patre, debet filius ingratus priuari illa, tãtò magis quòd secundum vnã opinionem, de qua Nos supra, vita, & militia succedit loco alimentorum, hanc rationem habes ex *Pet. de Montef. d. loco, nu. 2. in fin. idẽ videtur annuere Andr. de Iser. in d. Comitibus* in primis verbis, dũ dicit, *omnes, qui alimenta accipiunt ab alijs, perdunt ea propter ingratitude, sicut in omni causa, in qua potest exhæredari, & hoc esse secundum dictum Andr. de Iser. ibi, refert GiZZarell. d. num. 87. in fine.*

8 Secundò *Camill. Salern. d. loco* adducit aliam rationem magis cõcludentẽ, quòd filius exhæredatus nõ succedit in feudo hæreditario, vt cõcludit *Iacob. de ArdiZon. in sum. tit. de success. feud. cap. 37. quest. 5.* quinimò, quòd fortius est, nec succedit in feudo ex pacto, & prouidentia, ita *Andr. de Iser. in cap. primo, in princip. vers. scil. lex enim, de success. feud.* ergò idem est dicendum in vita, & militia, quæ iudicatur vt feudum, *Petr. de Gregor. d. q. 4. nu. 10.* subditq; *Camill. Salern. ibi,* quòd ipse non videt, quare in isto victu, quam vitã, & militiam appellant, non possit filius exhæreda-

ri, GiZZarell. d. loco, n. 39. & 40.

- 9 Quæ vita, & militia debetur filio vt filio, vt dico *q. 7. nu. 10.* & sic quia vti filius ingratus potest ex causis exhæredari, ergò idem dicendum in vita, & militia, vt possit filius ingratus illa priuari per exhæredationẽ à patre factam, quam rationem considerat idem *Camill. Salern. d. loco, lit. D.* filius enim ingratus non meretur nomen filij, nec paternam affectionem.
- 10 Contraria non obstant, ea ratione, quia ingratitude filij est vitium tollens naturalem patris obligationem, & sic quia filius ingratus priuatur successione feudi, meritò dum non posset succedere, & sic priuatus, non potest considerari ratio exclusionis à feudo ob existentiam primogeniti, dum ab illo feudo seipsum exclusit ob ingratitude, Nec pariter obstat ratio illa, quia vita, & militia præstatur, vt secundogenitus seruiat, nam dicta ratio non est ratio principalis inductiua vitæ, & militiæ, sed principalis ratio est ipsa exclusio à feudo, & eius causa æquitas, vt secundogenitus viuat condignè, quæ exclusio, & æquitatis naturalis ratio vti principaliter considerata occupat minùs principalem, cùm etsi secundogenitus teneatur seruire, tamen tenetur seruire ad expensas primogeniti, *Bammacor. in cap. qui Clericus, nu. 185. si de feud. defuncti,* cùm omnia onera ad primogenitum, tantoque magis, nè formetur diuersa, decisio in eadem causa, & cum ratione, nempè si primogenitus ob ingratitude potest feudo priuari à patre, ergò idem in secundogenito, vt ipse propter ingratitude debeat priuari vita, & militia, cum par ratio militet in vtroque, ita considerat post alios *Petrus de Greg. d. loco, nu. 9. circa medium.*
- 11 Amplia supradictam cõclusionem ex identitate rationis procedere etiã in filia femina, vt propter ingratitude commissam contra patrem, possit

possit priuari dote de paragio, ita resoluit *Lelius Caput. ad Consuet. Neapol. Si mariatur, p. 2. quæst. 2. nam. 18. & 20. Nicol. Euerard. in topic. loco 29. ab alimentis ad dotem, versic. & gratia exempli.*

12. Eandemque conclusionem ex disparitate rationis limita non procedere, vt secundogenitus siue masculus, siue femina non possit priuari vita, & militia, siue paragio ob ingratitudinem commissam contra primogenitum, quia ratio, quæ militat in patre, quæ est, quòd idè in dicto casu priuatur, quia feudum, siue vita, & militia procedunt ab ipso patre, & idè priuare potest, at secus est in ipso fratre, quia ex quo bona non procedunt ab ipso, meritò dum considerari non potest ingratitudo, nec potest pariter considerari priuationis causa, ita *Petr. de Monteforte in d. Constit. Comitibus, quem sequitur Nicol. Ant. Gizzarell. d. decis. 37. nu. 39. & seq. Lelius Caputus d. loco, nu. 16. in fin.* quia in actibus priuatiuis non fit ex-

13. tensio. Sublimitat tamen ibi *Gizzarell. n. 40.* dicens, posse dari casum in fratre cum eadem ratione, quæ in patre, puta si vita, & militia daretur in linea collateralis, vt si primogenitus teneretur dare secundogenito vitæ, & militiã, tunc quia de suo daret, meritò secundogenitus ingratus debet priuari dicta annua præstatione, exèplo donantis, & donatarij, donatarius ingratus cõtrà donantè priuatur donatione, & allegat *Lallum de Tuscia in d. Constitut. & Paridem de Pusco in cap. antepenult. incip. Nunc videndum, de finib. feud.*

14. Sed an pater possit grauare secundogenitum super ipsa vita, & militia, sicut potest grauare primogenitum super feudo? Respondeas, quòd non ex pluribus rationibus.

Primò, quia secundogenito iã à feudi successione excluso nõ debet alia superaddi exclusio, & sic afflictio non est addenda afflictio.

Secundò, quia vita, & militia sunt alimèta debita filio vt filio, & etiã expensæ debitæ ex munificentia Regis meritò nullum debet sentire grauamè.

Tertiò, si admitteremus illam opinionem, quòd vita, & militia successit loco legitimæ, tunc non debet sentire grauamen.

Quartò, quia vita, & militia semper, & vt plurimum est parua quãtitas, meritò amplius non debet reduci ad nihilum propter grauamen.

15. Quæ omnia declarantur cessare, si cessauerit ingratitudo filij, vel filie, vt puta, Primò, si filius penitentiam egerit viuo patre, vel ante conditum testamentum, tunc non potest exheredari, ita ex *Alex. in l. 1. col. 17. ff. sol. matrim. docet Barthol. Cassan. ad Consuet. Burgund. tit. des successions, in verbo si nõ per acunes, n. 21. rub. 7. S. 1.* Secundò, si fecerit gratum seruitium patri, qui illud receperit, & est ratio in utroque casu, quia dicitur inducta reconciliatio, quæ tollit ingratitudinem, *Bald. in l. fratres, C. de inoff. testam. l. 1. in l. ex hoc iure, in fin. ff. de iust. & iur. Cassan. d. loco, nu. 22. Matth. de Affl. in Constit. Regni incip. Generalia iura, notab. 5. sub nu. 7. tit. vt Vniuersitas accusata, &c.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeat filio secundogenito diuiti, vel qui habet, vt aliundè se alat, & concluditur, quòd debetur, etiã si esset ditissimus, vel aliquis reditus à primogenito fuisset illi procuratus, & ponderatur ratio debendæ vitæ, et militiæ, exclusio à feudi successione, et munificentia Regis.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenitus etiam si habet, vnde se alere possit, consequitur vitam, & militiam, & à nu. 2. & seqq.
- 3 Secundogenitus etiam diuissimus debet habere vitam, & militiam.
- 4 Vita, & militia præstatio non est fundata super egestate alimentorum, sed super exclusione à feudi successione.
- 5 Vita, & militia præstatur secundogenitis beneficio Constitutionis, & munificentia Regis.
- 6 Vita, & militia an debeatur si primogenitus procurasset secundogenito aliquem redditum, ex quo vivere possit.

QVAESTIO. XIV.

- F**uit quandoque dubitatum ex quo vita, & militia debita secundogenitis ex feudo vigore Constitutionis Comitibus debetur vita eorum durante pro eorum sustentamento, adeò vt alimenta dici possint secundum vnã opinionem, de qua *Minad. cons. 1. nu. 67. & Gizzarell. decis. 36.* vt Nos supra q. 3. quæ vita, & militia extinguitur cū vita secundogeniti, adeò vt eo mortuo amplius nõ debetur, quid si secundogenitus sit diues, adeò vt habeat, vnde se alat, an possit prætere vitam, & militiam à primogenito? & sic an primogenitus teneatur præstare vitam, & militiam secundogenito diuiti, qui habeat vnde se alat? & videbatur negatiuè concludendum ex ratione modò dicta, vt tenet *Molfes. ad Consuetud. Neapol. p. 4. de success. ab intest. quæst. 24. nu. 8.*
- 2 Attamen contrarium est receptum per Regni Sapientes, vt primogenitus teneatur præstare vitam, & militiam fratri secundogenito diuiti, qui habeat, vnde se alat, quàm sententiam docuere *Andr. de Ifern. in Constit. Comitibus, tam in 1. quàm in 2. le-*

flura. & ibi Ass. vers. pro ista parte. Paris de Puteo de re integrat. feud. tit. de finibus feud. cap. 40. nu. 25. & nu. 28. lo. Thom. Minad. consil. 1. num. 67. in fine, dicens, deberi etiam si esset diuissimus, Octavius Bammacar. in cap. qui Clericus num. 203. in fine, si de feud. defunct. Petr. de Gregor. de vita, & militia. quæst. 4. num. 5. in fine, versicul. 3. amplio, D. Garf. Mastrell. decis. 85. num. 20. Guglielm. à Perno consil. feudat. 11. num. 10. Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 57. num. 20. Paul. Starban. consil. 2. num. 4. Camill. Borrell. in summ. decis. par. 1. titul. 40. num. 15. Merlin. de legitima, quæst. 4. num. 9.

- 4 Rationem assignant, quia præstatio vitæ, & militiæ non est fundata super egestate alimentorum, sed principaliter super exclusione à successione feudi ob existentiam primogeniti, vt habetur in dicta Constitutione Comitibus, Nos supra quæst. 1. & 2. ita docent *Paris de Puteo dicto loco, num. 28. circa medium, Gulielm. à Perno dicto loco, num. 10. D. Garf. Mastrell. dicta decis. 85. sub num. 20. circa medium, & in addition. ad Petrum de Gregor. de vita, & militia. quæst. 4. in verbo locuples.* Alia ratio, quia vita, & militia debetur secundogenito beneficio Constitutionis Comitibus, ex munificentia Regis, & sic ex dispositione legis, quo casu etiam si aliunde se alere possit, adhuc petere potest alimenta debita ex dispositione legis, ita *Andr. Tiraquell. in his terminis de iure primogen. q. 75. num. 4. lo. Petrus Sura. de aliment. titul. 7. quæst. 15. num. 22. cum seqq.* & sic data exclusione secundogenitorum à feudi successione per existentiam primogeniti, statim beneficio Constitutionis Regni Comitibus acquiritur ius secundogenitis petendi vitam, & militiam, nulla habita ratione, an sit diues, vel an habeat, vnde se alat, cū ob ipsam solam exclusionem secundogeniti à feudo Constitutio tribuat

tribuat illi ius ad vitam, & militiam consequendam.

- 6 Aduertit tamé. *Mofes. d. loco*, quòd si primogenitus procurasset ad fauorem secundogeniti aliquem redditum, ex quo commodè posset viuere, vt tunc non teneatur ad vitam, & militiam, allegat *Bald in l. 1. §. sed scimus, C. de latin. libert. tollend. & Alex. in l. alimenta, C. de negot. gestis, & Carzu. in addit. ad Afflic. decis. 138. vide la. Bapt. Thor. in Compend. par. 3. sect. 3. in verbo vita, & militia.*

to factò ad fauorem secundogeniti, quando hoc expressè à patre fuit dictum, & decisio refertur.

- 4 Patris voluntas, quòd legatum compensetur cum vita, & militia, potest esse tacita, & expressa, remissiuè.
- 5 Vita, & militia an debeatur secundogenito, cui pater simpliciter legauit aliquam quantitatem, referuntur duæ opinioniones, & nu. 6. & 7.
- 7 Debitum legale compensatur cum legato.
- 8 Legatum relictum creditori compensatur cum debito.
- 9 Debitum, & legatum compensantur, quando ambo sunt in quantitate, scilicet quando vnum in quantitate, & aliud in specie.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur secundogenito, cui pater reliquit aliquam quantitatem, et quantitas relicta an cõpensetur cū illa. Duæ opinioniones referuntur, quando de cõpensatione expressa, et tacita agitur. Et quando legatum, et debitum cõpensantur, varij casus ponuntur, et demum circa vitam, et militiam compensandam, adhibito distinctionis fœdere noua proponitur sententia, et quid in donatione, vel legato feudi.

- 10 Debitum, & legatum confunduntur, quando utrunque eodem tempore venit extinguendum, scilicet quando non extinguuntur eodem tempore.
- 11 Debitum ex vna parte purum, & ex alia conditionatum, vel in diem, non compensatur.
- 12 Debitum compensatur cum legato, quando debitum est debitum à testatore, scilicet quando debitum est ab heredem, & n. 13.
- 13 Vita, & militia non compensatur cum legato simpliciter factò à patre, & ratio ponitur, quia debetur à successore in feudo, non autem à patre, à nu. 14.
- 15 Vita, & militia an, & quando debeat compensari cum legato factò à patre, refertur noua opinio cum fœdere distinctionis, & concordantur *Aff. & Fab. de Anna vsq; ad nu. 17.*
- 16 Vita, & militia introitus possunt videri.
- 17 Legatum factum secundogenito, si est sufficiens ad viuendum, considerata qualitate personarum, & quantitate bonorum feudaliū, & allodialium, compensatur cum vita, & militia, scilicet si non sufficit.

SUMMARI A.

- 1 Vita, & militia an debeatur secundogenito, non obstante quòd pater ei reliquisset aliquam quantitatem, & distinguitur.
- 2 Legatum factum secundogenito an compensetur cum vita, & militia, & distinguitur.
- 3 Vita, & militia compensatur cum legato factò ad fauorem secundogeniti, quando hoc expressè à patre fuit dictum, & decisio refertur.
- 4 Patris voluntas, quòd legatum compensetur cum vita, & militia, potest esse tacita, & expressa, remissiuè.
- 5 Vita, & militia an debeatur secundogenito, cui pater simpliciter legauit aliquam quantitatem, referuntur duæ opinioniones, & nu. 6. & 7.
- 7 Debitum legale compensatur cum legato.
- 8 Legatum relictum creditori compensatur cum debito.
- 9 Debitum, & legatum compensantur, quando ambo sunt in quantitate, scilicet quando vnum in quantitate, & aliud in specie.
- 10 Debitum, & legatum confunduntur, quando utrunque eodem tempore venit extinguendum, scilicet quando non extinguuntur eodem tempore.
- 11 Debitum ex vna parte purum, & ex alia conditionatum, vel in diem, non compensatur.
- 12 Debitum compensatur cum legato, quando debitum est debitum à testatore, scilicet quando debitum est ab heredem, & n. 13.
- 13 Vita, & militia non compensatur cum legato simpliciter factò à patre, & ratio ponitur, quia debetur à successore in feudo, non autem à patre, à nu. 14.
- 15 Vita, & militia an, & quando debeat compensari cum legato factò à patre, refertur noua opinio cum fœdere distinctionis, & concordantur *Aff. & Fab. de Anna vsq; ad nu. 17.*
- 16 Vita, & militia introitus possunt videri.
- 17 Legatum factum secundogenito, si est sufficiens ad viuendum, considerata qualitate personarum, & quantitate bonorum feudaliū, & allodialium, compensatur cum vita, & militia, scilicet si non sufficit.
- 18 Legatum siue sit feudum, siue allodium non interest ad inducendam compensationem.
- 19 Donatio facta secundogenito in vita non compensatur cū vita, & militia.
- 20 Vita, & militia non compensatur cum allodialibus à secundogenito habitis.

QVAESTIO. XV.

EX dictis in precedenti quaestione inferitur ad aliã quaestionem; quid si pater feudum reliquisset primogenito, & postea legasset secundogenito aliquam certam quantitatem pro vna vice tantum, an hoc casu possit secundogenitus petere vitam, & militiam, nõ obstante dicto legato, vel an dictum legatum compensetur cum ipsa vita, & militia, adeò vt illam non possit petere, vel petere supplementum vitae, & militiae, quatenus ad illam non ascenderet legatum praedictum?

In quo articulo considerandi sunt plures casus.

Primus, quando testator expressè mandauit, vt secundogenitus contentus dicto legato, nil amplius possit petere.

Secundus casus, quando nil dixerit, sed simpliciter fecit legatum.

Tertius casus, quando ex mente, & verbis possit elici animus compensandi legatum, vel non cum vita, & militia.

Ad primum casum, iam fuit decisa quaestio in fauorem primogeniti in causa Magni Comestabuli Columnae in eius fauorem contra Eminentissimum Cardinalem eius fratrem, petentem vitam, & militiam, non obstante quòd pater in testamento legasset ei certam quantitatem, in qua causa scripsit *D. Fabius Fata*, visis tamen scriptis per *D. Ostauium Bamacarium* in dicta causa factis, vt ipse *Bamacarius* dicit in *cap. qui Clericus, quaest. 10. num. 212.* dicens, quòd relata causa in Collaterali die 11. mensis Iulij 1600. coràm Excellētissimo

Prorege, iunctis, Aulis fuit absolutus conuentus à praestatione vitae, & militiae petita per Eminentissimum Cardinalem Columna, in qua causa etiam testatoris prohibitio cõcurrebat, ne aliquid super feudis Regni Cardinalis ipse peteret à Magno

Comestabulo, vt refert etiam *Fabius de Anna conf. 120. num. 1. vers. tertium*, quòd Cardinalis Ascanius fuit prohibitus illam petere virtute testamenti Marci Antonij Columnae, & inferrius *num. 45.* ponit decisionem relata à dicto *Bamacario*, de qua decisione meminit etiam *Io. Baptista Tbor. in prima parte compend. in verbo vita, & militia an debeat fratri secundogenito*, ita videtur tenere *Matth. Afflicti. d. decis. 128. in fine.* dicens, nisi fuisset expressè relictum dictum feudum in compensatione vitae, & militiae sibi debita super feudis antiquis, *Iacob. Menoch. inter consil. d. Fab. de Anna consil. 121. num. 6. vol. 1.* vbi testatur de voluntate patris dicti Cardinalis dicentis: *Nolo, quòd de bonis meis Regni Neapolitani amplius petere possit*, quam voluntatem approbavit dictus Cardinalis Ascanius, dũ nulla protestatione praemissa, acceptauit legatum patris, hanc eandem sententiam videtur tenere *Nicol. Intrigli. de feud. cent. 1. quaest. 57. num. 35. & decis. Sicilia 68.* Quae voluntas patris mandantis, legatum compensari cum vita, & militia, sicut potest esse expressa, ita etiam potest elici ex verbis testamenti, siue dispositione, de quibus coniecturis late *Afflicti. decis. 138. Fab. de Ann. conf. 120. per totum, lib. 2.* latissime *Iacob. Menoch. inter consil. d. Fab. de Anna*, quod est *conf. 121. lib. 2. Tiraquell. de primogen. quaest. 75. Io. Petr. Surd. de alimen. tit. 7. quaest. 15. cum seqq. Io. Anton. Lanar. consil. 33. num. 13. Io. Andr. de Georg. allegat. 9. num. 36. Mastrill. decis. 185. num. 14. & seqq. caeterique passim*, quos allegat idem *Anna, & Menoch.* locis allegatis.

Secundo casu principali, quando pater simpliciter nulla facta prohibitione petendi vitam, & militiam donauit, vel legauit aliquam quantitatem secundogenito, an hoc casu primogenitus possit praeterdere compensationem, & sic excludere secundoge-

dogenitum à vita, & militia.

Hæc quæstio torfit Prudentes Regni, & in duas sese diuiserunt sententias.

- 6 Vna est opinio eorū, qui dixerunt, quòd vita, & militia cōpensetur cum ipso legato, vel donatione, quam opinionem defendit *Fab. de Anna dicto consil. 121. à num. 1. cum seqq.* & licet *Jacob. Menoch. in suo consil. impresso post cōs. 120. Fab. de Anna* dicat, quòd * fuit decisum in fauorem suarum allegationum, tamen est aduertendum, quòd articulus prædictus non fuit decisus in generali, & simpliciter, & absolute ex rationibus per eum adductis, sed fuit decisus contra secundogenitum, non ex illis solis rationibus adductis in simplici articulo, sed facto legato simpliciter indueatur compensatio, sed fuit decisus contra secundogenitum, ex illa etiam ratione, quia testator prohibuit, quòd secundogenitus nil amplius peteret, ve aduertit idem *Fabius de Ann. in dicta consil. in 3. puncto*, & ita etiam aduertit *Bammacar. loco supra allegato*, & *Menoch. d. consil. 121.* & Nos supra aduertimus, & ita etiam esse de iure censuit idem *Afflic. d. decis. 138. in fine*, & ante istos videtur etiam tenere hanc opinionem *Gulielm. à Perno consil. 11. num. 12.*

Eorum namq; præcipua fundamenta in simplici articulo sunt sequentia.

- 7 Primò admittunt, quòd vita, & militia subrogata sit loco legitimæ debitæ de iure naturæ filijs, & sic cum sit debitum legale ipsa vita, & militia ex *Constitut. Comitibus*, meritò uti subrogata loco legitimæ debet compensari cum ipso legato, sicut ipsa legitima, ex *tex. in l. omnimodò S. impulari, & l. quoniam nouella*, vbi *Bart. num. 10. C. de inoffic. testam.* cum concordantibus allegatis tam per *d. Fab. de Ann. d. consil. 120. num. 10.* quam per *Menoch. d. loco, num. 11. & 12.*

- 8 Secundum principale fundamentum est, quòd legatum à testatore re-

lictum suo creditori, quādo debitum est necessarium, & legale, compensatur cum legato prædicto, ex *tex. in l. si cum dotem, S. si pater, ff. solut. matrimo inforondo*, ve legatum à liberto relicto patrōno suo, & à marito relicto uxori inopi, & ab uxore relicto marito, cui aliquid ex dote deberet vigore statuti cōpensetur cum ipso debito legali, nempe cum alimentis, cum quarta, & cum parte vigore statuti debita.

Sed ista fundamenta videntur infirmiora, ita etiam infirmior est opinio *d. Fab. de Ann. & meritò Jacob. Menoch.* non ijs nititur fundamentis, quibus *Fab. de Anna*, sed statim in solido paternæ prohibitionis fundamento se innititur, siquidem quòd vita, & militia (ve ait *Fab. de Anna*) sit subrogata loco legitimæ, non est tutum, ve Nos docuimus supra *quæst. 3.* meritò maiore argumenti non existente vera, non potest deduci consequentia, & ideo *Menoch.* videns scopulum, semper innititur in ipsa paternæ prohibitione.

Ad secundum principale fundamentum, & si regula generalis sit vera, tamen nonnullas paritur restrictiones, quæ faciunt ad casum nostrum, pro secundogenito contra primogenitum, quando sumus in simplici articulo, nulla existente testatoris prohibitione.

- 9 Prima limitatio procedit, quando tam debitum, quam legatum sunt in quantitate, sed quando debitum est in specie, & legatum est in quantitate, vel è contra, non præsumitur animus compensandi, ita docet *Barthol. Angel. Paul. Castr.* & alij in *d. l. si cum dotem, S. si pater, ff. sol. matrimo.* probatur in *l. si pater, S. filia, ff. de collat. dot. Bal. consil. 58. n. 2. vol. .* & hanc esse communem testatur *Petr. Philipp. Corneus consil. 257. num. 2. vol. 1.* & ab illa non esse recedendum in iudicando dicit *Socii. consil. 97. num. 23. lib. 1.* vbi dicit, à celeberrimis Doctoribus sic fuisse responsum, nec esse ab opinio-

nione tantorum virorum in iudican-
do, & consulendo recedendum, sequi-
tur *Didacus Couarr. in rep. cap. officij,*
num. 2. de testam. Mantis. de coniectur.
ultim. volunt. lib. 1. tit. 3. nu. 8. Iacob.
Mench. de presump. lib. 4. cap. 109.
num. 31. & 37. sed portio hereditaria,
sive legitima, quæ debetur secundo-
genito super bonis paternis: allodia-
libus, debetur in corporibus, quia su-
per quolibet corpore hereditario, si-
ue super quolibet cespite debetur le-
gitima, & ipsa bona hereditaria allo-
dialia sunt diuidenda æqualiter inter
filios tam ab intestato, quam etiã ex
dispositione patris, qui omnes equali-
ter, & vniuersales heredes instituit
in allodijs, ergò prælegatum quanti-
tatis, seu pecuniæ non debet præsu-
mi factum animo compensandi cum
speciebus debitis secundogenito.

- 10 Secunda limitatio ad regulã præ-
dictã est, vt procedat in legato, quod
est extinguendum eodem tempore,
quo debitum etiam potest exigi, sed
quando debitum non est purum, &
liquidum, nec pro vna vice, sed in
pluribus vicibus, & singulis annis de-
betur, tunc eo casu legatum subse-
quens non soluendum vna vice, non
censetur factum animo compensan-
di cum debito, quod non vna vice,
nec purè, sed singulis annis, & donec
vixerit secundogenitus debetur, imò
sub illa originali conditione, si in bel-
lo in casu necessitatis seruiert, dum
vita, & militia datur, vt viuat, & vt
seruiat in militia, *Mantis. d. loco, nu. 9.*
post *Socin. conf. 93. nu. 23. vers. præte-
rã illa materia, volum. 1.* quia ante
euertum conditionis debitum neces-
sarium nullum est, inquit *Socin.* alle-
gando *tex. in l. quoties, ff. de verb. obli-
gat. & l. sedere diem, eod. tit.* Et quando
ex vna parte est debitum in diem, &
ex alia purum, non cadit compensa-
tio, *l. qui in diem, ff. de compensationi-
bus, & l. quacunque, ff. eodem,* sed de-
bitum vitæ, & militiæ non est purum,
sed in diem, & donec vixerit secun-

dogenitus, & non vno anno, & vna
vice, sed singulis, & pluribus annis,
donec vixerit debetur, ergò legatum
purum factum à patre non præsumi-
tur animo compensandi cum debito
in diem, & itidem conditionali, quia
debetur vitæ, & militia ex dicta lege
Constitutionis Comitibus, vt secundo-
genitus viuat, & militet in casu belli
(vt Nos toties diximus) cum equis, &
armis primogeniti, ergò legatum pu-
rum non potest, nec debet compen-
sari cum debito conditionali, nec ita
factum præsumitur.

- 12 Tertia est notabilissima limitatio
ad dictam regulam, vt illa procedat
in debito necessario per ipsum testa-
torem necessitate legis, vel statuti, se-
cùs si deberetur ab eius hærede, vel
alio tertio causam habente ab ipso
testatore necessitate legis, quo casu
legatum ipsius testatoris non cense-
tur factum animo compensandi cum
debito soluendo ab eius hærede, vel
à tertio causam habente ab ipso te-
statore, *text.* est notabilis ad casum
nostrum in *cap. officij,* ibi, *quod si eam
ipsi absolute, de testamentis,* & ibi hoc
notat *Anton. de Butrio, num. 7.* & post
Goffredum, Federicum de Senis, & anti-
quos ibidem ad partes disputat, &
confirmat *Imola num. 10 & 11. vers.
extrã glos. potest opponi,* sequitur *Alex.
in l. si cum dotem, S. si pater, num. 4. ver-
sic. hoc tamen limitat Anton. de Butr. ff.
solut. matrim. cæterique passim, Iacob.
Mench. de presump. lib. 4. presump.
109. num. 56. 60. ad 62.* At vita, & mi-
litia est huiusmodi, quia debetur vi-
gore statuti, seu *Constitutionis Regni
Comitibus* ab ipso primogenito suc-
cessore in feudis ex ratione præla-
tionis in succedendo in feudis, à qui-
bus excluditur secundogenitus, & sic
vita, & militia non debetur ab ipso
testatore, qui in vita nõ tenetur præ-
stare vitam, & militiam filijs secun-
dogenitis, sed omnibus tenetur præ-
stare alimenta de iure naturæ debita,
ergò legatum prædictum in dubio
non

non censetur factum animo compensandi cum vita, & militia tanquam non debita ab ipso testatore, sed debita ab ipso primogenito ex necessitate legis, siue statuti, vt considerat *Tiraquell. de iure primogen. quæst. 65. num. 3. in fine*, dicens, quod ex quo vita, & militia debetur à primogenito, ideoque cessat disputatio, an compensetur.

14 Ex quibus remanet firmata alia opinio, quod compensatio non inducatur, in quam inclinauit *Affl. d. decis. 138. num. 4. vers. in secundo dubio*, quidquid ibi dicat *Cesar Ursill. &* hanc sententiam tenet *Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 35. & decis. Siciliae 68. Reg. Rouit. in Pragm. 25. de feud. num. 9. & 16.* & ante istos docuerunt *Tiraquell. & Io. Petrus Surdus* locis allegatis, *Muta in cap. Regni Siciliae 33. num. 188. tom. 1.*

15 Tertia principalis, & noua opinio in hoc articulo proponitur cum fœdere distinctionis, concordando opinionem *Affl. 7.* cum opinione *Fab. de Ann.* & erit resolutio tertij casus à nobis supra propositi, quæ opinio vt æqua, ita etiam relinquatur arbitrio discreti, & circumspècti Iudicis, qui considerata quantitate patrimonij, qualitate personarum, ac etiam considerata quãtitate legata, an sufficiat, si, vel nẽ pro secũdogenito, sic distinguendo arbitrari poterit.

16 Sed primò suppono, quod annua præstatio pro vita, & militia recipit æstimationem in capitali, siquidem illa liquidata, & habito respectu ad annuam quantitatem, qua solent redimi debita vitalitia, & habita ratione de tempore vitæ, quam viuere potest secundogenitus, potest æstimari dicta vita, & militia in quantitate capitalis vnica vice debendi, vt dicemus infra q. 40.

Secundò suppono, quod vita, & militia datur secundogenito, vt viuat iuxta dignitatem familiæ, & quantitatem feudi, vt toties diximus, ideo distinguere.

17 Aut quantitas secũdogenito à patre relicta, habito respectu ad patrimonium tam feudale, quàm allodialè ascendit, siue æquiualeat quãtitem, quæ forsan deberetur pro legitima, siue pro vita, & militia æstimata in capitali, vel quia secũdogenitus potest condignè viuere, & tunc nẽ depauperetur primogenitus, dicerem, quod procederet opinio *Fab. de Anna*, vt compensetur legatum cum vita, & militia.

Aut quantitas legata, vt supra habito respectu ad supradictas considerationes, non ascendit ad quantitatem, quæ forsan deberetur pro legitima, siue pro vita, & militia æstimata, vt supra, vel non posset condignè viuere, & tunc crederem, quod procedat opinio *Affl. 7.*, quod non compensetur. Ista opinio mihi videretur æqua.

Sed adhuc cõtrà eam obstat, quod vita, & militia debetur ex feudilibus, & forsan fatius esset secundogenito habere illam annuam quantitatem, & non capitale prædictum, volui hanc opinionem, & considerationem ponere, ad finem vt circumspèctus Iudex consideratis omnibus in iure, & in factò, decernat quod sibi iustum, & congruum videbitur, & interea recurre ad ea, quæ diximus de *iure adoba q. 36. cum seqq.*

Declaranda tamen sunt supradicta, &

18 Declara primò procedere in quolibet legato, vt supra docuimus, etiã si esset feudum legatum, ita *Affl. d. decis. 138. num. 4. in 2. dubio, Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. nu. 10. Nicolaus Intrigl. de feud. cent. 1. q. 57. num. 35. Rouit. super Pragmaticis. 25. de feud. n. 16.*

19 Declara secundò, vt quæ diximus de compensatione facienda in casibus supradictis in legato, non procedant in donatione, vtputà si pater donasset feudum, vel aliam quantitatem, siue rem secũdogenito in eius vita,

vita, prout sic docent *Vrsill. d. decis. 138. num. 5. vers. quod secus esset in donatione, Io. Andr. de Georgio allegat. 9. num. 35.*

- 20 Declara tertio procedere etiam si secundogenitus haberet à patre allodialia, ut non inducatur compensatio, nisi expressè dicatur per patrè, ut compensentur, ita ex supradictis Doctoribus docent *Vrsill. ad Affl. decis. 138. Tiraq. de iure primogen. q. 75. num. 8. Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 4. in verbo *fratribus, in fine, dicens, quòd ipse audiuit sic fuisse decisum in Regno Siciliae, Iul. Casar Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. num. 36. & videtur sentire D. Garf. Mastrill. decis. 200. in fine in paraggio, & nouissimè Ioseph. Mele ad Gizzarell. decis. 37. num. 19. vers. & an debeat vita, & militia secundogenito habenti allodialia, & Nos. de iure adobe, quast. 26. nu. 25.*

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an debeat secundogenito Clerico, variæ, et confusæ referuntur Doctorum sententiæ. *Paris de Puteo* cum suis sequacibus confundens alimenta cum vita, et militia, declaratur, distinguitur, et concordantur. Vita, et militia cõsiderata ut quid feudale non debetur Clericis, secus ut portio fructuum feudi, qui ut non feudales debentur Clericis, et de rigore iuris, et de æquitate, et quid in Regno nostro seruatur, & quid extrà Re-

gnum, & vitam, et militiam, et alimenta æquiocè accipi non mutata eorum substantia, demonstratur. Et quid in Religioso, vel Cardinali, vel Papa.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenitus Clericus an debeat habere vitam, & militiam, fuit confusè agitatum, & num. 2.
- 2 Paris de Puteo loquens de vita, & militia debenda Clericis confundit alimenta cum vita, & militia.
- 3 Clericus secundogenitus licet inhabilis ad seruitium feudale, tamen non est inhabilis ad comedendum de fructibus feudi.
- 4 Constitutio Comitibus loquitur de militia simpliciter, non autem de alimentis, & sic de vita.
- 5 Vita, & militia, & pro ea alimenta ex Constitutione Comitibus dantur filiis ut militibus.
- 6 Paris de Puteo circa rationem vita, & militia assignanda secundogenitis Clericis notatur, & num. seqq.
- 7 Paris de Puteo sententia de debenda vita, & militia secundogenitis Clericis, intelligitur de alimentis debitis de iure communi, & nu. 8.
- 9 Matthæus de Afflict. circa vitam, & militiam debendam Clericis diuersimodè, & confusè loquutus fuit, & nu. seq. & 12.
- 10 Matthæus de Afflict. dicens, vitam, & militiam deberi de iure natura, notatur.
- 11 Vita, & militia præstatio continet contractum, do, ut facias.
- 13 Io. Tho. Minad. circa vitam, & militiam debendam Clericis fuit confusè loquutus.
- 14 Vincentius de Franchis decis. 20. loquutus fuit confusè confundendo alimenta, & vitam, & militiam, & num. seqq.

- 15 *Argumentum de legitima ad vitam, & militiam nõ semper procedit, quia diuersitatem habens in aliquibus.*
- 16 *Fab. de Anna in cons. 6. vol. 1. loquens de vita, & militia voluit ingenium ostentare.*
- 17 *Clericus non dicitur tacite renuñciare feudo, sed fit incapax per assumptionem ordinis.*
- 18 *Vita, & militia verè debetur Clericis, sed præstatur sub nomine alimentorum, nu. 20. & seqq.*
- 19 *Franc. de Ponte etiam confuse loquitur circa vitam, & militiam assignandam Clericis.*
- 20 *Doctorem confusio circa vitam, & militiam debendam Clericis distinguitur, & nu. seqq.*
- 21 *Vita, & militia considerata uti quid feudale non debetur Clericis, & ratio ponitur.*
- 22 *Vita, & militia considerata nõ ut quid feudale, sed ut debita ex feudi fructibus, qui sunt allodiales debetur Clericis.*
- 23 *Doctores nominantes vitam, & militiam sub nomine alimentorum, & alimenta sub nomine vita, & militia sunt intelligendi, non mutata eorum substantia, & nu. 27.*
- 24 *Opinio DD. negantium, deberi vitam, & militiam Clericis, procedit etiam de rigore iuris.*
- 25 *Opinio DD. affirmantium, deberi ex fructibus feudi alimenta Clericis, procedit de equitate iuris naturalis.*
- 26 *Alimenta, & vita militia hodiè æquiuocè capiuntur à DD. non mutata substantia alterutris.*
- 27 *Vita, & militia sub nomine alimentorum in Regno nostro indistinctè debetur Clericis.*
- 28 *Primogenito effecto Clerico etiam debentur alimenta, siue vita, & militia, ac si esset secundogenitus, etiam si renuñciasset, & nu. 30.*
- 29 *Secundogenitus Cardinalis debet habere alimenta, siue vitam, & militiam, vel Prælatum, n. 32.*
- 30 *Secundogenitus Papa an debeat habere*

alimenta, siue vitam, & militiam, dubitatur, & an succedat in feudo, remissiuè, & nu. 34.

35 *Secundogenitus Religiosus amittit vitam, & militiam, si Religio est incapax.*

36 *Secundogenitus Clericus indistinctè extra Regnum habet alimenta, siue vitam, & militiam, & de ratione, ibidem.*

QUAESTIO. XVI.

- 1 **S**ecundogenito Clerico an debeat vita, & militia à primogenito ex feudo communis patris, fuit quæstio, & antiquis, & modernis temporibus confuse agitata, confundendo vitam, & militiam cum alimentis, intelligendo alimenta pro vita, & militia, & vitam, & militiam pro alimentis, adeò ut quando quis dixerit, deberi alimenta, quod faceremur (ut Nos infra) æquiuocè dixerunt, & cum vita, & militia confundendo etiam alimenta deberi ex Constitutione Comitibus, quod non est verum, quæ confusio processit ex *Parid. de Puteo*, nam ante eius tempora adhuc lis erat indecisa, quam quæstionè tractauerunt *Paris* ipse in *tit. de finibus feud. cap. 40. Mart. Affl. in Conflictus. Comitibus, num. 6. in fine, & decis. 252. num. 5. & in cap. qui Clericus, 2. notab. si de feud. defuncti, 10. Thom. Minad. in repet. Conflict. in aliquibus, vers. filiorum, num. 7. Anton. Capyc. decis. 211. 10. Anton. de Nigris in cap. Regni Alienationis actus, num. 17. Petrus de Gregor. de vita, & militia, q. 4. & de dote de parog. quæst. 22. Vincent. de Franch. decis. 20. Orlau. Bammacar. latissimè in cap. qui Clericus, quæst. 10. per totam si de feud. defuncti. sed distinguens terminos, 10. Franc. de Ponte de potest. Proreg. ut. de assens. Reg. S. 4. nu. 28. Paris de Puteo in d. cap. 4. num. 7. dicit, quòd idèò vita, & militia Clerico debetur, quia licèt sit inhabilis ad feruendum, & sic ad succedendum*

dum in feudo non tamen est inhabilis ad comedendum, vnde ipse *Paris* est in opinione, quod dentur alimenta Clerico, libera tamen, & exempta à militari seruitio. Hoc non negatur, sed dicitur, quod de dictis alimentis non loquitur *Constit. Comitibus*, quæ requirit seruitium militare, & de seruitio militari tantum loquitur, vt dixi supra *quest. 1. & 2.* ergò alimenta, de quibus loquitur *Paris de Puteo* nõ debentur cõditione ex illa *Constitutione*, sed dispositione iuris communis, vt clarè ipse prosequitur *nu. 9.* dum nititur probare, huiusmodi alimentã dari filiis ratione naturali, sed in casu *d. Constitutionis Comitibus* non dantur filijs vt filijs, sed vt filijs, & vt militibus, non iure naturali, vel ciuili, sed ex munificentia Principis procedente ex iure naturali, vt toties diximus, & ex finali causa, vt secundogenitus militet, vt latè prosequitur *Camer. in cap. imperialem, fol. 102. a 1. lit. N. O.* sed Clericus cum sit miles Dei, non potest esse miles sæculi, & sic non debetur vita, & militia, ergò confusè loquitur (salua pace tanti viri) ipsemet enim *Puteus num. 10.* fatetur, quod vita, & militia est portio feudi, qua secundogenitus priuatur per prælationem primogeniti in succedendo, & nihilominus facit differentiam inter totum, & partem, & inter subrogatum, & id, quod eius loco subrogatur, contra regulas iuris.

6 Et dum vult respondere illi objectioni, quod Clericus non potest seruire in militia, præsupponit, quod Clericus secundogenitus pro vita, & militia potest seruire per substitutã, quod non est verum, quia regulariter Clericus est incapax successionis feudi, merito ipse confugit ad expressam concessionem feudi factam Clerico de scientia Principis contendentis, quod non habet difficultatem, & pro constanti affirmatur, tamen ex eius lectura patet, quod *Constitutio Comitibus* de hoc non loqui-

7 tur, & in summa *Paris* ipse instituit, & nititur tractare de vita, & militia, & tamen in substantia tractat de vita tantum, & sic de alimentis, quæ non negatur deberi Clericis de iure cõmuni, sed negatur deberi condigna militi virtute *Constitutionis*, & sic vt militia, & hæc confusio clarè apparet, nam semper *Paris* dicit, alimenta, siue vitam, & militiam, vt videre est *num. 10. ibi, alimentis, siue militia, & num. 14. ibi alimentorum, siue vita, & militia*, & paulò inferiùs ibidem dicit, quod secundogenitus exclusus per primogenitum habet alimenta, ergò sic etiam habebit Presbyter, sed non dicit benè *Paris*, debebat dicere, secundogenitus exclusus habebit vitam, & militiam, & non alimenta simpliciter, nam si dixisset, vitam, & militiam, non potuisset facere illationem, sic etiam habebit alimenta Presbyter, & paulò inferiùs *num. 22.* dicit, quod vita, & militia in effectu sunt alimenta.

9 *Matthaus de Afflic.* diuersimodè loquutus fuit, nam in *d. Constitut. Comitibus* non refert fuisse iudicatum pro Clericis, & affert pro ratione, quod vita, & militia debetur iure naturæ, non de feudo, sed de bonis patris, & sic de fructibus, cum appellatione bonorum non veniant feuda, & ampliùs affirmat, quod vita, & militia idem est, quod in vulgari sermone dicimus alimenta, quia naturaliter homo indiget alimentis, & diuersimodè loquutus fuit in *cap. qui Clericus, in 2. notabili, sub num. 2. si de feud. defuncti*, vbi expressè negat vitam, & militiam dari secundogenito Clerico, & in *decis. 152. sub num. 5.* etiam diuersimodè loquutus fuit, nam tractando de deductione ad hæc à vita, & militia, dicit, quod vita, & militia debetur secundogenito, vt se alimentet, & vt seruiat Domino Regi ad expensas, & equos primogeniti, & tamen paulò inferiùs dicit, & sic primogenitus alimentabit secundogenitum,

nitum, non solum quando seruiet, sed etiam quando non seruiet, & tamen de istis alimentis nil detrahendum, vnde *Affl.* sic diuersimodè loquens fuit reprehensus à quodam *Autor.* S. 18. *glos. i. n. 10.*

10 Liceat mihi (salua pace tanti viri, ac ab eo venia petita) demonstrare, quòd ipse *Affl.* confundit terminos, nam dum voluit, vitam, & militiam deberi iure naturæ, hoc est falsum, nam debetur ex munificentia Regis, conditione ex *Lege Regni Comitibus*, vt toties dixi, nec potest intelligi de legitima debita de iure naturæ, quia super feudo non debetur legitima secundogenitis, vt Nos affirmauimus supra *quæstione 3.* & alibi, *Capyc. decis. 2.* & rationem affert *Barth. Camer.* loco iam allegato, tum quia totum feudum est legitima primogeniti, vt dicto loco docuimus, tum etiã quia feudum de iure Francorum est indiuiduum, adèd vt ad illud includatur primogenitus, exclusis secundogenitis, ergò *Affl.* loquitur de alimentis, quæ similiter iure naturali præstarentur omnibus filiis, sed si talis præstatio alimentorum pro vita requirebat etiam seruitium, & sic militiam, ergò cessat naturalis ratio, &

11 remanet ciuilis, quæ facit talem præstationem transire in vim contractus, id est, do, vt facias, id est, do alimenta, vt facias seruitium, vt benè aduertit *Camerar.* igitur non loquitur *Affl.* in terminis *Constit. Comitibus*, quæ requirit seruitium, sed loquitur de iure communi, quod clarius patet, dum ipsemet *Affl.* subdit, deberi de fructibus, tanquam de bonis paternis.

12 Sed verum est dicere, quòd vita, & militia subrogata sit loco illius portionis de iure communi debite secundogenitis, si succederet in feudo, quæ est proprietatis, non autem fructuum, filij enim omnes succedebant in proprietate feudi, *cap. omnes filij, si de feud. defunct.* & à pari procedit cum paragio, vt per *Andin d. Con-*

stit. Comitibus, & In aliquibus, ad finè, vt possit agi contra tertium possessorem, & exequutionem fieri, *cap. Alienationis actus, de vita, & militia, & ibi Addentes,* vt Nos infra *q. 39.* Præterea *Constit. Comitibus* loquens de bonis prouentis ex communi patre, intelligitur de feudis, & nõ de fructibus, nam nigrum regulatur per rubrum, & in rubro habemus de militia fratris, & regula *Matth. de Affl.* quòd in generali sermone non veniunt feuda, fallit in loquutione vniuersali, sed nostra *Constit.* tractat de hereditate, quod est ius vniuersale, ergò veniunt feuda, vt latè *Dec. conf. 389. n. 11. Bamac. in c. in generali, si de feud. defunct.* ergò illa verba, *de bonis paternis,* intelliguntur de feudis, & non possunt intelligi de fructibus, quia veniunt fructus futuri, *Bartol. in l. finali, C. de pactis, in lect. antiqua, vers. & aduerte.*

Quarè vides, quàm confusè, & diuersè loquitur, diuersè tenet, & decidit *Affl.* qui in *Constit.* loquitur vno modo, & non benè examinat quæstionem, & in *decis.* diuerso modo loquitur, & in *cap. qui Clericus, 2. notab.* expressè docet, Clerico secundogenito non deberi vitam, & militiam.

13 Io. Thom. Minad. licèt d. loco, nu. 12. quasi obiter dicat, quòd qualitas clericatus non repellit secundogenitum à vita, & militia, tamen ipse suamet ratione conuincitur, dum ibi immediatè subdit, *quia vita, & militia non est quid feudale, cum præstetur in pecunia,* quod est contra *tex. in cap. 1. S. fin. quis dicatur Dux,* & notatur in *cap. 1. de feud. guardia,* & huiusmodi obiectum vt inane refellitur per *Camerar. d. loco, fol. 102. à ter. lit. P.* & supra demonstraui, quòd est portio feudi, imò est feudum de per se, & quia est quid feudale, non potest de ea fieri compromissum sine assensu, etiã circa quantitatem, secundum opinionem Io. *Martialis,* à qua non discedit *Minad.* quòd Dominum, feudo ipsi aperto, vt idem refert nu. 13. & Nos infra

q. 43. vnde melius recordatus ibidem num. 16. *vers. putarem*, inquit in substantia, quod si Clericus aliunde non haberet, deberent sibi praestari alimenta à fratre de fructibus feudi hereditarij, magis officio Iudicis, quam conditione ex *Constit. Comitibus*, & *Ant. Capycius*, 10. *Ant. de Nigris*, & *Petr. de Gregor.* nihil allegant, & sic opertranseruat pede.

14 *Vincent. de Franc. d. decis. 20.* refert, fuisse decifum in fauorem Cardinalis Vitelli primogeniti, dum fuit illi assignata vita, & militia super Statu Amatricis; & tamen sequutus est authoritates, & decisiones supra relatas, & declaratas, in quibus non vita, & militia, sed alimenta decernuntur Clericis secundogenitis, sed sub nomine vitæ, & militiae, quia veritas est, quod ipsis de iure communi debeantur alimenta tantum, & sic vita, non autem militia de *Iure Constitutionis Comitibus*, dum militare minimè possunt, quæ confusio probatur ex verbis eiusdem *decisionis*, num. 9. vbi dicit, *hanc autem vitam, & militiam, seu alimenta relicta fratribus minoribus*, ergò confundit alimenta, & vitam, & militiam, sed propriè, & germanè debet Clericis assignari vita, & sic alimenta. Et magis colligitur hæc confusio ex tribus argumentis, quæ aliter intellecta non stringerent.

15 Primum argumentum est num. 7. nam dicit, *valet illatio de legitima ad vitam, & militiam sed legitima non potest tacitè renunciari; ergò tacita renunciatio per assumptionem ordinis Clericalis non sufficit ad excludendum à vita, & militia*, sed hoc argumentum si intelligeretur, vt iacet, esset falsum, quia daretur pro vero, quod vita, & militia succedit loco legitime, & vnum, & idem esset, quod non est verum, nam legitima longè differt à vita, & militia, vt Nos supra docuimus q. 3. & *Gizzar. decis. 36.* legitima enim debetur iure naturæ, vita, & militia ex munificencia Principis, legitima,

non admittit onus, vita, & militia requirit onus seruitij, legitima debetur super quolibet cespere hereditario, vita, & militia ex fructibus tantum, legitima trāsit in proprietatem, vita, & militia finitur cum vita, & in alijs differunt, de quibus Nos supra d. q. 3. *Gizzarell. d. decis. 36.* & in alijs multis substantialibus differunt, vt per *Loffredum in cap. 1. S. quid ergò, de inuestit. de re alien. facta*, & Nos alibi, quicquid dicat *Fab. de Anna in consil. 6. vol. 1. per totum*, & propriè nu. 12. vbi contrarium conatur tueri, quia, vltra quod non est præsentis speculationis, sed ibi nihil aliud nititur probare, nisi ingenium ostentare, & in omnem casum, si vita, & militia iudicabitur ad instar legitime, adhuc etiam malè dicunt contrariæ partis Authores, quia in feudo nulla competit legitima secundogenitis, vt Nos toties diximus.

17 Sufficit enim dicere, quod Clericus non excluditur, tanquam tacitè renuncians, & sic non quia non vult, sed tanquam incapax, & sic quia non potest, etsi aliter intelligeretur, deficeret argumentum, & contineret absurdum, quod non dicimus, nec cogitamus.

Secundum argumentum nu. 10. ita potest in formam redigi, vita, & militia succedit loco legitime, sed legitima ideò est fauorabilis, quia est minor portione, ergò & vita, & militia ideò erit fauorabilior, quia est minor legitima, quod argumentum licet inferret, quod minus præsumatur renunciatum vitam, & militiae per assumptionem ordinis clericatus, quæ præsumeretur renunciatum legitime, in cuius abdicatione, siue renunciatione requiritur expressa renunciatio, & non sufficit tacita, vel præsumpta renunciatio, tamen non stringit per rationes, & causas in proximo argumento notatas.

Tertium argumentum est d. nu. 10. *vers. & hæc opinio*, vbi in substantia dicitur, si Clericus propter ordinem

clericatus perderet alimenta, utique, & forsan abstineret se à Clericatu, sed inde sequeretur absurdum, ergò non est dicendum, & hoc favore Religionis, & alimentorum.

Et quoniam articulus examinatur ab *Ostauio Bammacario* hinc inde in *d. cap. qui Clericus*, ad quem remitto lectorem, idè nunc sufficiat idem argumentum affirmare, & pro articuli confirmatione adducere, nam faten-

28 tur ipsi Doctores, quòd Clericis debentur alimenta, sed tantum negant esse obligatos ad militare seruitium, unde si eis debentur alimenta absq; onere seruiendi, tunc maior erit fauor alimentorum, & Religionis, & tamen decisiones, & dicta Doctorum, in discurrendo articulum confundunt alimenta, & vitam, & militiam, sic etiam in decidendo, & concludendo concludunt, & decidunt, vitam, & militiam deberi, sed verè præstatur alimenta, & absque onere militandi, & sic non præstatur militia.

19 *Io. Franc. iridem de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Regijs, s. 4. num. 28.* conatur ipse distinctè procedere, & volens euitare cõfusionem, in quam postea incidit, dicit, quòd Clericis etiam constitutis in sacris præstatur vita, & militia, non quòd sit quid feudale, quia Clerici sũt incapaces, sed 20 quòd sit quid, quod debetur ex fructibus feudi ipsi Clericis uti filijs, quorum fructuum Clerici non sunt incapaces, propterea dicit, *Quid mirum si Clerici habentes qualitatem filiationis comprehendantur sub lege, qua generaliter constituit alimenta filijs secundogenitis?* subdens, quòd tam glos. quàm *Andr. sapè sapius dicunt, quòd hæc sunt alimenta, qua præstantur, vel vita, & militia, seũ alimenta, &c.* hæc *Io. Franc. de Ponte*, & sic confundit itidem alimẽta, & vitam, & militiam, & sic non reperi Doctorem, qui in individuo, & in specie discurrens super articulo, an debeat vita, & militia Clericis, non confundat ali-

menta, & vitam, & militiam, & vnum pro alio æquiuocè accipiat, siue alternatiuè nominet.

21 Stat ergò quæstio tractata confusa, licet decisa, & practicata in fauorem Clericorum, ut ipsis præstentur in effectu alimenta, & sic vita, ut ipse *de Ponte d. n. 18.* affirmat, *Horat. Montan. in S. præterea Ducatus, num. 139.* idè distinguendo euitabimus confusionem.

22 Aut primò consideramus vitam, & militiam ut feudale ius, ut asserit *Minnad. d. decis. 1. & Camerar.* & alij doctent, eoquòd propter illam debeat seruitium militare, & tunc procedit opinio illorum, qui asseuerat non deberi vitam, & militiam Clericis, uti incapacibus feudorum, & uti inhabilibus ad militandum.

23 Aut secundò consideramus vitam, & militiam, non ut quid feudale, sed tantum ut alimenta debita Clericis ut filijs ex æquitate iuris, & tunc quia sunt filij, debent alimentari saltem ex fructibus feudi, qui non sunt feudales, & tunc procedit opinio illorum; qui dicunt deberi alimenta, in effectu, licet illa nominent vitam, & militiam, quasi quòd dicta præstatio secundogenitis facienda communi vocabulo appelletur vita, & mili-

24 tia, sed non quòd mutent substantiam alimentorum de iure communi in substantiam vitæ, & militiæ debitæ de iure Francorum, & *Constitutione Comitibus*, nec quòd illam cum alimentis confundent, tantòque magis, quòd talis præstatio alimentorum secundogenitis verè, & propriè est onus impositum primogenito à lege *Constitutionis Regni* ratione successione Regni, siue feudi respectiue ad fructus, quos ipse successor percipit ex feudo, ita *Francisc. de Ponte d. loco, num. 29. circa medium*, & sic talis præstatio cum sit quid non tangens feudum, sed personam primogeniti, meritò non sunt exclusi Clerici ab ipsis alimentis, licet videantur

tur exclusi ab ipso nomine vitæ, & militiæ, quia repugnaret, & malè auribus sonaret, nempe Clericum participare de feudo, & recipere præstationem pro militiæ,

25 Ex quibus apparet, quòd opinio *Vinc. de Franch. & Bammac.* bene procedit, vt non debeatur vitæ, & militiæ, & de rigore iuris sustentabilior est. Et sic pariter bene procedit etiã

26 alia opinio, quòd debeantur alimenta de equitate iuris naturæ, tanquam onus impositum ipsi primogenito per dictam *Constitutionem* ratione successioneis, & hoc in substantia voluit *Puteus* huius sententiæ antesignanus, dum dixerit, Clericos esse inhabiles ad succedendum in feudo, sed non esse inhabiles ad comedendum, & *Afflic.* reddens rationem subdit, quia naturaliter homo indiget alimentis, & *Minaa.* expressè facitur, Clericis secundogenitis deberi alimenta ex feudo Iudicis officio, non autem conditione ex *4. Const. Comitibus, & Vincent. de Franch.* appellauit alimenta sub nomine vitæ, & militiæ, & *Bammacar.* expressè negauit deberi vitæ, & militiæ, sed bene affirmavit, deberi alimenta, & hodiè hæc est decisa, & practicata opinio, quòd Clerico debentur alimenta ex fructibus feudi,

27 quam comuni vocabulo vitam, & militiam appellauerunt per vsualem, & communem corruptionem linguæ, substantia alimentorum, & vitæ, & militiæ non alteratâ, non confusa, nec alterutrius mutata, & hæc sententiam deberi alimenta Clericis secundogenitis vtrâ citatos Authores in Regno docuerunt *Io. Aloyf. Mormil. in d. Constit. In aliquibus, nu. 51, Mastrell. decis. Sicilia 85. num. 11. & decis. 165, nu. 3. Carol. de Grass. de effectibus Clericæ effect. 4. nu. 257. Iul. Casar. Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. num. 34. & 35. And. Molfes. conf. 9. nu. 4. & 5. vol. 1.*

29 Quam conclusionem declara, & primò quòd si primogenitus se clericasset, adeò vt à feudo se exclude-

ret, & succederet secundogenitus, vt eo casu debeantur alimenta, siue vitæ, & militiæ, vt ita dicam, dicto primogenito, qui se clericauit, vt fuit decisum ad fauorem Cardinalis Vitelli, qui erat primogenitus, ita *Franch. decis. 20. Franc. de Ponte d. loco, nu. 31. Camell. Bilesta conclus. feud. 14. nu. 17.* & dicam *quest. seq.* quod amplia, etiam si renunciasset feudo, & se clericasset, quia adhuc vitæ, & militiæ debetur, prout per imperiale rescriptum fuisse ordinatum refert *Io. Thom. Minad. in Constit. In aliquibus, vers. filiorum, num. 12.*

31 Declara secundò, procedere etiam in secundogenito Cardinali, vt concludunt omnes Doctores supra allegati.

32 Declara tertio, etiam si esset PrælatuS, vt *Paris de Puteo*, & omnes sequaces concludunt, *Bammac. n. 161.*

33 Declara quarto, etiam si esset Summus Pontifex secundogenitus, & sic dicas, deberi in puncto iuris ex eis, quæ supra diximus, attamè quia hoc repugnaret statui Summi Pontificis, qui est Rex omnium Regum, Imperator omnium Imperatorum, & Dominus omnium dominantium, & ad remouendam absurditatem, vt persona in tali, & tanta dignitate constituta indigeat alimentis ex feudo paterno, idè sit posita hæc declaratio gratia acuendi ingenia, non au-

34 tem decidendi, sed an succedat in feudo, vide *Iacob. Menoch. consil. 202. num. 126. & 143. Andr. Barbat. de præstant. Cardinal. par. 1. quest. 5. nu. 21. Inrighiol. de feud. cent. 2. art. 1. nu. 198. Ottavius Bammac. d. loco, quest. nona per totam.*

35 Declara quinto, quid si secundogenitus efficeretur Religiosus, an debeantur ei alimenta, siue vitæ, & militiæ? distinguas, aut Religio est incapax, & amittit vitam, & militiam, aut est capax, & non amittit, ita colligitur ex generalitate *Const. Comitibus, ybi glos. & Ifern. Petr. de Greg. de vita, & mi-*

& militia, quæst. 4. num. 7. Regens de Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. Regis, S. 4. num. 28. & cons. 139. num. 18. vol. 1. Io. Camill. Biloita conclus. feud. 14. num. 18.

36. Declara sexto omnia supradicta, quod opinio illorum, qui dixerunt, quod vita, & militia non debetur Clericis, ex illa ratione, quia non possunt militare, quatenus procederet, procedit de iure Regni nostri, sed extra Regnum procedit opinio illa simpliciter, quod debeatur vita, & sic alimenta, ea ratione, quia Ius Francorum non statuit, secundogenitos teneri militare pro Domino, sed simpliciter statuit dari appanagium, quo casu etiam Clerici includuntur, quia habiles sunt ad comedendum, ita dixerunt Doctores allegati per *Montan. in Imperialem, S. præterea Ducatus, fol. 220. num. 139. in fine, vers. est verum, dist. 9. num. 8.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur primogenito incapaci, siue imperfecto à fratre secundogenito succedente in feudo ob primogeniti incapacitatem, & an etiam debeatur tertio-genitis, refertur *Matthai de Afflict. & Io. Thom. Minad.* sententia contra primogenitum, contra quem iudicatum refertur, & idem in forore dicendam circa paragium, & respectu tertio-genitorum resoluitur, quod si habuerint vitam, & militiam ob mor-

tem patris, non debeatur iterum propter incapacitatem primogeniti.

S V M M A R I A.

- 1 *Primogenitus incapax an debeat habere alimenta, siue vitam, & militiam à secundogenito succedente in feudo ob eius incapacitatem, & num. 4. Primogenitura denotat ordinem, & officium, & dignitatem, sub nu. 1.*
- 2 *Matth. de Afflict. negat dari vitam, & militiam primogenito incapaci.*
- 3 *Io. Thomas Minad. negat dari vitam, & militiam primogenito Clerico, & transactione fuit dirempta, quæstio.*
- 4 *Primogenito incapaci, siue Clerico fuit data vita, & militia, & rationes ponuntur.*
- 5 *Primogenito inhabili ad succedendum, vel retinendum feudum debetur vita, & militia.*
- 6 *Idem in forore.*
- 7 *Vita, & militia semel habita à secundogenitis non debetur iterum, vel duplicata ob inhabilitatem primogeniti.*

QVÆSTIO. XVII.

1 **I**Am diximus de secundogenito incapaci propter Clericatum, vel imperfecto propter vitium aliquod exclusiuum, siue impeditiuum successionis feudalis, vel remotiuum, siue exclusiuum à feudo, ut adhuc ex consuetudine in Regno recepta debeantur ei alimenta, licet sub nomine vitæ, & militiæ, quæritur quid in casu contrario, si primogenitus se clericasset, vel esset imperfectionis vitio notatus, ad eum ut ad feudum, non admitteretur, vel admissus excluderetur, quo casu succederet secundogenitus, an hoc casu iste secundogenitus teneretur dare vitam, & militiam primogenito excluso à feudo ex causis supradictis? cum primogenitura denotet ordinem, & non

possit esse, nisi in vno dumtaxat, vt ex *l. Aretusa, ff. de statu hom.* notat *Guliel. de Monteferrato de success. Reg. Francia, dub. 1. num. 13.* & est dignitas, vt ex *glos. in cap. quam periculosum, 7. q. 1.* notat idem *Guliel. d. loco, num. 15.*

2 *Matth. de Affl. in cap. qui Clericus, num. 2. ff. de feud. defuncti,* videtur dubitare contra primogenitum dicens, Secundo noto ex *tex.* quod si habens feudum, in quo viuatur iure Francorum, moriatur superstitute primogenito in sacris, & secundogenito laico, quod non succedit in feudo primogenitus, sed secundogenitus, sed quomodo hoc potest esse, quod consuetudo possit præiudicare primogenituræ? dic, quod est ex natura feudi, quia Clericus non potest seruire, & non dicitur contra libertatem Ecclesie, quia est hoc ex natura feudi, ita etiam dicunt hic Moderni. Nec habebit tunc primogenitus vitam, & militiam, quia omnino est inhabilis sine aliqua spe, & eadem ratione dico, si secundogenitus esset Clericus in sacris, tunc primogenitus non daret vitam, & militiam, quia Clerici sunt omnino inhabiles ad feudum, & consequenter ad vitam, & militiam, quod est onus feudi, & adducit ibidem simile de primogenito rebelli.

3 *Io. Thom. Minad. in repet. Const. In aliquibus super verbo filiorum, num. 7. in fine, & num. 8.* dubitat, pariter dicendo, quod idem secundogenitus debet habere vitam, & militiam, quia excluditur per Constitutionem præferendo primogenitum, sed in præsentis questione primogenitus non solum se incapacem reddidit, aded quod excluditur per Constitutionem, sed se ipsum exclusit, merito sibi imputandum, tantò magis quod *d. Constit. Comitibus* est stricti iuris, & eatenus intelligenda, quatenus loquitur, merito dum non loquitur de hoc casu, neque de eo est intelligenda, aded quod attentis his difficultatibus refert *Affl. dicto loco*, quod transactio-

ne fuit ditempta questio.

4 Arramen contraria opinio verior & receptior est in Aulis nostris, vt eo casu secundogenitus succedens in feudo ob incapacitatem, siue inhabilitatem primogeniti teneatur dare vitam, & militiam, & sic alimenta primogenito iam excluso à successione feudi, hanc opinionem docent *Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 40. nu. 29. tit. de finib. feud. Io. Thom. Minad. d. loco, num. 10. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensib. Regijs, S. 4. n. 31. Scip. Ronit. in Pragm. 25. de feud. Iul. Casar Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. n. 39. Io. Baptist. Bilotta conclus. feudal. 14. nu. 17.* & sic fuisse per Sac. Conf. decisum in fauorem Eminentissimi Cardinalis Vitelli primogeniti contra secundogenitum, qui fuit condonatus ad dandam vitam, & militiam dicto primogenito Cardinali, refert *Vincens. de Franch. d. decis. 20. num. 2. & d. loco* rationes assignat, dixi supra questione præcedenti, *num. 29.* Et nouissimè fuit decisum in fauore Don ** Francisci Peretti primogeniti Abbat. tunc, nunc Eminentissimū Cardinalem de Montealto* contra Illustram Ducissam Aricæ, vt ei debeatur vita, & militia, vt refert *Io. Bapt. Thor. in Compend. decis. Regni par. 3. sect. 3. in verbo vita, & militia,* dicens, eandem esse rationem in filio primogenito excluso à successione feudi à secundogenito ob eius inhabilitatem, sed cōcludentior est ratio, quam adduximus in præcedenti dicta questione *num. 29.* idèoque *Vinc. de Franch.* respondet authoritatibus, & rationibus pro contraria parte adductis.

5 Quam determinationem in fauorem primogeniti extendere, vt etiam procedat, si primogenitus esset effectus inhabilis ad succedendum, vel retinendum feudum ob morbum inhabilitantem ad succedendum, vel retinendum, ita docet *Paris de Puteo d. loco, n. 29. Iul. Cas. Gallupp. p. 3. cap. 4. nu. 39. & 40.*

6 Ex quibus inferas, idem esse dicendum in sorore succedente in feudo ob inhabilitatem, vel incapacitatem primogenitæ, vt teneatur ei dare alimenta, siue dotem de paragio, stantio identitate rationis militatûs in vtroque casu, *Andr. de Iser. in cap. 1. de nat. success. feud. Gallupp. d. loco. num. 40.*

7 Et in casu propositæ quæstionis an debeat iterum vita, & militia alijs fratribus tertio genitis, & quarto genito, si qui adsunt, resolue non deberi, quia si deberetur esset grauarè feudum duplici onere, & sic ex eodem feudo habere duplicem vitam, & militiam, quod non est admittendum per ea, quæ dicemus in sequenti quæstione.

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an debeat nepotibus secundogenitis à nepote primogenito succedente in feudo communis aui, ob mortem communis patris, et affirmatiua recipitur sententia, et decisio refertur. Et quid si abnepos succederet in feudo ab aui, an teneretur dare vitam, et militiam abnepotibus secundogenitis, Et filius, et filia secundogeniti præmortui in vita patris, an debeat habere vitam, et militiam, quam habiturus fuisset eius pater si viueret, et foemina paragiû. Et quid in patruo, et quid in auo succedente nepoti in

feudo refutato, vel non refutato. Et quid in feudo nouo an detur electio petendi vitam, et militiam, vel portionem pretij.

S V M M A R I A.

- 1 *Nepos primogenitus succedens in feudo aui tenetur dare vitam, & militiam nepotibus secundogenitis, & num. 2. & decisio refertur n. 3.*
- 2 *Auus continetur appellatione ascendentium.*
- 3 *Auus continetur appellatione paritum.*
- 4 *Abnepos succedens in feudo ab aui, vel alterius ascendentis debet dare vitam, & militiam abnepotibus secundogenitis.*
- 5 *Nepos, siue abnepos primogenitus succedens in feudo aui a materna, siue ab aui tenetur dare vitam, & militiam secundogenitis.*
- 6 *Patruus excludens nepotem in locis, ubi recepta est talis opinio, an teneatur dare vitam, & militiam nepoti.*
- 7 *Filij ex secundogenito præmortuo debent habere vitam, & militiam, quam habiturus fuisset eorum pater si viueret, & decisio refertur, Amplia etiã si essent plures filij, sub eod. nu.*
- 8 *Foemina ex secundogenito præmortua debent maritari ex quantitate vite, & militia fratrum, non autem debent habere paragiû de tota hereditate aui.*
- 9 *Foemina sola ex secundogenito debet habere paragiû uti foemina, non autem vitam, & militiam ex persona patris.*
- 10 *Vita, & militia pars defecta in persona unius ex filijs secundogeniti præmortui, non debet accrescere primogenito succedenti in feudo, sed alijs suis fratribus.*
- 11 *Vita, & militia iam habita à patre mortuo non transmittitur ad filios.*
- 12 *Patruus magnus an debeat habere vitam,*

- tam, & militiam de feudo auito, cui successit nepos, distinguitur.
- 14 Patruus magnus habet unicam vitam, & militiam in feudo antiquo.
- 15 Patruus magnus habet electionem petendi vel vitam, & militiam, vel partem pretij in feudo nouo in persona aui.
- 16 Vita, & militia non debetur in feudo empto de propria pecunia aui, & sic nouo.
- 17 Secus ex gratia concessa Baronibus, vt frater fratri succedat in feudo nouo.
- 18 Auus succedens nepoti in feudo an dabit vitam, & militiam eius fratri de feudo nepotis, distinguitur nu. 20.
- 19 Auus succedens nepoti in feudo an dabit vitam, & militiam nepotibus minoribus.
- 21 Auus succedens nepoti in feudo refutato non dabit vitam, & militiam eius fratri, intellige de fratre aui, qui esset patruus nepotis, & tanto magis, si illam habuisset per mortem patris, nu. 22.
- 22 Pater succedens filio primogenito in feudo refutato non dabit vitam, & militiam filijs suis secundogenitis.
- 23 In feudo nouo acquisito per filium praedefunctum an succedat auus, vel filij proponitur, & quia non facit ad casum vite, & militia transit ad alia Author.
- 24 Auus succedens in feudo nouo in persona nepotis habet electionem vel petendi partem pretij, vel vitam, & militiam, remissiuè.

QVAESTIO. XVIII.

I Am diximus, vitam, & militiam deberi secundogenitis in feudo paterno, & materno, videbatur quærare, quid si pater esset mortuus superstitè auo paterno, siue materno, & superstitibus nepotibus ex dicto filio, & sic patre præmortuo, an deindè si moritur auus, & succedant nepotes, & in succedendo nepos primogenitus excludat secundogeni-

tos, an hoc casu talis nepos primogenitus teneatur præstare vitam, & militiam nepotibus secundogenitis de dicto feudo auito ad ipsum peruento ob mortem aui, tanquam primogenitum ex filio præmortuo? & videbatur, quòd non, quia *Constitutio* dicit in feudo parentum, & sic patris, siue matris in stricta significatione, atamen contrarium est verius, vt nepos primogenitus ex filio præmortuo succedens auo teneatur de feudo communis aui dare vitam, & militiam, nepotibus secundogenitis, *Matth. de Ass. in Const. Comitibus, n. 21. in fine*, * dicit, sic fuisse seruatum, quòd frater maior succedens auo dedit vitam, & militiam fratri minori, & affert rationem, quia *Constit.* intelligitur etiam de feudo auito, & sic etiam docent *Minad. conf. 1. num. 50. & 51. Franc. de Amicis in cap. 1. de his, qui feud. dare poss. §. & veniendo ad primum, f. 163. col. 1. in fine, Masullus ad Capycium decis. 211. & nouissimè Petr. de Gregor. de vita, & militia, quest. 5. nu. 7.* dum admittit, quòd vita, & militia debetur ex feudo proueniente ex successione ascendentium, quorum appellatione (vt infra dicemus) continetur auus, & ita fuit decisum in fauorem Octauij Baronis Tropiensis, qui vti nepos subingrediens locum patris obtinuit vitam, & militiam in feudo auito ob eius mortem, *Franch. decis. 542.* vt refert *Io. Andr. de Georg. allegat. 9. sub num. 24. Iul. Cesar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 56. Io. Baptista Bilotta conclus. feudal. 14. num. 21.*

4 Rationem assignant omnes supradicti, quia *Constit.* loquitur sub nomine parentum, & appellatione parentum continentur omnes ascendentes, & sic auus, abauus, & præcipuè continetur primus feudi acquisite, & hoc casu mortuo patre filij respectu bonorum aui nanciscuntur iura suitatis, subintrando locum patris, ita docent supradicti Doctores ex *lpa-*

rentes,

rentes, C. de testamentis, l. appellatione parentum, & ibi Rebuffus, ff. de verb. significat.

5 Declara primò, hanc sententiam procedere non solù quando feudum perueniret ex auo, sed etiam quando perueniret ex abauo, vel alio vltèrius ascendente per lineam directam in ascendenti, quia eadem est ratio, nèpe quòd feudum peruenire dicatur ex ascendenti, siue à parentibus, appellatione enim ascendentium, siue parentum continetur auus, abauus, & alij ascendentes, ita docent *Minaa. d. cons. 1. sub d. num. 51. Iul. Casar. Gallupp. d. loco, sub d. nu. 56.* extendens vsque ad tritauium.

6 Declara secundò, quòd si feudum perueniret ex auia paterna, siue materna ad nepotem ipsum, vti primogenitù primogenitæ dictæ auia, tunc, & eo casu ipse nepos primogenitus teneatur dare vitã, & militiã fratribus secundogenitis ex eadẽ ratione, quam diximus in auo paterno, ita docent *Iul. Casar. Gallupp. d. loco, sub d. num. 56.* ea ratione, quia appellatione parentum venit etiam mater, & auia vsque ad tritauiam, ex *lex. in l. Iurisconsultus, ff. de gradibus, & l. appellatione parentum, ff. de verb. sign. f. Regens Rouitus in quæst. III. iuris consuetudinarij post commentar. Pragmaticis, num. 10.*

7 Declara tertio pro illis locis, vbi recepta fuit opinio, quòd patruus excludit nepotem ex primogenito à successione feudi, an hoc casu ipse patruus teneatur dare vitã, & militiam ipsi nepoti ex primogenito? affirmavit *Petrus de Gregor. de vita, & militia. q. 4. nu. 10. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feud. sub num. 41.* licet contrarium seruetur in Regno Siciliae per *Capit. Regis Caroli 118. Masbrill. in addit. ad Petr. de Gregor. d. loco, in verbo nepoti.*

8 Quid autem si ex fratribus secundogenitis reperiretur aliquis mortuus, relictis filiis masculis, & filiabus

fœminis, an hoc casu dicti filij ex fratre præmortuo habeant vitã, & militiam vnusquisque, & femina paragium, an verò consequentur illam quantitatem, quam habiturus fuisset eorum pater si superuiveret?

Andr. de Ifern. in Constit. Comitibus, col. pauult. vers. quid ergo si primogenitus moriatur, tenet opinionem, quòd vitã, & militia debita filio secundogenito si viueret, adhuc debeat eus filio, ac si pater superuiveret, quem sequutus est *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. num. 10. in fine, vers. & sic ex bis infertur,* & secundum hanc doctrinam *Andr. de Ifern. Sac. Conf. Neapolitanum sub die 23. Septembris 1594. iudicauit in causa Octauij Baronis nepotis ex secundogenito præmortuo, vt ei deberetur vitã, & militia in feudo aui, quam habiturus esset eius pater, si viueret tempore mortis dicti aui, teste Vinc. de Franch. d. decis. 542. quem sequutus est Io. Andr. de Georg. alleg. 9. Ill. Dux, nu. 246 vt supra num. 3. hac eadem quæstione allegauit, Masbrill. decis. 165. num. 2. Ricc. collect. decis. 26. Regens Tapia decis. 44. nu. 1. Thor. in verb. vita, & militia in primo vers. par. 1. & par. 3. sect. 3. in verbo vita, & militia, Nouar. collect. 107. super Pragm. de feud. num. 11. Iul. Casar Gallupp. par. 3. cap. 4. nu. 37. & 41. rationes assignant, quia subingreditur locum patris, & in vitã, & militia datur subingressio ad finem illam consequendi.*

Sed difficultas adhuc non est resoluta, nam doctrinæ allegatæ loquuntur in vnico nepote ex filio præmortuo, non autem quando supersunt plures filij ex nepote præmortuo, idè resoluere, quòd siue sit vnus, siue plures filij, debeat illi, vel illis solùm illa quantitas, quam habiturus fuisset eorum pater, si superuiveret, & ita sunt intelligendi præfati Doctores, ex ijs, quæ dixit *Regens de Ponte consil. 50. in fine, & Regens Tapia d. decis. 44. In tantum quòd si cum masculino super-*

esse

esset femina ex dicto nepote pramortuo, non debetur ei paragium debitum feminae, sed tantum debetur masculo illa quantitas, quae debebatur patri pro vita, & militia, de qua quantitate masculus frater dotabit dictam sororem, ut consuluit *1a. Franciscus de Ponte d. conf. 50.* cuius opinionem sequutus est *Reg. Tap. d. decis. 44. sub num. 8. vers. 3. fuit,* quem sequitur *Iul. Casar Gallupp. d. loco, nu. 38.*

10 Verum si ex fratre pramortuo non superessent masculi, sed tantum neptis femina, tunc hoc casu ista neptis non consequetur vitam, & militiam ex persona patris, ea ratione, quia ius petendi vitam, & militiam competit masculis tantum, cum sit radicatum in ipsa masculinitate, ad finem ut possint militare, & non in femineo sexu, qui est inhabilis ad seruiendum, sed bene potest petere paragium uti descendens ex primo feudi acquirente, quod paragium ius proprie spectat ad feminas, ut bene per optimas rationes consuluit *Reg. Conf. 10. And. de Georg. allegat. 9. a num. 28. vers. secundo non obstat, ad num. 34. usque ad vers. tertio non obstat,* quia onus dotandi feminas descendentes ex feudatario defuncto est annexum feudo, & est ipsi insitum, ac eius onus intrinsecum, ut toties inculcauimus.

11 Sed quid si ex dictis pluribus nepotibus moreretur vnus, vel plures, adeo ut vnus tantum superesset, tunc pars mortuorum an extinguitur, vel accrescit superstiti? dicas, quod accrescit superstitibus, siue superstiti, si remaneret vnus, ex doctrina *Andr. de Ifern. supra allegata,* qui loquitur in vno nepote ex filio pramortuo, ergo si superest tantum vnus, adhuc loquitur *Andr. & proinde ei debetur integra vita, & militia, quod etiam procedit de iure communi Romanorum, ex iure accrescendi, & succedendi, quod pars defecta in persona vnus accrescit superstitibus, siue superstiti, & frater succedit alteri fratri, & haec*

est aequior opinio fundata in ratione, quia vnica quantitas debebatur filio pramortuo, & illa per praeuentam patris mortem transfunditur ad descendentes ex dicto filio pramortuo, siue sit vnus, siue mille, vide quae dico infra *quest. 30.* in qua agetur, an ius accrescendi detur in vita, & militia inter fratres.

Quae omnia intelligas procedere, quando frater secundogenitus, & sic pater istorum nepotum, qui praetendunt subingredi eius locum, non habuisset vitam, & militiam in vita sua, ut quia casus illum debendi non euenisset, quia eo casu nepotes possunt illam praetendere, ut supra docuimus, ea ratione, quia vita, & militia non habita transmittitur ad filium fratris, *Paris de Puteo de finibus feudi, cap. 39. num. 22.* Ex quibus apparet, quod primogenitus liberatur ab onere soluendi vitam, & militiam mortuo fratre, qui vita durante illam habuit, secus autem si pramortuus fuit, nulla habita vita, & militia, quia tunc eius filij possent illam habere ex persona

12 eorum patris, at vero quando eorum pater iam mortuus habuisset vitam, & militiam eius vita durante, tunc eius filij non debent iterum illam habere per subingressionem in locum patris, ea ratione, quia vita, & militia debita patri, & per eum habita iam est extincta cum eius vita, ita docet *Vinc. de Franchis d. decis. 542. num. 3. vers. nec obstat,* dicendo, quod ita debet intelligi doctrina *Math. de Afflic. in Constit. Comitibus, quest. 8.* Et Ego addo, quod ita etiam debet intelligi *Andr. de Ifern. in ead. Constit. in 2. lect. col. 4. vers. item nunquid, & col. 5. vers. filio autem fratris,* & sequacium, pro ut *10. Ant. de Nigris in cap. Alienationes actus, num. 9.* & aliorum, quos allegat *Mastrill. d. decis. 85. num. 22.*

13 Sed quid si auus moreretur relictis nepotibus ex filio primogenito, & relicto etiam eius fratre, qui respectu dictorum nepotum est patruus ma-

gnus, an hoc casu nepos succedens in dicto feudo aui teneatur dare vitam, & militiam dicto patruo magno, vel partem pretij?

14 Resolue, quòd feudum in persona aui potest dupliciter considerari, aut peruenit ad auum ex successione ascendentium, & sic antiquum, & tunc perneceffe est fateri, quòd ipse frater iam habuit vitam, & militiam, & hoc casu non potest aliam, & sic duplicem vitam, & militiam habere ex eodem feudo, vt supra docuimus, & infra *quæst.* 20. & 21. aut feudum est nouum, & tunc mortuo fratre ab intestato, subdistingue, aut feudum ipsum fuit emptum ex pecunia communis patris, aut fuit emptum ex propria, non autem communis patris, vel aliundè quæsitum.

15 Primo casu, ex illa ratione, quia propter emptionem dicti feudi pretium, quo fuit emptum, dicitur abesse ab hæreditate paterna, tunc dicere, quòd est in electione dicti fratris secundogeniti petere partem pretij ad se spectantem, tanquam quòd illud abest ab hæreditate patris, vel vitam, & militiam, vt infra docuimus in *q. 21. de feudo nouo, & q. 23.*

16 Aut fuit emptum ex pecunia propria, non autem communis patris, vel aliundè quæsitum, & tunc quia de iure Constitut. Regni, & forma inuestiturarum non succederet, tanquam non descendens ab acquirentore, non debet ideò habere vitam, & militiam, & hoc procedit attento iure

17 Constitutionum Regni, & forma inuestiturarum, sed attentis gratijs Regni nostri in *Pragmat. 18. de feudis, in vltima impressione*, quarum vigore frater succedit fratri in feudo nouo, adhuc dicerem, quòd ei deberetur vita, & militia, tanquam fratri minori nati, excluso per maiorem natu, & sic per eius filios ingredienti locum dicti fratris maioris eorum patris, & hoc attendita opinione recepta in Regno, quòd nepos ex primogenito ex-

cludit patrum, de qua *Rouit. in Prag. 11. de feud. nu. 72. & decis. 32.*

18 Sed quid in casu contrario, si auus habens fratrem minorem succedit nepoti ex filio primogenito, an hoc casu teneatur de feudo nepotis dare vitam, & militiam eius fratri minori, qui respectu dicti nepotis dicitur patruus magnus, & quid si dictus nepos haberet fratres minores.

20 Quòd ad primum distingue, aut feudum, in quo succedit auus est feudum ab ipso auo refutatum nepotis, aut est feudum acquisitum à patre dicti nepotis, aut est feudum nouum ipsius nepotis.

21 Primo casu, quando feudum est refutatum ab ipso auo, & tunc quia auus non dicitur succedere de nouo, sed dicimus feudum reuerti ad eum iure reuersionis, non autem successionis, iuxta tradita per *Vincent. de Francb. decis. 2.* & tunc si cessat successio aui, cessat concursus fratris aui, & sic patrum magni respectu ipsius nepotis, si cessat concursus, cessat prælatio aui primogeniti, ergò non debet habere vitam, & militiam, iuxta tradita per *Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de refutat. feud. in rubrica, sub num. 48.* *Scipio Rouit. in Pragmat. 25. de feud. Mofes. ad Consuetud. Neapol. par. 4. quæst. 36. sub num. 5. 13. & 14.* docentes in simili ex eadem ratione cessantis concursus, quòd si pater succedat filio in feudo refutato, non tenetur dare vitam, & militiam eius filijs minoribus, & sic fratribus minoribus ipsius filij prædefuncti, & hoc non alia ratione, nisi quia auus non dicitur succedere, merito si non succedit, cessat concursus in succedendo, si cessat concursus, ergò cessat prælatio, ergò cessat exclusio, si cessat exclusio, ergò non debetur vita, & militia, ergò idem ex identitate rationis in auo refutante, vt non teneatur dare vitam, & militiam patruo magno, ex rationibus ante dictis.

Et hoc tantò magis procederet, si dictum

dictum feudum peruenisset ad auum ex ascendentibus, quia perneceffe erit, quòd dictus patruus magnus iam habuerit ab ipso auo primogenito vitam, & militiam, quo casu duplicem vitam, & militiam ex eodem feudo quis non potest habere, vt supra docuimus. Quod idem dicendum est in patre, qui succedit filio in feudo refutato, vt non teneatur dare vitam, & militiam filijs secundogenitis fratribus dicti filij defuncti, ex eadem ratione, quia feudum reuertitur, & non dicitur succedere in illo, nec pariter tenetur dare vitam, & militiam eius fratri minori, & sic patruo respectu dicti nepotis refutararij, ex eadem ratione, quia feudum reuertitur ad refutantem, non autem ad illud succedit refutans.

23 Secundo casu, si feudum fuisset acquisitum à patre prædefuncto, qui respectu aui est filius, & respectu nepotis est pater, & tunc si feudum esset in persona filij, diceretur feudum nouum, & per consequens succederet pater, sed difficultas est, quòd feudum istud & si nouum in persona patris, tamen hodiè in persona filij dicitur paternum, quia à patre processit, & tunc auus non succedit, quia non est de descendètib; ex sanguine acquirentis, nec vocatus ex tenore inuestituræ, vel gratia Principis, ideò concludas, quòd hic casus non potest considerari quòdã vitam, & militiam.

24 Si verò feudum istud est nouum in persona nepotis, tunc auus succedere dicitur in pretio ipsius feudi, vt allodiale rem, quia non negamus, quòd auus de iure communi Romanorum succedit nepoti, sed hoc feudum nouum iudicatur in pretio vt quid allodiale, meritò auus debet succedere in pretio dicti feudi, quod pretium dicitur abscissum, siue abesse ab hereditate nepotis, cui succedit ab intestato nullis relictis filijs, iuxta distinctionem, quam faciemus

infra *quæst. 25.* nempe si feudum fuerit emptum ex pecunia paterna, vel secundò si ex mera, & pura liberalitate fuerit donatum, vel tertio si fuerit donatum à Rege propter seruitia familiaræ, vel ipsius acquirentis, tunc enim quia secundogenitis datur electio vel petendi partem pretij, vel vitam, & militiam, ideò iste patruus magnus potest prætere dare vel vitam, & militiam, vel portionem pretij ex dicto feudo, iuxta distinctionem in dicta quæstione relata.

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis à primogenito succedente in feudo communis matris. Et quid in feudo proueniente ex linea materna. Dubitatur ex verbis Constitutionis, et resoluitur, vt præstetur vita, et militia, tanquam quod sit casus comprehensus in Constitutione ex eadem ratione. Ampliatur dicta conclusio in multis casibus. Et an patri competat vsusfructus super vita, et militia de feudo materno.

S V M M A R I A.

- 1 *Mulieres adsunt in Regno Neapolitano feuda possidentes.*
- 2 *Constitutio Comitibus nullum verbum facit de feudo matrum, sed tantum parentum.*
- 3 *Primogenitus succedens in feudo materno tenetur dare vitam, & militiam secundogenitis, & n. 7.*

- 4 Parentum vox comprehendit matrem.
- 5 Lex loquens de successione parentum, comprehendit successionem maternam.
- 6 Exclusionis ratio militans in feudo paterno, militat etiam in feudo materno.
- 8 Fœmina habet paragium de feudo materno.
- 9 Frater uterinus habet vitam, & militiam de feudo materno.
- 10 Secundogenitus etsi in potestate patris, habet vitam, & militiam de feudo materno.
- 11 Pater non potest pretendere usumfructum super vita, & militia feudi materni, nec commoditatem sub ead. nu.
- 12 Secundogenitus naturalis an habeat vitam, & militiam in feudo materno, remissive.
- 13 Primogenitus nepes succedens in feudo avia paterna dabit vitam, & militiam secundogenitis.
- 14 Idem in feudo avia materna.

QVAESTIO. XIX.

- I**Am de vita, & militia debenda ex feudo paterno, eiusque linea tractauimus, reliquum erat differere de vita, & militia debenda ex feudo materno, dum in Regno nostro sunt Illustrissimæ mulieres, quæ vel feuda dant in dotem, vel ad feuda succedunt, propterea si liberos habent, iisque relictis, decedant, qui ad feuda ipsa Iuris Francorum succedunt, & masculus primogenitus excludit secundogenitos, an hoc casu ratione exclusionis dabit illis vitam, & militiam?
- 1 Et est casus dubitabilis, nã *Const. Comitibus* nullum verbum facit de materno, sed de feudis paternis, ideoque quia *Constitut.* ista videtur exorbitas, quia excludit filios à successione paterna, merito non debet extendi de casu ad casum, & sic cum casus maternæ successionis non fuerit comprehensus, merito remanere

debet sub dispositione iuris communis.

- 3 Attamen contraria sententia verior est, vt primogenitus succedens in feudo materno, vel proueniente ex matre excludendo secundogenitos, teneatur illis dare vitam, & militiam de dicto feudo, tum ex dispositione dictæ *Constitutionis* comprehendentis hunc casum, tum ex identitate rationis.

- 4 Ex dispositione comprehensua, quia vox illa *Parentum* posita in *Constitutione* ex legis dispositione, & eius vi comprehendit patrem, & matrem, & sic *Constitutio* sub illa voce *Parentum* comprehendit etiam casum successionis maternæ, & sic feudum maternum comprehenditur, & per consequens primogenitus succedens excludendo secundogenitos dabit illis vitam, & militiam, & feminis paragium, ita docent *Ant. Capyc. in inuest. feud. in verbo feudatariorum filij, versic. amplia primæ*, ex doctrina *Bald. in l. de quibus. ff. de legibus*, quia parentum appellatione omnes ascendentes tam masculini, quam femini sexus comprehenduntur, *Iul. Cas. Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. nu. 56.*

- 6 Ex identitate rationis, quia eadem ratio succedendi in primogenito, & excludendi secundogenitos, quæ militat in feudo paterno, militat in feudo materno, quia ita primogenitus excludit secundogenitos à feudo paterno, sicut à feudo materno, merito eadem iuris dispositio, ita docuit *Petrus de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. n. 4. vers. amplio secundò, & 5. Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. nu. 28.* & pro absoluto pertransit *Reg. Consil. Marcell. Marcian. consil. 56. per totum*, dum consuluit, filium fuisse læsum in taxatione vitæ, & militiæ super feudo materno Iuris Francorum, ex lege Regni nostri, & proinde secundogeniti exclusi ab illo habent vitam, & militiam, & est indubitata conclusio, quam
- 7

- 8 Amplia primò etiam in paragio, vt filia femina consequatur paragium, in feudo materno, ita docet *Petrus de Gregor. de dote de paragio, q. 20.*
- 9 Amplia secundò, vt etiam frater vterinus minor natu debeat habere vitam, & militiam ex feudo materno, vt dixi supra *quest. 10.* & pro absoluto docet *Marcell. Marcian. dist. cons. fl. 56.*
- 10 Amplia tertio, vt si filius secundogenitus esset in potestate patris, quia adhuc debet habere vitam, & militiam ex feudo materno, adeò vt pater non possit prætere vsum fructum super quantitate vitæ, & militiæ debite filio, quia in feudo materno nullus debetur vsus fructus patri, vt latè fundat *Marcell. Marcian. d. conf. 56. num. 45.*
- 11 Amplia quarto, vt pater nec possit prætere commoditatem super ipsa quantitate vitæ, & militiæ debite secundogenitis ex feudo materno, secundum veriore sententiam, de qua *Nicol. Boer. decis. 199. Vincent. de Franch. decis. 10. nu. 10. Marcell. Marcian. disto consil. 56. à num. 6. ad 10. dicens,* quòd dum vita, & militia est introducta ex munificentia Principis, ideò nullum debet sentire onus nec vsus fructus, nec commoditatis.
- 12 Sed quid si esset filius naturalis, an debeat habere vitam, & militiam de feudo materno? vide quæ dixi supra *quest. 8.*
- 13 Sed quid si feudum perueniat ex auia paterna ad nepotè, & filiam, an dabitur vita, & militia secundogenitis? resolue vltra ea, quæ diximus de auo paterno supra questione præcedenti, quòd si isti nepotes ex filia sunt vocati ad feudum auia materna ex tenore inuestituræ, & feudum est Iuris Francorum, tunc concurrente primogenitus, & excludendo secundogenitos, tenetur illis ratione exclusionis dare vitam, & militiam, cum non sit dispar ratio, an sit feudum de linea masculina, vel de

femina, cum satis sit, quòd isti nepotes sint vocati ex tenore inuestituræ cum clausula Iuris Francorum, nempè quòd maior natu excludat minores natu, & masculus foeminam, quia hoc casu, vt totiès inculcauimus, debetur vita, & militia, & tantò magis quòd *Constitutio* vitur voce, *parentum*, quorum appellatione continetur auia, vt supra docuimus.

- 14 Idemque dicendum est in feudo proueniente ex amita materna, ex eadem ratione, quando nepotes sunt vocati ex tenore inuestituræ cum clausula Iuris Francorum, vt maior natu excludat minorem, & masculus foeminam, & sic quòd militet ratio exclusionis à feudi successione, vt totiès inculcauimus, & ex *Loffredo in paraphrasi feud. in verbo, vel danda vita, & militia, tit. de inuestitura de re alien. facta.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur nepotibus secundogenitis ex sorore mortua à primogenito succedente in feudo auunculi, dubitatur valdè, & decisio mirabilis refertur, quòd debeatur, et idem in casu contrario. An debeatur vita, et militia auunculo secundogenito ab auunculo primogenito succedente in feudo nepotis, affirmatur.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia debetur secundogenitis à primogenito in feudo auunculi.
- 2 Vitam, & militiam deberi in successione

- ne auunculi fuit decisio mirabilis.
- 3 Nepotes succedentes auunculo, dicuntur succedere primo acquirenti, sublata persona auunculi.
 - 4 Parentum vox comprehendit ascendentes masculini, & feminini sexus.
 - 5 Decisio Ant. Capyc. pro secundogenitis in feudo auunculi an processerit de aequitate Sac. Conf. vel de rigore iuris, declaratur.
 - 6 Secundogeniti non petentes vitam, & militiam non consequuntur illam.
 - 7 Secundogenitus Clericus consequitur vitam, & militiam in feudo auunculi.
 - 8 Auunculo secundogenito debetur vita, & militia in feudo nepotis.

QVAESTIO. XX.

- 1 **S**atis examinata est hæc quæstio inter Regnicolas nostrates sub illa difficultate, an vita, & militia debeat in linea collateralis, ut Nos etiam docebimus in *quæst. 21.* de linea collateralis, attamen nè casum in fonte derelinquamus, idè hæc quæstio posita est,
- 2 *10. Thom. Minad. conf. 1.* in causa Comitatus Aliani, & in *Const. Comitibus, in verbo filiorum, nu. 7.* allegando pro fratre minore, fuisse; refert decisum in fauorem D. Abbatis Carratæ secundogeniti; subditque quòd dicta decisio fuit res mirabilis omnibus, & in *d. Constit. dicit*, quòd antea nunquam fuit iudicatum subdens, quòd *Sigismund. Loffred. in sua paraphrasi feudal. vers. vel danda militia fratri, de inuest. de re aliena facta*, retulit ibi, ac transcripsit suas allegationes, eamque sententiam postea approbavit *Nicol. Ant. Gizzarell. decis. 37. nu. 13. cum seqq.* loquendo individualiter in successione auunculi, & nouissimè *Molfes. conf. 9. in princip. num. 6. 10. Mar. Nouar. ad Pragm. collect. 107. num. 18. 10. Baptista Thor. in verbo vita, & militia, tom. 1.* adeò ut hodiè super hoc puncto non solum habemus decisionem, sed legem ex-

- caream, ut dicit *Gizzarell. d. loco, sub num. 25. in fine*, quidquid dicat *Camill. de Medic. conf. 8. nu. 10. vers. 1.* Rationem decidendi & si nullam assignet *10. Ant. Capyc. in d. decis. 211.* referendo tantum nudam decisionem, tamen rationes per multas adducunt idem *Minad. d. conf. 1. & Loffred. d. loco, quas compendiosè resumit Gizzarell. d. loco, d. num. 13. ad 26.* quartum potior ratio est, quia isti nepotes succedendo in feudo auunculi, non debent considerari tanquam successores auunculi, sed considerantur tanquam descendentes à primo acquirente, ac uti succedentes primo acquirenti, sublata persona ipsius auunculi, quo casu cum finis in feudo Iuris Francorum per concursum primogeniti remanent exclusi secundogeniti, merito ratione exclusionis reportabunt vitam, & militiam, & ratio rationis est, quia primogenitura, ut dicit *Loffred.* hodiè est extensa etià ad lineam collateralem in succedendo in feudo Iuris Francorum; cum
- 4 sub illa voce, *Parentum*, comprehendantur omnes ascendentes tam masculini, quam feminini sexus, à quibus feuda iure sanguinis perueniunt, ut Nos toties diximus, & ita considerat *Minad. d. conf. 1. sub num. 51.* & sic non obstant quæ dixit *Camill. de Medic. d. conf. 8. nu. 13.* dicens, quòd male iudicauerunt Iudices illi tempore *Capycij*, dicendo, quòd hic casus successione auunculi non fuit comprehensus in *d. Constit. Comitibus*, dicendo, quòd Constitutiones uti stricti iuris non debent extendi etiam ad similia.
 - 5 Declarat tamen hanc decisionem in feudo auunculi *Nicol. Ant. Gizzarell. d. decis. 37. sub num. 96.* quòd processit potius ex aequitate Sac. Consil. quam de iure, dando vitam, & militiam, quia ex dicto feudo nil penitus retulerat secundogenitus, sed parcat mihi *Gizzarell.* nam dicta decisio processit de rigore iustitiæ, quia secundogen-

dogenitus in illo casu erat iam vocatus ad illius feudi successionem, sed quia per primogenitum fuit exclusus, merito ratione exclusionis fuit illi data vita, & militia, & sic non ex æquitate, sed ex iustitia processit dicta decisio.

6 Declara secundò, quòd si non apparet, quòd alij fratres in dicto casu habuerint vitam, & militiam, hoc non processit, quia non debebatur, sed processit, quia dicti fratres non egerunt ad illam consequendam, vt aduertit *Loffred. d. loco, in fine.*

7 Declara tertio, quòd vita, & militia debetur, etiam si esset Clericus, vt fuit Abbas Carrafa in dicto casu, nam erat Clericus, & habuit vitam, & militiam, vt aduertit *Minad. in d. Constitut. Comitibus, in verbo filiorum, nu. 7. & seqq.*

8 Sed quid in casu contrario, an auunculus primogenitus succedens nepoti ex sorore, excludendo auunculum secundogenitum, an illi dabit vitam, & militiam ex feudo nepotis? dicas, quòd auunculus secundogenitus exclusus ab auunculo primogenito debet habere vitam, & militiam, cum hac distinctione, si dictum feudum ad ipsum nepotem tanquam vocatum ex lege inuestituræ peruenit ab ascendente, à quo descendunt nepos, & ipsi auunculi, quia eo casu ipse auunculus non succedit nepoti, sed ipsi ascendenti, sublata tamen persona nepotis, & ideò succedendo ascendenti sub consideratione descendens comprehensum in inuestitura, & tanquam descendens comprehensum in inuestitura succedit in feudo Iuris Francorum, excludendo secundogenitum, merito ratione exclusionis auunculus primogenitus dabit vitam, & militiam ipsi auunculo secundogenito, vt Nos probauimus in patruo supra q. 18.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia debita secundogenitis in linea descendenti, an etiam debeat in linea collateralis, quando succeditur in feudo siue antiquo, siue nouo perueniente ex linea collateralis, siue æquali, siue inæquali. Magna fuit, & est quæstio, Negantium, & Affirmantium, opiniones, & rationes referuntur, & demùm concordantur, vt si vita, & militia fuerit habita ex feudo à fratribus per mortem patris, non possit denuò haberi per mortem fratris.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia an debeat in linea collateralis, magna fuit quæstio.
- 2 Affirmatiua ponitur opinio.
- 3 Negatiua ponitur opinio.
- 4 Rationes vtriusque sententia, remissæ.
- 5 Discordantium DD. opiniones de hac re concordantur.
- 6 Vita, & militia iterum non debetur in linea collateralis, quando secunda vice succeditur, & prima vice fuit præstita ex eodem feudo.
- 7 Vita, & militia debetur in linea collateralis quando succeditur, & nulla alia vita, & militia per prius fuerit præstita, & num. 10. & idem in ap-panagio Francorum.
- 8 Ratio diuersitatis inter has sententias ponitur, vt quando semel fuit habita vita,

vita, & militia, iterum non debeat prestari, ne feudum duplici onere graueur, & nu. 10.

9 Cap. Caroli Regis Cōsiderantes, sub tit. de proroganda success. Baronum, *amplius primogenituram, etiam in linea collateralis.*

11 *Secundogenitus in feudo nouo habet electionem vel petendi vitam, & militiam, vel partem pretij, & ita decisum.*

QVAESTIO. XXI.

Vitam, & militiam deberi secundogenitis per primogenitum succedentem in feudo Iuris Francorum proueniente ex ascendente, à quo feudo ipsi secundogeniti per primogenitum remanent exclusi, iam sat est conculcatum per *Constitutionem Regni Comitibus de success. Comit.* vt diximus supra, sed fuit dubitatum, an idem dicendum in linea collateralis, vtpotè quando plures filij in eodem gradu sistentes intendunt succedere in feudo vel cōmunis fratris, vel patris, vel auunculi, an in hoc casu primogenitus succedens, exclusis secundogenitis, teneatur illis dare vitam, & militiam.

1 Magna fuit quæstio, quæ Regnicolarum, & Siculorum torfit animos, & Iudicantium defatigauit vires, aded quod Iudicantes diuersis temporibus in diuersas iuere sententias, Tempore autem *Antonij Capycij* decisum fuit, deberi vitam, & militiam, vt ipse testatur *decis. 211.* Tempore autem *Nicol. Ant. Gizzarell.* fuit decisum non deberi, vt ipse testatur *decis. 37. in fine.*

Nos autem post terga tantorum messorum spicas recolligendo, conabimur has discordantes decisiones concordare, & vnicuique veram decidendi rationem assignare, quam non assignauit nec *Capycius*, nec *Gizzarell.* nec *Rouit.* locis infra allegandis.

2 Affirmant nonnulli dicentes, quod in linea collateralis debeat vita, & militia, vt ex Regnicolis nostris *Aff. in Constit. Comitibus, num. 21. & in cap. 1. num. 40. de nat. success. feud. Loffred. in sua Paraphr. feud. ad cap. 1. §. quid ergo, vers. vel dāda militia fratri, de inuest. de re alien. facta. fol. mihi 22. Io. Thom. Minad. consil. 1. num. 32. & seqq. & in repet. Const. In aliquibus, in verbo filiorum, num. 12. Io. Andr. de Georg. alleg. 9. nu. 21. Marta de iurisd. par. 4. casu 23. num. 20. cum seqq.*

Ex Siculis *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. num. 7. & de dote de parag. quæst. 23. Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 30. Io. Franc. de Ponte de potestat. Proreg. tit. de refutat. feud. sub nu. 41.*

3 Negarunt nonnulli dicentes, quod in linea collateralis non debeat vita, & militia, prout ex Regnicolis nostris *Nicol. Anton. Gizzarell. decis. 37. num. 28. Scip. Rouit. in Pragmat. 25. de feud. num. 49. & inter consulendo Camill. de Medic. cons. 8. Fab. de Ann. consil. 6. Scipio Theodor. allegat. 20. per totam, Iul. Cesar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 56. in verbo Parentum, & nouissimè D. Io. Bapt. Thor. solidioris doctrinæ I. C. par. 3. sect. 3. in verbo vita, & militia, fol. 420.*

Ex Siculis huius opinionis auctoribus docuerunt hanc sententiam *Blascus Lancea* mihi manuscriptus in cap. si aliquem, quæst. 20. *Ant. Cannetius* in eod. cap. si aliquem fol. mihi 376. quæst. incip. *At pulchra, & nodosa quæstio, Ioseph Cumia* ibidem in verbo *maritata, num. 431. ad num. 472.* vbi concludit pro negatiua sententia.

4 Rationes tam pro affirmatiua, quam pro negatiua sententia satis laboriosè tam affirmantium, quam negantium deduxit, ac eas adducit, iisque ad partes referendo respondet *Nicolaus Antonius Gizzarell. d. decis. 37.* idedque nos pertransibimus, ac ad eas remittimus curiosum, qui

alterutram vellet defendere opinio-
nem, & ad *Blasc. Lanc. & Cannelium*
supra allegatos, Nos autem pro no-
5 stris viribus, ac pro nostro instituto
conabimur has discordantium ien-
rentias foedere distinctionis concor-
dare, sic distinguendo.

6 Aut sumus in feudo, ex quo fra-
tres minores natu iam vna vice ha-
buerunt vitam, & militiam, puta si es-
set feudum peruentum ex commu-
ni parente in personam primogeniti,
qui iam soluerat vitam, & militiam
fratribus minoribus natu ob mor-
te patris, vel alterius, & postea mor-
tuo primogenito succedit secundoge-
nitus vti maior natu, tunc tertio-
genitus, qui iam percipit vitam, & mili-
tiam ex dicto feudo ob mortem pa-
tris, vel alterius, non potest praten-
dere aliam vitam, & militiam ex di-
cto feudo ob mortem primogeniti,
ratio est, ne idem feudum duplici onere
grauetur, cum ex eodem feudo non
debetur duplex vita, & militia eidem
filio, & ita processit decisio facta in
causa Marchionis Campanæ, nam
tertiogenitus iam ex eodem feudo
percipiebat vitam, & militiam ob
mortem patris communis, merito fuit
denegata alia vita, & militia ob mor-
tem communis fratris primogeniti.

7 Aut sumus in feudo peruento ad
primogenitum, ex quo secundogeni-
ti nullam perceperunt, nec percipiunt
vitam, & militiam, puta si esset feudum
peruentum ad primogenitum ex pa-
truo, vel auunculo, vel alio de linea
collaterali, siue transuersali in ascen-
denti, vel aliunde peruenerat ad di-
ctum primogenitum existentem in
eodem gradu successibili, in quo ad-
sunt etiam ipsi secundogeniti, qui ob
existentiam primogeniti excludun-
tur a successione dicti feudi, & tunc
in hoc casu ratione exclusionis, &
stante quod ipsi nullam habuerunt
vitam, & militiam, eis debetur vi-
ta, & militia, & ita procedit decisio
Ant. Capyc. 2. 11. nam in eo casu Dux

Mondragonis successerat in feudo
Eligij della Marra eius auunculi, ex
quo secundogeniti nullam, nec vn-
quam praeceperant vitam, & militiam,
& tamen quia isti secundogeniti erant
successibiles in gradu, sed in concur-
su primogenitus praeferbatur, illos
excludendo, merito ratione exclusio-
nis fuit praestita vita, & militia in ca-
su *decis. Capycij* dicto secundogenito.

8 Hanc diuersitatis decidendi ratio-
nem videtur assignare *Io. Andr. de
Georg. allegat. 9. num. 21. & 22.* dicens,
*tertio quod adeo est debita vita, & mi-
litia secundogenito super feudis, a qui-
bus excluditur, quod ei competit etiam
in successione collaterali, in quibus ante
Constitutiones praedictas succedebant
secundogeniti, Minad. cons. 1. Capyc. de-
cis. vlt. in eadem causa, & licet prioribus
temporibus fuerit decisum contrarium
in causa Marchionis Campanæ, pro
quo scripsit D. Consiliar. de Ann. in
cons. 6. tamen redditur ratio differentia,
cum in causa dicti Marchionis, frater
tertiogenitus habuit vitam, & militiam
in dicto feudo paterno a primogenito
fratre, quo defuncto successit secundoge-
nitus, a quo petebat super eodem feudo
idem tertio genitus aliam vitam, & mi-
litiã, & sic ne duplici onere grauaretur
idem feudum, quam credo fuisse ra-
tionem nouissima decisionis. Hæc Io.
Andr. de Georgio, & ante ipsum Fa-
bius de Ann. d. cons. 6. num. 23. dicens,
ex quo sequitur, quod quamuis Loffred.
Capyc. & Minad. in quibus principali
contrarium tenuerint, nihilominus no-
stra conclusioni non repugnat, si quidem
in eorum casu super feudo non debeba-
tur alia vita, & militia, sed de ipsa sol-
uenda prima vite agebatur. Hæc Fab. de
Anna, prout sic affirmare videtur Ni-
col. Ant. Gazzarell. d. decis. 37 sub n. 96.
dicens, & tandem dicit, quod ex equi-
tate, & pietate Sac. Cons. dedit vitam,
& militiam fratri secundogenito in illo
casu, quia secundogenitus nil penitus re-
tulerat ex bonis, & successione Comitum
Aliani auunculi, & credendum est,
Sac.*

Sac. Conf. ex aequitate potius (si potuit) id iudicasse, hæc Nicol. Ant. Gizzarell. sequitur Io. Mar. Nonar. ad Pragmat. 21. de feud. collect. 107. num. 17. in parua impressione, Io. Baptista Thor. in p. par. compend. decis. in verbo vita, & militia, fol. 378. col. 2. vers. quinto, in ultima impress. ann. 1620. Horat. Montan. in Suprad. Ducatus, sub nu. 105. de prohib. feud. alien. per Frideric. & sic remanet firma, & indubitata conclusio, quod in linea collateralis debeatur secundogenito, vel tertio genito vnica vita, & militia, quando ex dicto feudo constat, non fuisse solutam aliã vitam, & militiam, & ratio principalis, & vera est, quia eadem ratio exclusionis, quæ militat in linea descendenti, militat in linea collateralis, Afflicti. in d. cap. 1. num. 40. de nat. success. feud. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. sub num. 41. dicens, quod Constit. Comitibus fuit communiter intellecta, etiam in linea transversali, quicquid dicant contrariæ partis auctores, attendenda etiam dispositione cap. 9. Regni Caroli 2. Considerantes, sub tit. de proroganda success. Baron. ibi primogenitura, ac masculini sexus prerogatiua seruata, arguendo sic, ius primogenituræ in feudis Iuris Francorum efficit, vt primogenitus excludat secundogenitos, cum onere dandi illis vitam, & militiam, vt in Constit. Comitibus, sed hoc ius primogenituræ in successione collateralium fuit statutum etiam in linea collateralis per dictum capitulum Considerantes, Loffr. in paraphrasi feudali, vers. vel danda militia, tit. de inuestitur. de re alien. facta, ergo primogenitus, siue secundogenitus occupans locum primogeniti succedens in feudo collateralis, quo casu vt primogenitus excludit secundogenitos, merito tenetur etiam illis dare vitam, & militiam ex dicto feudo, à quo aliter non fuerunt exclusi nec vllam vitam, & militiam habuerunt.

Sic ergo totalis, & fundamentalis

ratio, ac vis præsentis conclusionis in deferenda vita, & militia in linea collateralis, quod semper, quod primogenitus succedit in feudo Iuris Francorum vt vocatus ex lege Regni, vel inuestituræ, semper etiam, & simul sunt vocati ipsi secundogeniti, si qui sunt in eodem gradu successibili, sed postea primogenitus in concursu illis præfertur ratione ætatis, & sic primogenituræ excludendo ipsos secundogenitos, quæ exclusio tribuit ipsis secundogenitis ius petendi vitam, & militiam ex dicto feudo, ex quo per primogenitum in concursu semel fuerunt exclusi, Loffred. in d. paraphrasi feudali, vers. vel danda vita, vt supra, & alij, quos allegat Mastrill. decis. 85. num. 14. & nec aliam vitam, & militiam habuerunt, vt in casu decisionis Capye. At verò quando secundogeniti, vt supra semel fuerunt exclusi per primogenitum à feudo, de quo prætenditur vita, & militia, & illam semel ipsi secundogeniti habuerunt, tunc si euenit alius casus succedendi in eodẽ feudo, & petendi etiam ex illo vitam, & militiam ratione dictæ exclusionis, tunc non tenetur ipse primogenitus aliam iterum dare dictis secundogenitis, & ita processit casus Marchionis Campanæ, non quod forsitan non deberetur in isto casu propter eandem rationem exclusionis, sed ex alia ratione, nè feudum vnum grauetur duplici onere duplicis vitæ, & militiæ ad beneficium eiusdem personæ, Fab. de Ann. consil. 6. num. 22. & seqq. Theod. alleg. 20. num. 39. quæ duo onera super eodem feudo abhorrentur in iure feudali, vt diximus de duplici releuio eodem anno, & de adoha, & releuio eodem anno, vt in tract. de Iure Releuij, par. 2. quæst. 15. num. 27. & 40. & de Iure Adoha quæst. 13. per totam, & in hac opinione residet Horatius Montan. d. loco, num. 108. in fine.

Amplia hæc conclusionẽ procedere etiã in appanagio de cõsuetudine Fran-

Francorū, vt vnicū tantū, & nō duplex appanagium debeat, ita docet *Gulielm. de Monteferrato de success. Regum Franciæ, dubio 3. num. 1.*

- 11 Quæ omnia sunt intelligenda in feudo antiquo, sed quid in feudo nouo? & tunc in feudo nouo, siue empto, siue nouiter quæsito secundogenitus habet electionem petendi vel vitam, & militiam, vel portionem pretij, quo fuit emptum feudum, ita *Loffred. in paraphras. feud. S. præterea Ducatus, sub vers. & ad id, quod dicitur, de prohib. feud. alien. per Frider. Io. Thom. Minad. in repet. Constit. In aliquibus, sub num. 30. de success. filiorum Comit. Reg. Rouit. in Pragm. 25. de feud. num. 17. cum seqq. Iul. Casar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. num. 48. referens* * decisionem in causa Magnifici Fabij Sanfelicii cum eius fratribus secundogenitis, iunctis Anlis. Actuario de Felice, *Petr. Garfias decis. 11. incipit sicut, & vide quæ dico infra q. 27. per totam.*

ARGUMENTVM.

Vitæ, et militiæ, et paragij quantitas inter nepotes, neptesq; et patruos, et amitas an sit liquidanda in stirpes, vel in capita, et resoluitur liquidationem esse faciendam in stirpes, et non in capita.

SVMARIA.

- 1 *Vita, & militia, & paragium in amitis, & patruis, & nepotibus masculis, & feminis taxatur in stirpes, & non in capita, & nu. 2. 8. 9. & sub nu. 10.*
 3 *Vita, & militia, & paragium circa taxationem iudicantur vt legitima, & deciso refertur.*

- 4 *Vita, & militia taxatur de fructibus feudi.*
 5 *Vita, & militia, & paragium successio loco portionis feudi ad filium spectatis de Iure Francorum.*
 6 *Paragium in filia maritanda potest taxari ultra legitimam vsque ad virilem.*
 7 *Paragium in filia maritata non excedit legitimam.*
 10 *Contrà decisionem finalē Capyc. Regnicola nec quidquam audent attentare.*
 11 *Legitima in linea transversali liquidatur in stirpes, & non in capita.*
 12 *Nepotes succedentes auo cum patruis, succedunt in stirpes de iure communi feudorum, & nu. 13.*

QVÆSTIO. XXII.

Fuit mihi transmissus è Regno Siciliae ultra Pharum sequens articulus, vt meam super illo interponerem sententiam.

- 1 . . . Baro plura possidens feuda in Regno Siciliae ultra Pharum, in quibus Iure Francorum viuitur, vt masculus foeminae, & maior minori præferatur, procreauit sex filios, tres masculos, & tres foeminas, ex quibus masculis primogenitus vxoratus est in vita patris, & quinque filios procreauit, duos masculos, & tres feminas, mortuus est primogenitus in vita patris feudatarij, quo deinde mortuo, relictis dictis filijs ex suo corpore, & nepotibus ex dicto suo primogenito. . . .
 . . . Nepos primogeniti superstitis ex dicto filio præmortuo vigore capitulorum Siciliae successit auo, iam dudum morienti, superstitibus patruis, & amitis, respectu dicti nepotis superstitis, & superstitibus nepotibus, & neptibus respectu dicti aui, sed respectu nepotis primogeniti successoris sunt fratres, & sorores. Quæritur de modo taxationis vitæ, & militiæ, & paragij inter amitas, patruos, & nepotes, & neptes.

Præ-

Præterdunt fratres, & sorores nepotis, qui ultimo loco successit in feudis aui contrâ amitas, & patruos, quòd vitæ, & militiæ, ac paragij liquidatio sit facièda in capita, & non in stirpes.

VOTVM.

- 2 Liquidationem vitæ, & militiæ, ac paragij in articulo proposito esse faciendam in stirpes, & non in capita, attento numero filiorum, iuxtà *auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* indubitanter concludimus, quæ conclusio probatur demonstratiuo medio. Vita, & militia, ac paragium circa taxationem iudicantur in omnibus secundùm legitimam, & secundùm illam taxantur, scilicet vita, & militia habito respectu ad fructus, & paragium ad valorem feudi, *Andr. in Constit. Comitibus passim, Anton. Cappyc. decis. vltima in fine, qui n. 3. testatur, ita seruari, Io. Thom. Minad. consil. 2. num. 5. Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 7. n. 4. & in tract. de dote de paragio, quæst. 28. cum tribus seqq. Io. Franc. de Ponte cons. 79. nu. 1. ad 11.*
- * & secundùm supradicta fuisse decisum refert postea *Vincent. de Franch. decis. 61.* qui alios allegant, dixi supra *quæst. 6.* latissimè, vita enim, & militia taxatur de fructibus feudi, non autem de feudo, nè feuda ex diuisione reducantur ad nihilum, & familiæ depauperentur, seruato more Francorum, argumento *tex. in cap. imperialem, S. praterèa Ducatus de probib. feud. alien. per Frideric.* & Nos plenè in hoc tractatu, nè totiès idem transcribamus, sitque liquidatio prædicta iuxtà redditus feudales existentes tempore mortis feudatarij, argumento *text. in d. auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* & Nos latè supra *d. quæst. 6.* & alibi.
- 5 Quod paragium, ac vita, & militia secundùm veriorè opinionem, Feudistarum Regnicolarum, & Sicularum, de qua Nos supra *quæst. 3.* successit loco portionis feudi debita secundogenitis vt filijs de iure com-

- muni feudorum, ex dispositione *cap. omnes filij, si de feud. defuncti*, vt latè etiam probat *Octavianus Bammacar. in d. cap. omnes filij*, licèt in paragio non possit terminari certa quantitas, vt Nos in *tract. de Iure Adobæ, quæst. 25. 26. & 27.* & nouissimè *Io. Bapt. Thor. in verbo paragium, par. 1. compend. decis. Neap.* quia in filia maritanda transcendere solet legitimam vsque ad virilem, vt pari nubat, ex doctrina *Andr. de Isern. in d. Const. Comitibus.* In maritata autem nunquam excedit legitimam, vt post alios *Io. Franc. de Ponte cons. 45. num. 6.* & licèt in prædictis, vt modò dixi, còcordent Neapolitani, & Siculi, fuit tamen dissentio inter *Blasium Lanza in cap. si aliquem, quæst. 21.* mihi manuscriptum, quem sequitur *Io. Cònnetus fol. 226.* & inter *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. nam. 7. & de dote de paragio, quæst. 23. & Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. nu. 30.* & Nos in hoc tract. de vita, & militia, *quæst. 21. vers. nos autem post terga sanctorum, &c. An in linea collateralis successione debeat vita, & militia, ac paragium.*
- 9 Quæ Sicularum dissentio adest terminata in Regno nostro per *decisionem Ant. Cappyc. finalem*, quam omnes Regnicolæ sequuntur, nec audent quidquam contrâ eam attentare, inquit *Camill. Salern. in Consuet. Quod si aliquis, sub tit. de aliment. præstand.* prædictaque dubitatio ad casum istum, de quo agitur, non applicatur, remanet ergò fundata maior propositio argumenti, quòd liquidatio vitæ, & militiæ, & paragij fieri debet iuxtà legitimam, & ita taxatur, & sic seruatur, ac iudicatur passim, inquit *Cappycius d. decis. final. num. 3.*
- 11 Sed loco minoris argumenti deducendum est, sed liquidatio legitime fit in stirpes, & non in capita, & nepotes nati ex filio in successione, aui representant eorum patrem, quando cùm patruis concurrunt, ex *sex. in auth. de triente, & semisse, cap. 4. S. neque*

que illo, ibi, non enim excipimus. ut-
rius nepotes, qui ex filio paternis am-
accrescunt, ut illi quidem integram ac-
cipiant partem, quantam eorum accipe-
ret pater vivens. &c. ergo probata re-
manet conclusio supra firmata pro
patruis, & amitis, estque de mente
*Andr. de Ifern. in repet. Const. Comiti-
bus, col. penult. vers. verum quia casus
nouis.*

12. Constatmatur supradicta conclu-
sio, quia de iure communi feudorum
nepotes plures concurrentes cum
patruis ad successionem aui in feudis
vocantur vna cum patruis in stirpes,
& non in capita, secundum *glos. in
cap. 1. de natur. success. feud. in verbo so-
lus*, & ibi *Jacob. de Beluis*. & latissime
*Jacob. Aluar. num. 6. vers. quid autem
si essent plures nepotes*, probatur in *cap.
1. de success. feud. ibi succedunt tantum
filij equaliter, vel nepotes ex filio loco
patris sui*, & ex eo text. hoc ibi notat
Bald. nu. 3. vers. secundo nota, qui Do-
ctorem non allegat in hoc articulo
contradictentem. In alio tamen arti-
culo fuit contentio, quando concur-
runt nepotes nati ex pluribus fratri-
bus absque patruis, vtrum tunc in
capita, vel in stirpes admittantur, &
in hoc fuit Doctorum varietas, quos
Bald. refert, & quia non est casus, de
quo agitur, ideò non insistendum.

13. Probatur etiam in *cap. 1. §. fin. de feud.
March. & cap. 1. de success. frat. &c.*
ibi his verò deficientibus vocantur pri-
mo fratres cum fratrum premortuorum
filij, & ibi *Andr. de Ifern. Bald. Lau-
dens.* & alij, quos cumulat *Tiraquell.
de iure primog. quest. 40. num. 20. Di-
dac. Couarr. practicar. quest. cap. 38.
num. 13. Aluar. Valasc. de iure emphy-
teut. quest. 50. num. 1. post Cartium*,
& alios, *Harthm. Pistor. quest. feud. 22.*
sed in locum istius feudalis portio-
nis, & successionis delatae per ius cõ-
mune feudorum, Cõstitutiones vtrius-
que Regni Siciliae *Comitibus, & In-
aliquibus* deferunt masculis vitam, &
militiam, & feminis paragiũ, vt Nos

probauimus supra *quest. 3. & Minad
conf. 1.* ergo idem modus succedendis
& diuidendi in stirpes, & non in ca-
pita fieri debet in paragio, ac vita, &
militia, quia subrogatum in omni-
bus, & per omnia sequitur naturam
eius, in cuius locum est facta subro-
gatio, quod apud me maxima est de-
monstratio, & ita pro nunc essem vo-
ti, Aduertas lector, quòd in hoc voto
aderat pleniores iuris allegationes,
sed eas remisi ad hunc tractatum, nè
tot vicibus viderer illas ponere.

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an debeat pro-
nepotibus secundogenitis à
pronepote primogenito suc-
cedente in feudo patruis ma-
gni, & distinguitur de feudo
antiquo communis ascendē-
tis, vt quia succeditur, ideò
debetur vita, & militia, secus
in feudo nouo, vt quia non
succeditur, non debeat vi-
ta, & militia, & quid in auun-
culo magno, resoluitur idẽ.

S V M M A R I A.

- 1 *Linea collateralis consideratur duplici-
ter, equalis, & transuersalis.*
- 2 *Pronepos primogenitus succedens in feu-
do patruis magni excludendo secun-
dogenitos, dabit illi vitam, & mili-
tiam, à nu. 4.*
- 3 *Pronepos primogenitus de iure commu-
ni ex lege inuestiturae pro te, & de-
scendētibz ex sanguine non succe-
dit in feudo nouo patruis magni, nu. 5.*
- 6 *De iure Regni Neapolitani ex gratia
Regis frater fratri succedit in feudo
nouo.*

Pronepos non subingreditur locum nepotis eius patris ad finem succedendi patruo magno.

Subingressio non datur ultra fratrum filios. sub num. 7.

- 8 *Patruus magnus maior natu succedens in feudo pronepotis dabit vitam, & militiam patruo magno minori natu. & num. 9.*

QVAESTIO. XXIII.

1 **E**T quia linea collateralis potest dupliciter considerari. Primò, quando plures sunt coniuncti à latere equaliter, putà fratres, vel sorores. Secundò, quando sunt coniuncti à latere non equaliter, sed è transuerso, putà à latere in ascendenti, vel descendenti, & sic linea collateralis æqualis, vel inæqualis. De linea collateralis æquali diximus in præcedenti, nunc de inæquali, de qua etiam nonnulla diximus in præcedenti *quæst. 22. nu. 21.* Propterea nonnullos casus cõsiderabimus, Et primò pone, quòd si esset patruus magnus habens feudum, qui habebat fratrem, qui habebat filium, qui habebat nepotes, & mortuo eius fratre, ac eius nepote relictis pronepotibus, an hoc casu de feudo patruu magni dabitur vita, & militia secundogenitis?

2 Pro cuius resolutione considerandum est, an pronepos primogenitus possit succedere in feudo patruu magni, eò q̄ feudũ istud in persona patruu magni erat antiquum, vt quia ad ipsum peruenisset ex ascendenti iure successionis, vel alia de causa, spectante ad ipsum patruũ magnum vti ascendente, putà legato, vel refectione ab ipso ascendente facta. Aut secundo casu feudum istud in persona patruu magni esset nouum, & ab ipso acquisitum, putà emptione, vel concessione in forma communi pro te, & descendenti ex corpore.

4 Primo casu, si isti pronepotes vt descendentes de sanguine primi ac-

quirentis sunt comprehensi in prima inuestitura, tunc possunt succedere in feudo patruu magni, meritò secundogenitis debetur vita, & militia, ex ratione vulgata, quia dum omnes sunt successibiles, & succedunt, sed primogenitus in concursu præfertur in succedendo, illosque excludit, meritò ratione exclusionis debetur illis vita, & militia à primogenito.

5 Aut secundo casu, si feudum esset nouum, & tunc quia isti pronepotes non descendunt ab ipso acquirente, ideò non succederent, meritò non habebunt vitam, & militiam. Bene-

6 verum est, quòd in feudo nouo ex gratia Regis facta Baronibus Regni nostri frater succedit fratri in illo hodiè, & per consequens nepos

7 subingreditur locum patris, at in casu nostro adest difficultas, nempè quòd obstat subingressio, quia necesse esset, quòd pronepotes subingrediantur in locum patris, qui esset nepos respectu patruu magni, & sic essent duæ subingressiones, repugnante iuris præcepto ex *auth. fratrum filij*, vt subingressio non detur ultra fratrum filios, quod procedit etiam in feudi successionem, vt docet *Io. Franc. de Ponte lect. feudal. 12. num. 19.*

ideòque si admitteremus, quòd isti pronepotes succederent patruo magno in feudo, daremus duas subingressiones, nempè pronepotes subingredi in locũ nepotis, & nepotè subingredi in locum patris, & sic aui fratris patruu magni, repugnante dicta iuris regula, quòd subingressio non transcendit nepotes, & sic non datur ultra fratrum filios, ideò gratia ipsa de succedendo in feudo nouo, non opitulatur in hoc casu, ratione dicta difficultatis, nempè duplicata subingressionis non concedendæ, sed bene non excluduntur petere partem pretij, iuxta ea, quæ diximus supra *q. 17. vers. resolu.*

8 Sed quid si esset auunculus magnus frater auiæ, an idem sit dicendum,

dum quod diximus de patruo magno? dicas quod ex identitate rationis dicendum est idem, quia si datur successio pronepotum, datur concursus illorum, & in concursu prælatio primogeniti excludentis secundogenitos, merito data exclusione secundogenitorum ex prælatione primogeniti, datur vita, & militia ad fauorem exclusorum, iuxta rationem à nobis toties repetitam, stante quod hodiè cessantibus masculis, sexus femineus, & ab eo descendentes sunt habilitati ad successionem feudi, iuxta Constitutiones, Capitula, & gratias Regno nostro per Reges factas.

Alia de patruo magno circa vitam, & militiam vide supra *quæst.* 19.

9 Quid autem in casu contrario, si esset pronepos, qui decederet relictis duobus patruis magnis, ex quibus esset maior natus, & minor natus, an hoc casu debeatur vita, & militia in linea collateralis inæquali in ascendenti?

Resolue ex supradictis de patruo magno cum eadem distinctione, si feudum esset antiquum, siue nouum, quia eadem est ratio, merito idem ius statuendum, ideòq; semper quod primogenitus concurrat ad successionem feudi cum secundogenitis, & ipsos se præferendo, excludit, dabit vitam, & militiam secundogenitis exclusis, vt ex *Andr. de Isern. in d. Const. Comitibus* toties diximus, estque vt supra, communis vox Regnicolarum nostrorum, & vide quæ diximus supra *q. 22.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur nepotibus secundogenitis per nepotem primogenitum succedentem in feudo patrum,

dubitatur, & resoluitur deberi. Ponderatur *Constit. Comitibus*, habere locum etiam in linea collateralis, Et quid si ex nepote præmortuo adessent filij, an debeant habere vitam, & militiam spectantem ad dictum nepotem eorum patrem, si viueret.

S V M M A R I A.

- 1 Primogenitus succedens patruo an dabit vitam, & militiam nepotibus secundogenitis, & resoluitur nu. seqq. & ampliatur nu. 9.
- 2 *Constit. Comitibus* non loquitur de feudo patrueli, sed in linea descendenti, num. 4.
- 3 Patruus non tenetur dare legitimam nepoti, ideò nec vitam, & militiam.
- 5 Nepos primogenitus succedens in feudo patrum dabit vitam, & militiam nepotibus secundogenitis.
- 6 Nepos succedens in feudo patrum, succedit cum suis appendicijs, & oneribus feudalibus.
- 7 Nepos succedens patruo in feudo dicitur succedere ascendenti acquiritori, sublata persona patrum, & ideò dabit vitam, & militiam secundogenitis.
- 8 Nepotes secundogeniti succedunt in feudo Longobardorum, secus in feudo Francorum, merito habebunt vitam, & militiam.
- 10 Patruus primogenitus succedens nepoti dabit vitam, & militiam patruo secundogenito de feudo perueniente ex communi ascendente.
- 11 Patruus excludens nepotem ex primogenito (secundum unam opinionem) dabit vitam, & militiam nepoti excluso.
- 12 Femina non præterit vitam, & militiam ex persona patris, sed bene potest annatas decursas.

QVAESTIO. XXIV.

1 **I**Am diximus de patruo magno, quid de patruo ipso simplici, an nepos primogenitus succedens patruo in feudo teneatur dare vitam, & militiam fratribus secundogenitis? & videtur dicendum, quod non debeat vita, & militia.

2 Primò, quia ipsa *Constit. Comitibus*, ex cuius munificentia præstatur vita, & militia, non loquitur de feudo patrueli, sed loquitur de feudo paterno, ibi *bonis paternis*, sed feudum patruale non est feudum paternum, ergò non debet includi, & sic non debetur vita, & militia, ita considerat *Matth. de Aff. in cap. 1. sub num. 40. de natur. success. feudi*, *Minad. consil. 1. num. 29. vers. iterum*, *Nicol. Ant. Gazzarell. dec. 37. nu. 36.*

3 Secundò, quia vita, & militia secundum vnam opinionem succedit loco legitimæ, sed patruus non tenetur dare legitimam, ergò neque vitam, & militiam nepoti, quia est transuersalis, *l. fratris, C. de inoffic. testamen. ita considerat Aff. d. loco, vers. secundò*, *Minad. consil. 1. num. 31. Gazzarell. d. loco, n. 37.*

4 Tertiò, quia *Constit. Comitibus* fuit interpretata, & intellecta in linea ascendenti, vt post *Petr. de Monteforte in dicta Constitut. Comitibus* docet *Gazzarell. d. decis. 37. sub num. 38. in fine, vers. & hanc Constitutionem*, & alias rationes in linea collateralis, quod non debeat vita, & militia, allegant *Blaschus Lancea* mihi manuscriptus in *cap. volentes, q. 2. 1. vers. sed iuxta prædicta* quæro, *Ioannes Cænetius in eod. cap. volentes, quæst. incip. At pulchra, & nodosa quæstio, fol. mihi 326. Ioseph Cumia in d. cap. volentes, à num. 45 1. cum seqq. Nicol. Ant. Gazzarell. d. decis. 37. num. 28. cum sequentibus.*

5 Attamen contrarium est verius, & ita in praxi seruatur in Regno nostro, vt nepos primogenitus succedens

patruo in feudo antiquo proueniente ex communi ascendente, teneatur dare vitam, & militiam nepotibus secundogenitis, hanc sententiam docuere *Matth. de Aff. in d. cap. 1. de natura success. feudi, sub num. 40. vers. sed in contrarium est veritas*, quam sequuti sunt *Minad. d. consil. 1. num. 53. & seqq.*

6 Rationem assignant, nam etsi nepos succedit patruo, tamen succedit cum suis appendicijs, & oneribus, inter quæ est vita, & militia danda fratribus, ita considerat *Afflic. d. loco, circa medium numeri, vers. item pro hoc facit, & vers. item si Iure Francorum.*

7 Alia ratione ex *Andr. de Ifern. in Constit. Vt de success. feudi, vers. idè apparet*, quia sicut nepos succedit patruo, ita patruus, qui est in linea ascendenti transuersali, & coniunctus nepoti, *S. tertio gradu, in verbo ex transuerso, & in S. quarto gradu, Institut. de gradibus*, succedit similiter nepoti vt coniuncto, quia licet patruus sit in linea ascendenti transuersali, tamen quado succedit nepoti, non succedit sub illa consideratione, quod est ascendens nepotis, neque quod sit feudum nepotis, sed sub illa consideratione, quod sit persona comprehensa in inuestitura primi acquirentis, ita etiam nepos consideratur vt persona descendens à primo acquirente, & idè comprehensa in inuestitura, quod fit, vt sublata de medio persona patruus, qui impediabat nepotem, nunc ipse nepos succedat in feudo ipso sub consideratione, quod sit feudum proueniens ex communi ascendente, non autem ab ipso patruo, vt concludit *Andr. d. loco, idèdque dum succeditur primo acquirenti, succeditur vt in bonis communis parentis, vt Nos totiès diximus, & sic tenetur ad vitam, & militiam, quia in feudo antiquo, habito respectu ad primum acquirentem, omnes dicuntur ab ipso descendentes, vt considerat Franc. Curtius de feudis, 18. quæst. vers. primi effectus*, quæ ad casum nostrum

- allegat, & ita considerat *Io. Thom. Minad. d. consil. 1. num. 53.*
- 8 - Item alia ratione, quia si hoc feudum esset iuris Longobardorum, non nè succederent secundogeniti, & haberent partem in illo, sed dum est iuris Francorum, non nè excluduntur secundogeniti à primogenito? certè excluduntur, meritò ratione exclusionis debent secundogeniti habere vitam, & militiam, ita considerat *Gizzearell. decis. 37. nu. 12.* & hanc sententiam in feudo auunculi docuit etiam *Loffred. in sua paraphrasi feudal. cap. 1. S. quid ergò, de inuest. de re alien. fact.* & Nos diximus supra in *q. 21. de linea collateral.*
- 9 - Nec obstant in contrarium adducta, ijs enim respondent *Affliet. Minad. & Gizzearell. locis citatis.*
Quam conclusionem declaro primò, vt procedat, siue iste nepos sit filius fratris secundogeniti, & succederet fratri primogenito eius patruo, siue sit filius fratris primogeniti, & succederet patruo secundogenito, dummodò feudum peruenisset ex communi ascendente, quia si esset feudum nouum in persona patruo, tunc consideranda sunt quæ dicemus infra de feudo nouo, *q. 27.*
- 10 - Declaro secundò, quòd si moreretur nepos superstite patruo primogenito, & patruo secundogenito, an patruus secundogenitus exclusus à successione dicti feudi per ipsum patruum primogenitum habebit vitam, & militiam? dicas, quòd ei debetur ex eadem ratione, quam diximus in nepote, nempe exclusionis à feudo, & dummodò aliam vitam, & militiam non habuerit à dicto feudo, habita etiam consideratione, si esset feudum nouum, vt in *d. q. 27.* diximus.
- 11 - Declaro tertio, pro illis partibus, in quibus recepta est opinio, quòd patruus excludit nepotem, vt teneatur illi dare vitam, & militiam, vt affirmauit *Petr. de Gregor. de Vita, & militia, q. 5. nu. 10. & de concess. feud. p. 7. n. 14.*
- 12 - Declaro quarto, quòd si feudum perueniret ad patruum ex causa fideicommissi ob mortem nepotis superstite sorore, quæ post mortem fratris prætenderet legitimam super bonis fraternis, habito respectu etiam ad feudum, & sic si vellet prætendere vitam, & militiam ex persona fratris mortui, tunc in hoc casu fuit decisum per Sac. Conf. teste *Cappajo decis. 2. in fin.* quòd talis soror non possit prætendere vitam, & militiam ex persona fratris defuncti, quia illa fuit extincta in morte dicti fratris, nec transmittitur ad venientes ab intestato, *Nicol. Ant. Gizzearell. decis. 36. n. 14. Vinc. de Fräch. decis. 543. n. 3. Rouin. in Prag. 25. de feud. n. 4. Io. Andr. de Georg. alleg. 21. n. 43.* sed benè annatæ non perceptæ, & maturatæ in vita fratris transmittuntur ad eius hæredes, non tanquam vita, & militia, sed tanquam fructus maturati, & debiti in eius vita, vulgaris iuribus, & Nos diximus *quest. 18.*

ARGUMENTVM:

Vita, & militia an debeatur secundogenitis ex feudo, in quo succedit primogenitus ex pacto, & prouidentia, excitatur quæstio, & considerata eadem exclusionis ratione in feudo hæreditario, & in feudo ex pacto, & prouidentia, affirmatur deberi vitam, & militiam, Et variæ considerationes ponuntur in feudo ex pacto, & prouidentia circa debitum vitæ, & militiæ.

S V M M A R I A.

- 1 Feudi ex pacto, & providentia genus elucet inter alia feuda.
- 2 Vita, & militia an debeatur in feudo ex pacto, & providentia, dubitatur, & resolvitur deberi, n. 3.
- 3 Exclusio secundogenitorum à feudi successione consideratur etiam in feudo ex pacto, & providentia.
- 4 Feudum ex pacto, & providentia non gravatur per successores, sed benè gravatur oneribus feudalibus, vt vita, & militia, & dote de paragio.
- 5 Propositio illa, quòd vita, & militia successit loco portionis hereditaria in feudo, intelligitur non solum in feudo hereditario, sed etiam in feudo ex pacto, & providentia.
- 6 Feudum ex pacto, & providentia dupliciter consideratur quoad debitum vita, & militia simpliciter, & quatenus est Iuris Francorum, & declaratur tex. in cap. licet, de voto.

QVAESTIO. XXV.

- 1 **E**T quia feuda sunt multiplicis generis, inter quæ elucet genus illud, quod feudorum Magistri appellant ex pacto, & providentia, de quo vltra *Marin. Freccia lib. 3. de subfeud. titul. de different. inter feud. hered. & ex pacto, & Io. Thom. de Marin. de generibus feud. tit. de feud. ex pacto, & provident.* nouissimè edidit solemne tractatum *Carolus à Kbirchibergb Passauiensis in suo discursu de feud. ex pacto, & provident.* idèò potest dubitari, quòd ex hoc feudo non
- 2 debeatur vita, & militia, quia ratio inductiua vitæ, & militiæ est exclusio secundogenitorum per primogenitum concurrentem in feudi Iuris Francorum successione, & idèò dum concurrente excludit, meritò ratione exclusionis dabit vitam, & militiam, quæ ratio videtur cessare in feudo ex pacto, & providentia, quia

secundogeniti, & primogenitus non còcurrunt in dicti feudi ex pacto, & providentia successione, cum à principio concessionis fuit vocatus ipse primogenitus, & ipsis primogenitis fuit concessum, vel aliàs, vt in pacto concessionis, & sic secundogeniti non videntur esse in consideratione, meritò nullam debent habere vitam, & militiam.

- 3 Attamen in còtrarium est veritas, vt secundogeniti debeant habere vitam, & militiam ex feudo ex pacto, & providentia, ex eadem ratione exclusionis à feudo Iuris Francorū, quā in alijs feudis, putà antiquis, & hereditarijs considerauimus, quippè hæc ratio exclusionis licet non consideretur hodiè, & sic tempore successionis, tamen fuit considerata tempore concessionis feudi Iuris Francorum ex pacto, & providentia, quia concedens prætulit ipsam primogenituram, idèò præferendo primogenitum, excludit secundogenitos, meritò habebunt vitam, & militiam ratione dictæ exclusionis consideratæ in ipsa concessionis, siuè constitutione feudi, cum pacto, quòd feudum vadat de primogenito ad primogenitum, sicq; vides, quòd dum militat exclusio, meritò vita, & militia debetur. Hanc sententiam, sed sine hac ratione docuerunt *Marin. Freccia de subfeud. lib. 3. titul. de different. inter feud. ex pacto, & provident. different. 3. circa medium*, dicens, quòd licet feudum ex pacto, & providentia in persona
- 4 successoris non afficiatur damno prædecessoris sui, tamen transit ad successorem cum illis oneribus, quæ procedunt ex natura, & regula feudi, vt est dare dotem sorori, militiam fratri, & ad alia, ad quæ etiam teneretur Dominus, si feudum ad ipsum perueniret, *Fab. de Ann. cons. 6. num. 16. volum. 1. dicens*, quòd non est dubium, quòd sicut vita, & militia debetur de

- 5 feudo hæreditario, ita etiam debetur de feudo ex pacto, & prouidentia, asserendo, quòd summus ille feudista. *Andr. de Ifern.* incidisset in errorem, si sub illa propositione, quòd vita, & militia successit loco portionis hæreditariæ, intellexisset, quòd solùm in feudo hæreditario debeatur vita, & militia, ita *Camill. de Medic. consil. 8. num. 25.* dicens, quòd sicut vita, & militia debetur de feudo hæreditario, ita etiam debetur de feudo ex pacto, &c. *Iul. Cas. Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. sub num. 44. & 45.* qui declarat hanc conelusionem, & perspicaciter Nos
- 6 admonet, cõsiderando, quòd feudum ex pacto, & prouidentia potest dupliciter considerari, aut consideramus feudum ex pacto, & prouidentia simpliciter, aut consideramus feudum ex pacto, & prouidentia, quatenus sit Iuris Francorum, in primo casu, quia totum feudum est legitima primogeniti, & tunc non debetur legitima secundogenitis, meritò nec vita, & militia, & ita intelligitur dictum *glos. in cap. licet, de voto, Capyc. decis. 2. nu. 2. vers. dictum est.* At verò si cõsideremus feudum ex pacto, & prouidentia Iuris Francorum, & tunc quia excluduntur, debetur vita, & militia, ita aduertit *Iul. Casar Gallupp. d. loco, sub nu. 45.*

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an debeatur secundogenitis à primogenito succedente in feudo nouiter quæsito per eius patrem. Discordantes Doctorum referuntur sententiæ, et concordantur, data electione in arbitrio secundogeniti, vel partem pretij, vel vitam, et militiam petere. Feudum esse no-

uiter quæsitum variè consideratur, emptione, donatione, vel concessione Regis, ex causa seruitiorum, vel ex mera liberalitate. Pars pretij an debeatur iure collationis, vel petitione hæreditatis, distinguitur, Et quid de interesse pretij, quo feudum fuit emptum.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia an debeatur in feudo nouo, asseruntur dua opinioniones, & concordantur nu. 5.
- 2 Affirmatiua proponitur, quòd debeatur vita, & militia in feudo nouo.
- 3 Constit. Comitibus non distinxit de feudo antiquo. & de nouo.
- 4 Negatiua proponitur, quòd non debeatur.
- 5 Secundogenitas in feudo nouo habes electionem petendi vel partem pretij, vel vitam, & militiam, & ita concordantur opinioniones contraria, & decisiones referuntur. Et quid si essent plura feuda, nempe antiqua, & noua, sub eod. nu.
- 6 Feudum quouis titulo peruentum in personam primi acquirentis dicitur nouum.
- 7 Pretium feudi empti, vel feudam ipsum emptum, quomodo inter secundogenitos consideretur, ponuntur tres casus.
- 8 Pars pretij feudi empti, siue propria pecunia ementis, siue ex aliena, siue ex hæreditate burgensatica debetur secundogenitis ex opinione Anelli Amati.
- 9 Pretium feudi empti semper dicitur abesse ab hæreditate, siue propria, siue aliena pecunia, vel hæreditatis burgensatica fuerit emptum.
- 10 Pretium feudi empti ex pecunia donata non dicitur abesse ab hæreditate.
- 11 Pretium, ex quo feudum est emptum, non

- non dicitur abesse ab hereditate, sed remanet in corpore feudi empti, & sic in corpore subrogato.
- 12 Secundogenitus non potest pretendere partem pretij de feudo nouiter donato à Rege, vel ab alio ex mera liberalitate, sic etiam si esset donatum ab extraneo, & nu. 15.
- 13 Secundogenitus potest pretendere partem pretij de feudo donato à Rege ex causa seruitiorum parentum, vel familia.
- 14 Iulius Cæsar Gallupus dicens, in feudo donato ex causa seruitiorum non deberi partem pretij, declaratur.
- 16 Frater tertio-genitus succedit in parte pretij feudi Iuris Francorum, existens in capite fratris maioris mortui, in quo succedit secundogenitus.
- 17 Pretium feudi empti in facienda parte ipsius pretij debet liquidari attento tempore emptionis, non autem successionis, & decisio refertur reiecta Nardi Liparuli sententia.
- 18 Liquidatio pretij, ex quo feudum fuit emptum debet fieri, quando agitur de conferendo pretio, non autem quando agitur de liquidanda legitima.
- 19 Liquidatio meliorationum feudo factarum in casu liquidandi pretij feudi, debet fieri attento tempore, quo fuerunt facta, non autem mortis, secus si feudum fuerit diminutum, quia attenditur tempus mortis, & nu. 20. & declaratur Minadous dicens, esse attendendum tempus emptionis, num. 21.
- 22 Pretium feudi tantum, non autem tituli dignitatis super feudo debet liquidari.
- 23 Pars pretij ex feudo nouiter quæsto debetur petitione hereditatis, non autem per viam collationis, & decisiones referuntur.
- 24 Horatius Montanus dicens, quod primogenitus potest feudum retinere, & allodium repudiare, declaratur.
- 25 Interesse pretij, quo fuit feudum emptum an debeatur, dua afferuntur

- opiniones, Minad. & Rouit. & n. 28.
- 26 Interesse pretij, quo fuit feudum emptum debetur à die petitionis secundum opinionem Minadoi.
- 27 Interesse pretij, quo fuit emptum feudum debetur etiam sine mora, prout in illis casibus petitionis hereditatis, & sic à die mortis.
- 28 Opiniones Minadoi, & Rouiti concordantur.
- 29 Secundogenitus potest cogere primogenitum ad recuperationem feudi noui pro suo interesse.

QVÆSTIO. XXVI.

- 1 **V**itam, & militiam deberi secundogenitis ex feudo antiquo siue hereditario, siue ex pacto, & prouidètia, iam diximus, dubitationi erat locus, quid in feudo nouo, an idem sit dicendum, quod in antiquo diximus? in qua quæstione reperio tres sententias, quarum vltima concordat ipsas discordantes.
- 2 Prima est opinio, quod vita, & militia sicut debetur in feudo antiquo, ita etiam debeatur in feudo nouo per primogenitum succedentem in illo, & excludendo secundogenitos in concursu, hanc sententiam docere Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. num. 6. Sigismund. Loffred. in S. prætereà Ducatus, in 2. additione, in sua paraphrasi ad tit. de prohibis. feud. alien. per Frideric. Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 67. nu. 29. Io. Thom. Minad. in repet. Constit. Comitibus, in rubr. in verbo de successione, sub nu. 30. vers. Constitutio, Iul. Cæsar Gallup. par. 3. cap. 4. num. 44. Regens Rouit. ad Pragmat. 25. num. 2. & nu. 29. de feud.
- 3 Rationem assignant, quia Constitutio non distinguit de feudo antiquo, & de feudo nouo, meritò nec nos distinguere debemus, ita post Minad. docent omnes supradicti, tantò magis, quod eadem ratio exclusionis à feudi successione, quæ militat in feudo antiquo Iuris Francorum, militat

etiam in feudo nouo Iuris Franco-
rum, in cuius successione primogeni-
tus preteritur excludendo secundo-
genitos, vt considerat *Petr. de Gregor.*
d. loco.

4 Secunda est opinio illorū, qui ne-
gant deberi vitam, & militiam in feu-
do nouo, & fuit Modernus *Io. Bapti-
sta Bilotta in concl. feud. 14. num. 7.* di-
cens, *Id. quod diximus, secundogenitis
spectare vitam, & militiam sicut femi-
nis paragium, limitatur in feudis nouis,
& sic vt non debeatur.*

5 Tertia fuit opinio, quæ discordan-
tes concordauit, dicendo, deberi, vel
non deberi vitam, & militiam super
dicto feudo nouo, & hoc stat in ele-
ctione secundogeniti vel petere vi-
tam, & militiam, vel partem pretij, &
sic quando eligit petere vitam, & mi-
litiam, debet illam habere, & ita pro-
cedit opinio affirmatiua, quod de-
beat, aut eligit portionem, & tunc
non debetur vita, & militia, sed por-
tio petita, & ita procedit negatiua
sententia, ita concordat *Io. Baptista
Bilotta*, qui dicit, *limitatur in feudis
nouis, & subdit, in quibus masculis se-
cundogenitis uolentibus competit ad eo-
rum electionem pars pretij loco vite, &
militie, sicut feminis, loco paragij, Car-
mill. de Medic. cons. 124. num. 3.* & ita
concordat *Io. Baptista Thor.* in suo
compend. decis. par. 3. sect. 3. in uerbo vi-
ta, & militia an simul, fol. 421. sed an-
te ipsum hanc sententiam docuit *Ma-
xin. Frecc. de subfeud. lib. 3. tit. de differ.
feud. ex pacto, & heredit. differ. 33. n. 4.*
dicens, partim hanc opinionem esse
receptam, & recipi in Supremis Re-
gni Tribunalibus, *Io. Thom. Minad,*
*ubi supra, num. 30. Laffred. in d. para-
phras. feud. in d. præterea Ducatus sub
vers. & ad id, quod dicitur, Rouit. super
d. Pragm. 25. num. 3. de feud. Iul. Casar
Gallupp. par. 3. cap. 4. num. 48.* dicens,
* sic fuisse iudicatum in facti contin-
gentia in causa Magnifici Fabij San-
felicis cū eius fratribus, Actuario de
Felice, iunctis Aulis *Anell. Amat.*

cons. 96. num. 31. Petrus Garf. decis. 11.
*Io. Baptista Thor. par. 1. compend. in
uerbo secundogenitus, Montan. d. loco,
n. 129. in fine, vers. cum etiam.* Et sic te-
neas, quod alterutrum deberetur, nem-
pe ex eodem feudo nouo aut portio
pretij, aut vita, & militia, Sed quid si
defunctus haberet diuersa feuda,
nempè antiqua, & noua? & tunc di-
cas idē, quod de feudis nouis, vt pro-
cedat electio petēdi vel partem pre-
tij, vel vitam, & militiam, respectu ve-
rò feudorum antiquorum procedat
petitio vitæ, & militiæ in suo casu, ita
videretur declarare post *Camill. de
Medic. d. cons. 124. num. 3. Io. Baptista
Thor. d. par. 3. sect. 3. in uerbo vita, &
militia an simul, fol. 421. col. 2.*

6 Et quia appellatione feudi noui
continentur omnia feuda in capite
primi acquirentis, quouis titulo per-
uenta, siue emptionis, siue donatio-
nis, siue concessionis, vel alia de cau-
sa, vt explicat *glos. in Constit. Vt de
successionibus, in uerbo, vel quolibet ti-
tulo, vers. quod dicitur, Bilotta d. loco,
num. 9.* propterea consideranda sunt
feuda noua diuersis titulis quæsitæ,
7 Primus casus, quando feudum fuit
à patre emptum propria, vel aliena
pecunia, & sic titulo oneroso. Secun-
dus casus, quando feudum fuit patrī
à Rege donatum ex gratuita conces-
sione, vel contemplatione seruitio-
rum priorum, vel familiæ. Tertius
casus, quando feudum fuit patri do-
natum ab extraneo.

8 Primo casu distinguendum est de
pretio, aut pretium peruenit ab hæ-
reditate burgenfatica, adeò vt ab il-
la abscissum sit, secundum opinionem
Andree, cui nō assentit *Rouit. in Prag-
mat. 25. num. 26. de feudis, & à dicta
hæreditate abest, adeò vt tantò mi-
nus sit in illa. Aut non abest ab hæ-
reditate prædicta, & tunc secundoge-
nitus in utroque casu debet habere
portionem pretij super dicto feudo,
vt consuluit *Pras. Anell. Amat. com-
sil. 6. incip. cum notissimi, vol. 1. con-
cludens,**

cludens, quòd feudi nouiter empti à patre, debetur pars pretij secundogenitis, non attendendo, vnde pretium
 * peruenit, referens fuisse decisum ad fauorem Felicis de Ianuario fratris minoris contra eius fratrem maiorem, dicendo *nu. 8.* quòd etsi feudum fuerit emptum ex aliena pecunia, tamen quia æs alienum minuit hæreditatem, idè semper ab hæreditate videtur abesse, vel per abscissionem, vel per grauamen æris alieni,
 9 & sic respondet obiectioni, quam faciunt Doctores, quando pretium non abest ab hæreditate, vt intelligatur, quando pretium fuit donatum, non autem quando pretium pro illo emendo fuit foenori acceptum, *Biloëta d. loco. sub num. 9.* subditque *Rouit. ibi, num. 26. 27. & 28.* malè, & perperam DD. tribuunt *Andr. de Ifern. de*
 11 abscissione pretij, quo fuit emptum feudum, dicens, quòd tale pretium nunquam diminuit hæreditatem, & illud remansit in hæreditate, sed in corpore subrogato, nempe in feudo ipso remanso ibidem in ipsa hæreditate, & *Rouitum* sequitur *Montanus in d. S. praterèa Ducatus. sub n. 130.*
 12 Secundo casu, quando feudum, fuit donatum patri à Rege, vel ab alio ex mera liberalitate, adè vt nihil de patrimonio abscesserit, tunc secundogenitus non habebit partem pretij, ita ex *Luca de Penna in l. vnica, num. 31. circa medium, vers. nam si pater acquirit feudum, C. de imponend. lustrat. descript. & Anton. Capys. decis. 2. num. 7.* docet *Anell. Amat. d. conf. 6. num. 12.* & ex *Andr. de Iser. in cap. imperialem, S. praterèa Ducatus, in fine addit. docet Hor. Mont. in d. S. praterèa Ducatus, num. 133. Reg. Rouit. d. Pragmat. 25. n. 38.*
 13 At verò si feudum fuerit à Rege donatum patri contemplatione seruitiorum paternorum, vel familie in remunerationem illorum, non autem ex mera liberalitate, & tunc quia merita, & seruitia patris, siue familie re-

cipiunt æstimationem, idè talis concessio consideratur vti merces, & remuneratio laborum, quæ erat in hæreditate, & patrimonio, adè vt omnes filij possent prætere aliquid pro mercede, & remuneratione patris, & Rex donando feudum, tunc ius illud antidorale, quod erat in hæreditate, hodiè per donationem feudi videtur ab illa abesse, & abscissum, & esse in dicto feudo, meritò filijs secundogenitis debetur pars pretij, quò valet feudum, ita docet *Anna singular. 200.* referens, fuisse in casu prædicto decisum in fauorem secundogenitorum super feudo nuncupato *deli fedeli,* & iterum in causa *Consiliarij Freccie* testatur idem *Anell. Amat. d. conf. 6. sub num. 13.* *Franc. de Amic. in rubric. de his, qui feud. dare poss. cap. incip. opinio ista, fol. mihi 99. d. loco vers. sexus, 10. Baptista Biloëta d. conclus. 14. sub num. 9.* quæ æstimatio feudi donati à Rege ob seruitia est facienda iuxta valorem feudi, non autem sunt æstimanda seruitia patris, putà si seruitia plus, aut minus mererentur, ita *Reg. Rouitus d. loco, num. 45.* quia si valet plus, ergò tanti fuerunt æstimata seruitia, si valet minus, ergò etiam tanti fuerunt æstimata seruitia. Quidquid in contrarium dixerit *Iul. 14. Casar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. num. 54.* dicens, in casu prædicto non deberi vitam, & militiam, siue partem pretij de feudo donato patri ob seruitia, & strenuam virtutem, putà militando in Castro, cum DD. quos allegat loquantur in pura feudi donatione à Rege facta, non autem ob seruitia.
 15 Tertio casu, quando feudum fuit patri donatum ab extraneo ex mera liberalitate, nulla intercedente antidorali obligatione, & tunc quia sine pretio acquisitum est, idè nulla pars debetur secundogenitis, ita ex prædictis docent *Anell. Amat. d. conf. 6. num. 12.* reddens rationem, quia nihil abest à patrimonio, meritò non debetur

betur pars pretij, allegat *Lus. de Penn. d. loco, & Capys. d. decis. 2. num. 7.* quibus addo *Harthman. Pistor. lib. 2. quest. iuris, quest. 38. num. 87. in fine, vers. Nullo itaque modo, docet idem. Rouit. d. loco, d. vers. secus est, n. 43.*

- 16 Sed quid si feudum nouum, ex quo aliàs deberetur forsan pars pretij, reperitur in capite fratris, an mortuo fratre relictis duobus fratribus, quorum vnus est natu maior, & alter minor, an hoc casu minor possit habere partem pretij, quo feudum est emptum? difficultas est in linea collateralis, idè quærendum est, quomodo secundogenitus velit illam prætere, vel petitione hæreditatis, vel iure collationis, si iure collationis, non potest, cùm collatio procedat in successione ascendentium, & non in linea collateralis, in qua omninò cessat, ita *glos. in l. 1. in fine, C. de legitim. hæredit. vbi Paul. de Castr. Rouit. d. loco, sub num. 48. Montan. d. loco, sub nu. 130.* Ergò habebit petitione hæreditatis, nam certum est, quòd fratri succedit ab intestato, sed si succedit alter alteri, ergò succedit in parte pretij, quod erat in hæreditate fraterna, prout sic docet *Reg. Rouit. d. loco, num. 47. & 48.* cui Ego adhæreo, quidquid dicant *Montan. nu. 130. & Io. Baptista Bilotta conclus. feudalis. 15. num. 6.* sed hæc declarantur.

- 17 Declara primò, quòd in liquidatione pretij, quo feudū fuit emptum, debet attendi tempus emptionis, & sic tempus, quo feudū fuit emptum, non autem tempus mortis, quo succeditur, adèd vt non possit præterendi augmentum temporis, & ratio est, quia quãtitas, qua emptum fuit feudum, abest ab hæreditate, & illa diuidi debet, non autem quantitas aucta, ita ex *Andr. de Ifernina in d. S. prætereà Ducatus, nu. 39. in fine* docet *Bartholom. Camer. fol. 107. liter. A. & liter. N.* & secundum hanc opinionem, quòd attendatur tempus emptionis fuisse
- * *decisum per Sac. Conf. in causa Ma-*

- gnifici Pyrrhi de Loffredo cum Ill. Marchione Triuici, esse inspiciendum valorem tempore emptionis, non autem mortis, refert *Io. Vinc. de Anna sing. 200. vbi allegat Io. Thom. Minad. sequutum hanc eandem opinionem in rubr. Constit. In aliquibus, in verbo successione, num. 23. Reg. Rouit. d. Pragmat. 24. num. 53.* quicquid in contrarium dixerit *Nard. Liparul. ad Iser. in d. S. prætereà Ducatus, in verbo consuetudo, Marin. Frecc. diff. 33. inter feuda hæredit. & ex pacto, num. 4. fol. 458. à t. & Loffred. in d. S. prætereà Ducatus, sub vers. confirmantur,* qui hanc quæstionem reliquit indecisam, *Iulius Caesar Gallupp. d. loco, num. 51.* dicens, secundum *Io. Vinc. de Anna* opinionem, * fuisse decisum iunctis Aulis, referere Consiliario Mastrillo in causa Magnificæ Lucretiæ Caracciolæ cum Magnifico Iustiano de Afflicto per Sac. Conf. penès Secretarium, Actuario Scannapeco, *Horat. Montan. d. loco, nu. 131.* subdens, hanc opinionem procedere tantum in casu suo, & non vterius, & sic in casu præscripto, & idè restringitur in multis casibus.
- 18 Primò, quando agitur de conferendo pretio tantum, non autem de liquidanda legitima, vt ex *Camerar. d. loco, fol. 103. col. 3. lit. N. Fab. de Anna conf. 6. num. 14. Franch. decis. 61. nu. 1.*
- 19 Secundò limitatur, vt si in feudo ipso essent factæ meliorationes, tunc illarum pretium liquidatur tempore, quo fuerunt factæ, non autem tempore mortis, ita ex *Ludolpho Scradere, de feud. par. 2. nonæ partis principis, sect. 2. per totam Harthman. Pistor. quest. 42. lib. 2. par. 2. Rouit. d. loco, sub num. 55. verbo redeundo, & num. 56. in fine, Gallupp. d. loco, num. 52.* & sic in incremento extrinseco, secus si essemus in incremento intrinseco, quia dicitur feudale, ita *Rouitus d. loco,* & Nos supra in prima declaratione.
- 20 Et è contrario si feudum esset diminutum diminutione notabili post emptionem ex casu inopinato, vt tunc debeas

debeat attendi tempus mortis, ea ratione, quia pretium erogatum in emptione feudi prædicti, non durauerit usque ad tempus mortis, ita *Reg. Romit. d. loco, nu. 56.* ex autoritate *Frecc. de subfend. lib. 3. tit. de differ. feud. hered. & ex pact. differ. 35. D. Horat. Montan. d. loco, sub num. 131. vers. declaratur secundò, Gallupp. d. loco, nu. 53.*

21 Et sic declaratur, & definitur opinio indefinita *Minad. d. loco in verbo de successione, post num. 32.* dum in casu occurrenti indefinitè tenet, siue feudum minuatur, siue augeatur semper dandam esse partem pretij iuxta valorem tempore emptionis, ita declarant *Rouit. d. loco, sub num. 57. Gallupp. d. loco, sub num. 55.*

22 Tertiò limitatur, vt pars pretij liquidari debeat respectu pretij erogati in emendo ipso corpore feudi tantum, secus autem si aliqua quantitas fuisset erogata pro assequendo titulo super dicto feudo, ita docent *Rouit. d. loco, sub nu. 58. Montan. d. loco, sub nu. 131. in fine.*

23 Declara secundò, retenta opinione *Regentis Rouiti in d. Pragm. 25. sub num. 45. vers. remanet,* quòd hæc pars pretij debetur secundogenitis, non per viam collationis, sed per viam principalis petitionis, & sic petitione hæreditatis, vt hoc casu primogenitus omninò teneatur ad dictam partem pretij, siue velit, siue nolit succedere in reliquis bonis defuncti, ratio est, quia ad petendam partem pretij super feudo sufficit, quòd feudum sit in hæreditate, & sic hæreditarium,

* prout sic fuit decisum per Sac. Conf. ad fauorem secundogenitorum Comitum Sanctæ Agathæ contra primogenitum, de qua decisione meminit *Io. Baptista Thor. in 2. par. sui compendij, in verbo primogenitus,* dicès, illam reperisse in quadam apostilla *Regij Consiliarij Felicis de Rubois ad Andr. de Isorn. in cap. imperialem, S. pratorea Ducatus, de probib. feud. alien. per Frederic. referente Regio Cõsiliario Ber-*

mudez de mense Decembris in anno 1560. & idem fuit decisum ad fauorem masculi hæredis in burgenfaticis contra sororem femina hæredem in feudalibus in causa Abbatis Francisci Peretti, nunc Eminentiss. Cardinalis de Montealto die 29. Ianuarij 1635. cum Principissa Albani hærede vniuersali in feudalibus, iuris & Consiliarijs duarum aularum, & tribus Regentibus, vt refert *Regens Rouitus d. loco, sub num. 25. & num. 46.* quidquid in contrarium videtur te-

24 nere *Horat. Mont. d. loco, sub nu. 132.* dicens, posse primogenitum retinere feudum præcipuum penès se, & hæreditatem burgenfaticam repudiare, sed eius opinio tunc procederet, quãdo procederet opinio illa ex capite collationis, non autem petitionis hæreditatis, secundum opinionem præscriptam in iudicando in Regno nostro.

25 Declara tertiò hanc sententiam, quid in interesse partis pretij, an illud debeatur, & in hoc sunt diuersæ opinioniones, alij dicunt, quòd non debetur interesse à die mortis, sed à die petitionis, ita docent *Minad. loco citato, num. 3. Anell. Amat. d. cons. 6. nu. 14. Horat. Montan. d. loco, num. 129.* & rationem assignant, quia non est dies appositus obligationi, quo casu quãdo nullus dies est appositus, non cõsideratur mora, tùm etiam quia est in electione secundogeniti vel petere vitam, & militiam, vel partem pretij, iuxta consuetudinem præscriptam, iudicandi in Regno nostro, quo casu non potest cõsiderari mora, quòd secundogenitus non declarat voluntatem suam, ita ex *Minad. argumentatur Montan. d. loco, num. 129.*

27 Alia est opinio *Regentis Rouiti d. loco, num. 50.* dicentis, quòd primogenitus in hoc casu tenetur ad partem pretij vnà cum interesse, etiam sine mora in illis casibus, in quibus interesse debetur actione petitionis hæreditatis, prout quando pecuniam hære-

- hæreditariam vnus ex cohæredibus attingit, tenetur ad interesse, sed ipse *Reg. Rouitus d. loco, vers. imò*, dicit hæc verba. *Imò in hoc casu ego censerem, indistinctè deberi hoc interesse statim à die mortis patris, saltim pro quantitate, & rata fructuum, quos percipit à feudo, & hanc Ego sequerer vti æquã, & rationi consonam.*
- 28 Sed has opiniones etiam concordanda, quòd opinio *Minad.* & sequacium sustineretur, quatenus procederet collatio, quæ cessat in Regno nostro, iuxta vsum præscriptum, sed opinio *Rouiti* procedit, quatenus petitio hæreditatis detur ad partem pretij.
- 29 Declara quartò, quòd si feudum nouum non esset in posse primogeniti, sed benè posset illud recuperare, vt eo casu secundogenitus possit cogere primogenitum ad agendum ad feudi recuperationem, vt tradit *Vincencius de Franch. decis. 41. & 75. D. Fab. Capyc. Galeota controuers. illustr. lib. 1. cap. 28. sub num. 27.*
- 1 *Casus questionis ponitur.*
- 2 *Pretium feudi an debeat attendi iuxta dispositionem testatoris, an verò legale, & si erit legale, an sit integrum, vel pro medietate.*
Secundò, quomodo erit arbitrandum, vel tempore emptionis, vel tempore mortis.
- 3 *Grauaamen super feudo debet esse condignum, & absque fraude, & dolo.*
- 4 *Fraus, & dolus grauantis feudum ex quibus arguatur.*
- 5 *Sac. Conf. cognita fraude, & dolo grauantis, iudicauit deberi tantum medietatem valoris.*
- 6 *Pretium, siue valor feudi est attendendus tempore emptionis, quo fuit feudum emptum, & decisiones referuntur.*
- 7 *Frater, & neptis ex fratre succedunt in medietate pretij feudi noui in persona fratris mortui.*
- 8 *Filius in feudo hæreditario potest sibi retinere quantitatem pro seruitio Regis, & deindè habere ratum factum defuncti.*

Iurium Allegationes pro Virginia Leognana contra Ferdinandum Leognanum.

ARGVMENTVM.

Filius grauatus à patre super feudo restituere alicui certam summam, an teneatur restituere iustum valorẽ feudi, vel summam grauatam, non obstante quòd excedat valorem feudi. Et in æstimando valore feudi an sit attendendus valor pretij, quo fuit emptum feudum, vel valor, quo valet tempore mortis testatoris.

1 **M** Oritur Ioannes Iacobus Leognanus, & in eius ultimo, quod condidit testamento instituit heredem vniuersalem Ferdinandum Leognanum eius filium ex secundo matrimonio tam in burgenfaticis, quàm in feudalibus, vt liquet ex testamento in fol. 191. in in quo legauit Virginię Leognanę eius nepti, & filię q. Ioannis Baptistę Leognani filij primogeniti dicti q. Ioannis Iacobi, paragium, cum declaratione, quòd si cõtingerit præfatam Virginiam molestare dictum Ferdinandum super feudalibus, tanquam primogenitam ex primogenito, & de iure feuda ad ipsam spectarent, tali casu grauauit eandem Virginiam ad dandum præfato Ferdinando ducatos viginti mille.

Et sic nata controuersia post mor-

tem

tem dicti Ioānis Iacobi inter dictam Virginiam, & dictum Ferdinandum, super petitione dictorum feudorum, & paragio, vt supra, & illa compromissa in personas Hipolyti Vandi, & Fabij Spannocchiæ V.L. DD. fuit ab eis latum laudum, per quod fuit eodemnatus Ferdinandus ad dandum feuda dictæ Virginie vnâ cum fructibus, non obstante testamentaria dispositione, & versa vice dicta Virginia fuit condemnata ad dandum pretium declarandum, & liquidandum, vt liquet ex dicto laudo.

2 In quo capite occurrunt hæc difficultates, videlicet si pretium debeat esse ducatorum viginti mille iuxta dispositionem testatoris, an verò legale? & si pretium erit legale, an debeat esse integrum, vel pro medietate? & quomodo erit arbitrandum, an prout empta fuerunt feuda? vel vt valebāt tēpore mortis d. q. Io. Iacobi.

3 Ad primam difficultatem non erit laborandum, ex quo pretium feudorum est ducatorum septem mille, & septingentum, & grauamen est ducatorum viginti mille, & sic vltra condignum, & successiuè tanquam in fraudem talis dispositio ruit in totum, per notata per *glos. & Doctor. in l. 2. C. si quid in fraudem patron. & Loffred. in conf. 46.* Siquidem inutilis redderetur successio in feudo, prout refert *D. de Franck. decis. 1.* vbi etiam in feudo, in quo collaterales succedebant, fuit factum appretium feudi, ad finem videndi, si reddebatur inutilis successio in feudo propter legatū æstimationis, at in casu nostro non potest dubitari, quòd non sit in fraudem, cum non solum vsque ad valorem feudi, sed satis vltra valorem fuit iniunctum grauamen, & dùm pater vult præiudicare filio primogenito etiam in feudo hæreditario, hoc facere debet, absque dolo tamen, & fraude, ita *Minad. in repet. Constitut. Regn. In aliquibus, fol. 6. num. 28. & num. 33.* dicit, feudo legato deberi

4

æstimationem, quando bona fide fit, & non aliter, quando successio competit alicui, & testator, vt priuet illum successione prædictæ rei, quærit modum illum priuandi, non est dubium in fraudem hoc fieri, vt dicit *tex. in S. sed etiam cum glos. in ver. in fraudem, per quos fiat inuest. & Napod. in Consuet. Et si testator, num. 14.* prout propriè est in casu nostro, in quo testator voluit omninò, vt dicta primogenita non peteret feudum, & quando voluisset illud petere, ad finem vt illud non peteret, grauauit ipsū in duplicato valore feudi, ad hoc vt omninò illud non peteret, nec haberet, & *Napod. in eadem Consuetud. post num. 13.* dicit, in totum non valere quòd in fraudem factum est, & hoc iudicauit Sac. Conf. in hac eadem causa, dùm dedit medietatem æstimationis feudi.

6 Qua de re, cessante dicta inualida dispositione, remanet pretium dictorum feudorum solum in dictis ducatis 7700. prout empta fuere, per ea, quæ dicit *Andr. de Ifern. in l. imperialem, S. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. & per Minad. in repet. Constitut. Regni, In aliquibus, in rubr. in vers. successione, num. 32.* & non obstante quòd aliter tenuerunt *Afflic. in d. l. imperialem, S. præterea Ducatus, & Ias. & Paul. de Cast. in l. illud, C. de collat.* semper Sac. Conf. iudicauit, pretia feudorum debere arbitrari prout empta fuere, & non prout valebant tempore mortis, iuxta dispositionem *Andrea,* vt dicit *Io. Vincensius de Anna in suo singulari 200.*

Et quòd tempus emptionis sit attendendum, dicit pluries fuisse sic decisum per Sac. Conf. *Minad. vbi supra, post num. 32.* & sic etiam fuit decisum iunctis Aulis, referente Cõfiliario Mastrillo in causa Lucretiæ Caracciolæ cum Iustiniana de Afflicto, Actuarius Scannapeccus in anno 1581.

7 Et sic data hac conclusione pro
vera,

vera, cum feuda sint noua in persona dicti q. Ioannis Iacobi primi acquirentis, dictus Ferdinandus concurrat etiam cum dicta Virginia eius nepte ad partem pretij dictorum feudorum, prout in proprijs terminis tenet idem *Andr. in d. S. praterà Ducatus, num. 49.* & per eundem in *cap. 1. de duobus fratribus de nou. benef. inuestit.* quibus additur, feudatario in feudo hæreditario, in quo tenetur ipse habere ratum factum defuncti, cõpetere ius retinendi tantum, quantum necesse erit pro seruitio, ad quod ratione feudi est obligatus, nè à seruitio prædicto distrahatur, scripsit *Cammer. in cap. imperialem, fol. 21. de prohib. feud. alien. per Feder.* cuius causa, medietas valoris feudi spectat ad successorem prædictum in feudo, vt videmus id seruari etiã in liquidatione vitæ, & militiæ, ex dictis per *Affl. in d. cap. imperialem, S. praterà Ducatus, num. 19.* Et ex his, & alijs rationibus, & Doctorum autoritatibus medietatem valoris feudi ad feudatarium spectare, scripsit *Franc. de Amicis in rubric. de bis, qui feud. dar. poss. fol. 11. in cap. incip. sed hic pulchrum erit, num. 7.*

10. Petrus Latinus.

Iurium Allegationes pro Ferdinando Leognano contra Virginiam Leognanam.

Non est opus argumento, quia est positum in præcedenti allegatione.

S V M M A R I A.

- 1 Casus ponitur.
- 2 Pretium, quo fuit emptum feudum debet restitui ab hærede grauato, & decisio refertur.
- 3 Opinio Doctorum, quòd attendatur pretium tempore emptionis, non autem

mortis in casu prædicto est verissima, & decisa.

- 4 Quam opinionem procedere, quando succeditur in feudo nouo adstruitur, non autem quando debetur onus, & grauamen impositum, maximè quando non excedit valorem feudi.
- 5 Decisio prima Vinc. de Franchis nec à Regnicolis fuit impugnata, & ab exteris recepta.
- 6 Feudum nouum, & hæreditarium petitur, & nec detinetur citrà ius, & qualitatem hæreditariam.

1 **I**Oannes Iacobus Leognanus emit feuda Podij Bazzani, & Montichi pro ducat. 7700. quæ partim ex augmento temporis, ac etiam ipsius emptoris hodiè valent ducati 25. mil. & plus, decessit relicta Virginia filia primogeniti, ac Ferdinando Leognano secundogenito, instituit hæredem neptem in legitima, & quibusdam alijs, & Ferdinandum secundogenitum in feudis vniuersalem, cum legato, quòd casu, quo de iure institutio hæc in corporibus feudorum non valeret, legauit secundogenito ducatos 20. mil. Et interim tenuta feudorum remaneat penès eum, donec de ducatis 20. mil. non fuerit satisfactum.

Orta fuit lis super relaxatione dictorum feudorum ad instantiam filie primogeniti, & per viam reconventionis ad instantiam Ferdinandi fuit reconuenta actrix ad soluendum ducatos 20. mil. legatos, vt in supplicatione, fol. 18. quòd terminus currat etiã in causa reconventionis f. 19. à t.

Compilato processu per Arbitros fuit declaratum, feuda spectare ad filiam primogeniti actricem, quæ è cõtrà fuit condemnata ad soluendum pretium feudorum declarandum, & liquidandum in beneficium Ferdinandi secundogeniti cum interesse.

- 2 Pars prætendit, pretium feudorum non excedere ducat. 7700. quo fuerunt

runt empta feuda, & per Sac. Conf. non audito Ferdinando, nec causa * informata, ita fuit decisum f. 459. à t. referente Regio Consiliario D. Ioanne Sanchez de Luna, Aduario Longho.

Ab hoc decreto fuit reclamatum, & de nullitate dictû cum reuerétia, quia non auditus Ferdinandus, & præcipua nullitas est notoria iustitia Ferdinandi.

Et aduertât Domini Iudices, quia pars aduersa in his, quæ prætendit, errat in terminis cum reuerétia. Disputat enim articulû, an debeat secundogenito pars pretij attenta emptione feudorum, vel attento valore tempore mortis, & defendit opinionem, quòd attédatur tempus emptionis, quæ opinio est verissima, & pluriès decisa, & recepta post *Ifern. Camer.* & alios in *Imperialem*, nu. 39. facit singulare *D. Io. Vinc. Anna* 200.

Et cum hac opinione, quam pars defendit, Nos quoque concurrimus, eamque tanquam veram approbamus, quicquid dixerit *D. Marin. in 33. different. Ias. Castrens.* & alij relati per *Lipar. in d. Imperialem*, num. 39. in *ver. consuetudo*.

Nos autem non sumus in his terminis, loquuntur enim DD. prædicti, quando ab intestato succedit primogenitus in feudis nouis, & disputant de quantitate pretij, ad quam tenetur contribuere secundogenito, & vera est opinio, quòd attédatur pretium, quo feuda empta fuere, quia illud deest ab hæreditate.

Sed quando feudatarius in feudis hæreditarijs, & multò magis in feudis nouis legat in beneficium secundogeniti, & disponit de certa quantitate, tunc illa quantitas legata erit soluenda.

Præsertim quando illud onus impositum à testatore non excedit valorem feudorum, dempta legitima in beneficium primogeniti, prout in casu, de quo agitur.

Conclusio hæc antiquis temporibus, & etiam nouissimis fuit semper in Sac. Conf. recepta, & nunquam à Peritis controuersa, *Aff. decis. 240. in 3. dubio* post *Camer. Loffred.* & alios doctam scripsit decisionem *Domin. de Franch. decis. 1. in 4. & 5. opposit. à num. 32. ad 40.* quam nemo ex Peritis hæcenus impugnare ausus fuit, & etiam exteri eam sequuntur, post alios *Bursat. conf. 3. num. 2. & seq. lib. 1. idem Camer. fol. 106. col. 2. & 3. & fol. 107.*

Ultrà locum per *D. Præs. d.* allegatum. Sumus enim in feudis nouis, & hæreditarijs, in quibus citrà ius, & qualitatè hæreditariâ feuda ipsa nec peti, nec detineri possunt, ex regula *l. cum à matre. C. de rei v. nd.* & alijs per DD. allegatis.

Ex quibus omni iure legatum patrum duc. 20. mil. soluendum erit secundogenito Ferdinãdo, postquam feuda patiuntur hoc onus, & quatenus pars de valore feudorum dubitaret, Sac. Conf. poterit prouidere, quòd appretientur, & viso appretio dempra legitima soluenda ab allodio, & feudis iuxtà laudum, residuum soluere Ferdinando. Ersi pars diceret, legatum esse in fraudem, ex dictis *D. de Franch.* omnia resoluuntur. Et ex appretio faciendo, & valore feudorum videri poterit, quòd non est in fraudem, & quòd feuda patiuntur hoc onus, iuxtà dictam *decis. D. de Franch.* à qua pars recedere non potest.

Additio Iurium.

Argumentum est supra in prima Allegatione.

S V M M A R I A.

1. *Quantitas legata, sine granata super feudo debetur attento pretio emptionis, non autem mortis, ex doctrina Io. Vincent. de Anna cum decisione*

- contra Marinum Freccia & alios.
- 2 Hæres grauatus in feudo hereditario, siue nouo tenetur habere ratam factū defuncti, & potest cogi actione personali.
 - 3 Legatum, siue grauamen super feudo in odium, siue poenam grauato arguitur de nullitate.
 - 4 Legatum, siue grauamen super feudo quando dicatur in poenam.
 - 5 Onus pro concurrenti quantitate potest imponi, deducto paragio.

TErmini, quibus utitur pars aduersa nullo iure ad factū, de quo agitur, sunt applicabiles, proponunt etenim filia primogeniti quæstionem illam, utrum Ferdinando secundogenito debeatur pars pretij feudorum nouiter per prædictum emptorum, habita consideratione ad tempus emptionis, vel ad tempus mortis, & pugnare conantur pro illa opinione, ut attendatur tempus emptionis, pro qua pluries fuit decisū, ut refert *D. de Anna sing.* 200. & verè in hac opinione residet *Ifern. in l. imperialem, nu. 39. in addis.* quibus addo *Camer. fol. 107. liter. A. & H.*

Liparus tamen dicto loco *litera D. in verbo consuetudo* post alios, quos congerit, testatur, contrariam opinionem esse communem, cui addo *Marinum Frecc. in 33. differ. de differ. inter feuda hereditaria à feudis ex pacto, &c. nu. 4. fol. mibi 458. à 1.* quos sequuntur nouissimi *Siculi Feudista* parua authoritatis, quæ opinio quauis sit Clienti proficua, à vera tamen Feudistarum mente est aliena, etsi causa hæc ad hunc articulum reduceretur, contra Clientem absque dubio proferenda esset sententia.

Ex facto tamen liquet, hanc disputationem non esse necessariam: postquam in eius ultimo testamento Ioannes Iacobus Leognanus feudorum primus emptor, & acquirès grauauit

filias primogeniti, quas in feudalibus hæredes vocauit, casu, quo institutio facta in personam secundogeniti Ferdinandi, tanquam assensu Regio carens corruerat, ut soluerent eidem secundogenito Ferdinando duc. 20. mil. & pē. dente illorum solutione, tenuta feudorum remaneret poenès eūdem secundogenitū Ferdinandum, & ex hac vltima defuncti, & primi feudorum acquirentis dispositione oritur vulgata illa inter Peritos viuentes, & mortuos Feudistas conclusio, quod postquam feuda ista nedū sunt hereditaria, sed noua, & legatū duc. 20. mil. non tægit feuda, sed hæredes institutos in feudis, tenebuntur actione personali ad solutionem legati, & feuda hæc absq; qualitate hæreditaria à filiabus primogenitis nec haberi, neq; prætendi possunt, oportet enim quod sint hæredes in ipsis feudis, & vñ hæredes hoc factū impugnare nō poterunt, scilicet negare solutionē, petendo, vel retinendo feuda, sed stāte hæreditaria qualitate, cum defuncti voluntate se conformare debēt, seu debet filia primogeniti; decisiones sunt vulgatae *Aff. 240. in 3. dubio, Loffred. cons. 46. in 2. conclus. n. 16. cum seq. Camer. & aliorū*, quos congerit, & sequitur, testaturq; ita decisū *D. Praeses de Franck. decis. 1. præsertim n. 32. 33. 34. & 39.* & ab hac opinione nouissimi Theutonici Feudistæ nuper impressi non dissentiunt, & tanquam verissima alia probatione, vltra adducta per prædictos, non eget.

Et secundum has veras iuris regulas per Arbitros fuit prolatum laudum, quo mediante fuit condemnata filia primogeniti ad pretium, seu valorem feudaliū in beneficium Ferdinandi secundogeniti, deducto tamen paragio, vel eius supple mento, tam ex bonis burgenfacicis, quam ex dicto pretio feudaliū, & hoc laudū fuit à partibus approbatū. Si ergo pretiū feudaliū decisū fuit, deberi Ferdinando deducto paragio, quod id hodiè di-

spuamus contra verba, & mentem laudi, si hoc pretium est pro dimidia, vel alia quota feudi? obstat itaque parti aduersæ exceptio rei iudicatæ, & litis finitæ.

3 Dicit Virginia filia primogeniti, cui de iure feudorum successio debetur, legatum hoc ducat. 20. mil. esse factum in pœnam ipsius, cui de iure successio auferri non poterat, & consequenter videtur esse tanquam nullum reiiciendum, quia si legatum non valuit respectu corporum feudaliū, nec etiā valet respectu pœnæ tanquam accessorium, ex his, quæ dicit *glosa in l. si patronus, S. patronum, in verbo fauiana, ff. si quid in fraudem patron.* aliqua *Author quidam, S. 8. glos. 3. num. 22.* qui cæteros congerit.

Replicat Ferdinandus, questionem hanc esse decisam per Arbitros, & à partibus decisionem approbatam, & iterum illis hæsitationem opportunam non esse. Dicit secundo, quod hoc legatum nõ est in pœnam, vt pars figurat, & bonum de vno quoque præsumitur, non malum, *l. Julia, ff. qui, & à quibus, Camer. fol. 106. lit. F.* patet etiam, quia filia primogeniti fuerunt honoratæ, & institutæ in paraggio, & etiam in feudis, casu, quo illarum successio filia primogeniti competisset, prout competebat, grauata tamen in solutione ducat. 20. mil. ergo non in pœnam, & articulus iste, omissis cæteris in simplicibus, imò eisdem terminis, terminatur, ex his, quæ congerit *D. de Franchis prædicta decis. 1. nu. 35. & seqq. in quinta oppositione,* cui ex Antiquis nil addendū, Sequuntur nouissimi Siculi, & *Rodolphus Scradet.* cæterique nuper impressi post *Annam,* & postquam feuda transcendent valorem prædictum, ducatorum 20. mil. absque dubio dictum legatum Ferdinando debetur, & casu, quo non ascenderent, tunc pro concurrenti valore, deducto paraggio, imponi potuisset onus, idem

de *Franchis num. 39. circa medium post Author. quendam,* & alios, quibus addo *Camer. fol. 106. col. 2. & 3. & fol. 107. argumento l. certi cõdictio, S. quoniam, si certum per.* hæc in negotio aded lucido dixisse currenti calamo, vt Clienti satisfaciam sufficiat, paratus tamen ero, si opus erit, simbras fusiùs dilatare.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeatur secundogenitis de feudo franco, siue libero, dubitatur, *Petr. de Gregor.* sibi in hac re contrarius concordatur, & affirmatur deberi, Franchitia feudi non operatur franchitiam à vita, et militia, Et quid de feudo in allodium concesso, et de feudo Ecclesiastico, et de permutato cum allodio,

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia debetur de feudo franco, & num. 6.
- 2 Petr. de Gregor. circa vitam, & militiam debendam de feudo franco est sibi contrarius, & concordatur nu. 3. & tandem negare videtur n. 4.
- 3 Dos de paraggio non debetur de feudo franco, secundum opinionem Petri de Gregor.
- 4 Vita, & militia debetur de feudo franco, secundum veram opinionem, quæ probatur n. 7. & seq.
- 5 Ratio debendi, vel non debendi vitam, & militiam non stat in obligatione seruiendi, vel non seruiendi, sed stat in exclusione à successione feudi.
- 6 Petr. de Gregor. tenenti, non deberi vitam, & militiam de feudo franco,

- respondetur, & eius motiua tolluntur, & sub num. 9. ad 20.
- 9 Seruitium si non debetur de feudo, ergò nec debetur vita, & militia, non est bona consequentia.
- 10 Franchitia feudi à seruitio non operatur franchitiam ab onere dandi vitam, & militiam secundogenitis, & probatur.
- 11 Franchitia feudi ab onere reali non operatur franchitiam ab onere vita, & militia.
- 12 Franchitia simpliciter à feudo concessa, intelligi debet de oneribus de iure natura, nisi aliter esset expressum.
- 13 Cap. licet, de voto declaratur.
- 14 Onera feudi considerantur de impostis à Domino, vel lege, & de imponendis à Domino.
- 15 Onera feudo imposta à lege, & clausa in corpore iuris non consentur remissa sub simplici franchitia.
- 17 Vita, & militia non debetur de Baronia concessa in allodium.
- 18 Vita, & militia an debeatur de feudo Ecclesiastico, distinguitur.
- 19 Vita, & militia an debeatur de feudo permutato cum allodio, distinguitur.

QVAESTIO. XXVII.

- 1 **E**T quia solent aliquando cõcedi feuda in allodium, siue ad francum, & etiam absque onere, puta releuij, & adoha, vt diximus de *Lure Releuij*, p. 1. q. 8. n. 4. & de *Lure Adoha*, quest. 12. & 44. & alibi. Propterea dubitatur, an talis franchitia comprehendat etiam alia onera feudi, vt puta vitam, & militiam, & paragium?
- 2 - In hoc articulo reperio *Petrum de Gregorio in tractatu de vita, & militia, quest. 5. num. 9.* In qua q. d. Petrus tractans, ex quibus bonis debeatur vita, & militia, & firmata regula, illam ampliat vsque ad *num. 9.* & postea à *num. 9.* incipit ampliatam regulam limitare, dicendo *limitatio de conclusionem prædictam, vt non pro-*

cedat in feudo franco, & libero, in quo sicut non debetur seruitium militare, nec dos de paragio, ita etiam non debetur vita, & militia, quia utrobique militat eadem ratio exclusionis feudi, vt latè scripsi in *d. tractatu, quest. 22.* qui est tractatus de dote de paragio, itidem negatiuam sequitur partem, & eum allegat, sed non sequitur *Mastrill. decis. 200. n. 5.*

- 3 Sed negare non possum, quin dicam, quòd lectura *Petri de Gregorio in d. quest. 5. num. 9. de vita, & militia* stat errore Typographi, vt patet ex ratione, quam allegat, dum dicit, *quia utrobique militat eadem ratio exclusionis feudi*, sed si militat ratio exclusionis, ergò debet habere vitam, & militiam, ex quibus apparet, quòd *Petrus de Gregorio* amplexus fuit opinionem pro secundogenitis, dum dixerit, *licet utrobique militet eadem ratio*, ad finem vt rationi sit consona decisio, Sed quidquid sit de modo legendi *Petrum de Gregorio in d. quest. 5. num. 9.* attamen eius opinio videtur negatiua, vt non debeatur vita, & militia, nam dictam opinionem ipse manifestè aperit in *d. quest. 22. de dote de paragio*, dum querendo, an debeatur dos de paragio ex feudo franco, dicit, *licet istam questionem non reperiam in specie tractatam ab aliquo, in ea tamen assumam partem negatiuam, quòd non debetur, &c.* & sic in *d. q. 22.* se declarat, & aperit, quòd ipse est in opinione negatiua, vt non debeatur nec paragium, & nec etiam vita, & militia, quod manifestius declaratur ex illa ratione, quam adducit, nempe quòd pro feudo franco vasallus non tenetur ad seruitium, ergò nec ad vitam, & militiam, quæ datur secundogenitis, vt uiuant, & seruiant, & ita etiam intelligit *Mastrill. d. loca, sub num. 3. 4. & 5.*
- 6 Sed parcat mihi *Petr. de Greg.* nam Ego assumam partem contrariam cõtra primogenitos pro secundogenitis, & fœminis, vt eis debeatur vita,

& militia, & paragium, siquidem ratio principalis introducens vitam, & militiam ad fauorem secundogenitorum, non fuit seruitium militare, sed fuit ipsorum exclusio à feudi successione per Ius Francorum, nec etiâ militia fuit ratio principalis ex Constitutione Regni, sed munificentia Principis, qui tale seruitiû militare à secundogenitis nunquam fecit exigere, ideò etsi cesset ratio militandi, adeò vt ex opinione *Petri Gregor.* debeat cessare vita, & militia, tamen non cessat ratio exclusionis, & sic viuendi, nam dos de paragio, & vita, & militia debentur principaliter, ad hoc vt nubant, & viuant condignè vt filij, & filij Baronis, tanquam exclusi à feudi successione per Ius Francorum, sed hæc ratio exclusionis militat tam in feudo non franco, quam in feudo franco, dummodò tamen sit Ius Francorum, vt benè considerauit *Mastrill. d. decis. 200. sub num. 14. & 15.* sed dum secundogeniti, & feminae excluduntur à successione feudi franchi, ergò debent habere vitâ, & militiam, & paragium ratione dictæ exclusionis, tanquam quæ sit ratio principalis, idem *Mastrill. ibi, nu. 15.* quæ ratio est adeò vera, vt idemmet *Petr. de Gregor. in d. quæst. 22. num. 4. in fine, de dote de paragio,* adhuc illam ponderando adducit, nec illam confutat, sed remanet sub dubio.

7 Secundò, si esset vera ratio *Petri de Gregor.* quòd vita, & militia deberentur ratione seruitij, sequeretur quòd Clericus, & Monachus, vel aliàs imperfectus, qui seruire non possunt in bello, non haberent vitam, & militiam, sed hoc est falsum, quia Clericus, & Monachus secundogenitum ratione exclusionis legalis, tum ratione exclusionis voluntariæ consequuntur vitam, & militiam, vt supra diximus, ergò clarè apparet, quòd ratio debendi, vel non debendi vitam, & militiam, & paragium, stat in ipsa exclusione, non autem in seruitio, sed

si ipsa ratio debendi vitam, & militiam, & paragium stat in ipsa exclusione verè, & realiter, & secundogenitus excluditur à feudo franco, ergò sequitur consequentia, quòd ratione exclusionis debet habere vitâ, & militiam, siue militet, siue non militet, quia seruitium non attenditur principaliter, sed vitam viuere tantum.

8 Remanet tandem, vt respondeamus motiuis *Petri de Gregor.* super quibus fundat suam contrariam sententiam contrà secundogenitos.

Et primò, dicit ipse, quòd feudum francum non obligat ad aliud, præterquam ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis, ad quæ tenetur vasallus, etiam si iuramentum fidelitatis fuerit expressè remissum.

9 Ad quòd motiuum respondeo dupliciter, Primò, quòd non potest inferri consequentia, non tenerur ad seruitium, ergò nõ tenerur ad vitam, & militiam, probatur, quia sunt diuersa iura, & diuersæ rationes, & propterea illatio non potest fieri, Quòd sint diuersa iura, patet, quia fidelitas procedit ex substantia feudi, quæ est ipsa fidelitas, & illa, quæ fidelitati infunt, sed vita, & militia non procedit ex re ipsa, & sic ex feudo principaliter, sed ex accidenti, nempe ex pacto non succedendi in feudo Iuris Francorum, non autem principaliter, quia in feudo Iuris Longobardorum, in quo succedunt secundogeniti, non debetur vita, & militia, vt supra diximus, & sic ex accidenti debetur vita, & militia, nempe ex pacto Iuris Francorum excludente secundogenitos per primogeniti superexilitetiam, ergò ex diuerso iure, meritò non fit consequentia, Sũt diuersæ rationes, quia seruitium abstractum à fidelitate, siue à fidelitatis qualitatibus, & requisitis, est quid extrinsecum à feudo, & sic potest ideò remitti, vt non debeat, sed vita, & militia debetur, quia secundogenitus excluditur à feudi

successione, ergò dum sunt diuersæ rationes, meritò neque potest fieri illatio, videlicet vasallus non tenetur ad aliquid, &c. ergò non tenetur ad vitam, & militiam, mala est consequentia, cum sint diuersa iura, & diuersæ rationes.

10 Quinimò ratio seruitij militaris non præstandi de feudo franco, quæ per *Petrum de Gregorio* assignatur ad exclusionem secundogenitorum, retorquetur contra ipsum, siquidem si ipse admittit, quòd vasallus in feudo franco non tenetur ad aliquid, præterquam ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis, sed in iuramento fidelitatis continentur illa onera vasalli, nempè reddere dominum tutum, incolumem, saluum, & rem suam saluam, & alia, de quibus in *cap. 1. de noua forma fidelit.* pro quibus obligationibus explicandis tenetur vasallus seruitium præstare, ergò si tenetur vasallus militare, non procedit quòd *Petr. de Gregor.* simpliciter admittit, quòd vasallus, qui nõ tenetur seruitium aliquod præstare pro feudo franco, & per consequens nec secundogeniti teneantur militare, & militando seruire, & sic vt non debeant habere vitam, & militiam, cum adhuc pro feudo franco debeantur seruitium intrinsecum fidelitati, & ei insitum, & fidelitas feudalis, aliàs nõ esset feudum, sed allodium. Secundo, *Petr. de Gregor. d. quest. 22. num. 3. versic. secundo adduco* facit argumentum, dicendo, quòd seruitium militare est onus reale feudi, & dos de paragio est onus personale feudi, sed si vasallus non tenetur ad onus reale, ergò nec ad personale, & sic videtur etiam vitam, & militiam excludere.

Sed missa facio quæ possent dici contra hanc arguendi rationem, & illationem, cum sint diuersa, attamen pro responsione dico, quòd quædam onera feudi sunt de iure positio, quædam de iure naturæ, vltra alia, quæ dico infra *q. 39.* Onera de iure

positio sunt seruitia, & fidelitatis ligamen à Domino imposita in feudi concessione, Onera naturalia sunt illa, quæ natura imponit rei, vt est filios hæreditatis paternæ hæredes facere, vel in eius locum illis alimenta præstare, de quibus infra *d. q. 39.*

12 Quando autem Rex in concessione facit feudum francum, debet intelligi de illis oneribus, quæ ipse iure suo positio imponit, cum per alium actum tollere illa possit. At verò onera naturalia non potest in totum tollere sine causa, sed benè limitare, cum Princeps non sit supra ius naturale, ergò Rex simpliciter concedendo feudum francum, debet intelligi francum ab oneribus ab ipso imponi solitis, non autem de naturalibus, idest de illis, quæ natura imponit rei ipsi, nisi aliud in specie expressisset in concessione, cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, &

13 hac de causa in *cap. licet de voto, in 6.* feudum dicitur, quòd totum est legitima primogeniti, quia ita fuit conuentum in concessione, vt totum feudum sit primogeniti, & nil spectet ad secundogenitos.

14 Insuper onera feudalia habet duplicem tractum, nempè de præterito, & sic imposita, & de futuro, & sic imponenda, nam benè videmus aliquando, quòd vltra onera imposita feudo, vel in eius erectione, vel concessione, solent etiam Reges noua, imponere onera secundum necessitatem, vt *Nos in tractatu de Iure Adoba* abundè diximus.

Item alia sunt onera imposita à lege, & inclusa in corpore iuris, prout est vita, & militia per *Constit. Comitibus*, & dos de paragio per *Constit. In aliquibus, & Quamplurium*, sed quando Rex simpliciter erigit, vel concedit feudum francum, & liberum ab omni seruitute, tunc talis franchitia comprehendit libertatem oneris imponendi, vel impositi ab ipso Rege, non autem operatur, siue comprehendit

dit libertatē ab onere imposito à lege, & incluso in corpore iuris ex natura sua, prout vita, & militia, ita aduertit *Mastrill. d. loco, num. 46. & 47.* dicens, *num. 48.* quòd licet feudum sit francum à seruitio, tamen in reliquis remanet feudum, & eius naturam retinet, allegat *Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 5. quæst. 5. Roland. à Vall. conf. 2. num. 135.* & alios.

16 Remanet tantum videre de secundo capite quæstionis, nempe de Terra, siue Baronia cōcessa in allodium.

Et in hac quæstione est attendenda inuestitura, siue verba concessionis, an demonstret feudum, vel allodium, quia si nihil constat de feudali qualitate, sed de allodiali, tunc certum est, quòd non debeat vita, & militia, ea ratione, quia vita, & militia debetur secundogenitis de feudo cum clausula Iuris Francorum, à cuius successione per dictum ius secundogeniti excluduntur per primogenitum, ita aduertit idem *Mastrill. d. decis. 200. nu. 2. in fine, & nu. 3. & seq.*

18 Quid autem si feudum esset Ecclesiasticum, an debeat vita, & militia? distinguit *D. Garf. Mastrill. d. loco, num. 25. & 26.* aut tenetur, & possidetur à persona Ecclesiastica, & non debetur, aut à laico, & debetur, quod Ego intelligo stante clausula Iuris Francorum.

Sed quid si feudum esset permutatum allodium? distingue plures casus.

Primò, quando permutatio facta est simpliciter.

Secundò, quando facta est cum consensu Regis, mutando expressè naturam feudalem in allodium, ut primo casu debeat vita, & militia, secundo autem casu non debetur, ut docet idem *Mastrill. d. decis. 200.*

30 Tertium quoque argumentum *Petri de Gregorio d. loco, num. 4. vers. 3. adduco*, similiter corrui ex mala illatione, nam si dicit francum à seruitio, ergò est liberum ab omni onere

sed distinguimus de libertate, aut est libertas oneris de iure positio, & concedimus, aut oneris de iure naturæ, & negamus, ut est alimentare filios, quam veritatem adhuc agnoscens *Petr. de Gregor. d. loco, num. 4. vers. idè, dicit, pro nunc cogitandum.*

Ex quibus omninò inuehor ad sequendam negatiuam sententiam, ut omninò vita, & militia debeat secundogenitis ex feudo franco, & hæc opinio est æquior, & respicit fauorem publicum, ne filij Baronum cogantur mendicare, ut dicit *Mastrill. d. loco, sub num. 48.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia debita secundogenitis ex feudo communis patris, si primogenitus vendat feudum ipsum, an ipsis debeat, non obstante venditione, & deberi illam ex feudo vendito concluditur ex expressa resolutione Regis Roberti relata in *cap. Alienationis actus*, indèque arguitur, quòd secundogenitus pro vita, & militia habet actionem realem contra feudum, siue eius fructus, & distinguitur de annatis decursis, vel decurrèdis, Et an possit feudum exequi, vel fructus, vel contra personam primogenitam.

- 1 *Secundogenitus non amittit vitam, & militiam, quando primogenitus vendit feudum.*
- 2 *Cap. Alienationis actus, sub titulo de adiutorijs pro milit. fratris declaratur.*
- 3 *Decisio ardua, & noua causa est remittenda ad Regem.*
- 4 *Emptor feudi tenetur ad vitam, & militiam secundogeniti, & non sequ.*
- 5 *Præstatio vita, & militia an sit realis, & an sequatur feudum.*
- 6 *Actio realis pro vita, & militia dirigitur contra feudum, sed exequitur super fructibus.*
- 7 *Constitut. Comitibus dicens, præstari vitam, & militiam de bonis paternis, intelligitur de fructibus feudi.*
- 8 *Actio pro vita, & militia secundum veriorum sententiam est personalis, sed in rem scripta.*
- 9 *Actio pro vita, & militia ex cap. Alienationis actus an detur pro vita, & militia de præterito, & de futuro, & num. 10.*
- 10 *D. Horat. Montani dubiū, quod cap. Alienationis actus non aperit de vita, & militia præterita, resoluitur à num. 11. & sequ.*
- 11 *Feudum pro annatis decursis vita, & militia vendi potest, & decisiones referuntur.*
- 12 *Capitulum Alienationis actus comprehendit propriè vitam, & militiam de præterito.*
- 13 *Secundogenitus de feudo nouo vendito per primogenitum potest petere partem pretij, vel vitam, & militiam.*
- 14 *Secundogenitus habet vitam, & militiam, etiam quod fructus sint venditi.*
- 15 *Secundogenitus habet electionem pro vita, & militia, vel agere super feudo vendito, vel contra primogenitum vendentem.*

MOrtuo patre, relictis primogenito, ac secundogenitis, successoque ad feuda paterna primogenito, ac taxata vita, & militia secundogenitis, iisque per aliquot annos vita, & militia soluta per primogenitum, solent quandoque primogeniti vendere feudum, quid ergo erit de vita, & militia soluenda secundogenitis? an illam amittant per venditionem prædictam, vel illam quotannis exigent ab ipso primogenito, vel an ex feudo ipso, & ipsius emptore, siue possessore?

2 Fuit hæc quæstio agitata coram Rege Roberto in anno 1336. inter Ioannottum de Andria secundogenitum, & Franciscum primogenitum, Conquereretur namque secundogenitus, quod primogenitus (vendito feudo) non intendebat ei soluere vitam, & militiam, & habita prius magna discussione inter Sapientes Regni tunc temporis, stetit in iuspensio quæstio ipsa, alij dicebant, quod solutio vitæ, & militiæ erat onus primogeniti, alij autem negabant, affirmantes, quod erat onus feudi reale, alij dicentes, quod erat actio personalis in rem scripta, quæ dabatur contra primogenitum, sed exigebatur ex feudo, alij tandem dicebant, quod erat onus fructuum feudi, non autem feudi, de qua re Nos supra quæst. 3. adeo vt potius in confusionem, & ambiguitatem tunc temporis Doctores iure, dubitantes, & quasi nescientes quæstionem ipsam terminare, ideo (vt in similibus arduis, & ambiguis nouitatibus fieri adsolet recurrere ad Regem, qui quæstionem decidat, vt fuit etiam practicum tempore Capycij, vt ipse refert *decis. III.*) fuit peti- tum à Serenissimo Rege Roberto, vt difficillimæ quæstioni Regiam assignaret decisionem, proindeque Rex ipse Robertus cum consilio Sapientum, & maximè *Bartholomæi de Ca-*

4 *pua*, tunc temporis altercantium, ambiguitatem declaras, ac quaestionem terminans per specialem Regiam litteram declarauit iuris ambiguitatem, & prudentum altercationem in Regno, & rescribi fecit per Bartholomæum de Capna Præsidi Prouinciae Terre Hidruti, quod veris existentibus expositis per Ioannottum secundogenitum, quod dilatore cessante, & arcus iuris remedijs cõpelleret emptorem, siue possessorem feudi ad exoluendam vitam, & militiam dicto Ioannotto secundogenito, secundum formam, regulam, & consuetudinem approbatam, rationemque Regiæ decisionis assignat ipse Rex Robertus, nempe quod præstatio vitæ, & militiæ est censenda realis, & tanquam realis debet transire ad emptorem, qui remanet obligatus præstare dictam vitã, & militiam de ipso feudo, & super feudo ipso, & idem erit dicendum in quolibet feudi possessore, quam sententiam ex dicto cap. *Alienationis actus*, quod vita, & militia sit onus reale feudi docere *Matth. de Afflict. in Constitut. Regni In aliquibus*, num. 24. de *success. filior. Comis. & decis. 162. num. 1. & 2. Io. Anton. de Nigris in d. cap. Alienationis actus*, sub num. 6. & 22. *Paris de Puteo tit. de finibus feud. cap. 40. sub num. 16. Camer. in cap. imperialem, fol. 50. col. 1. lit. E. Io. Thomas Minad. decis. 10. n. 2. Vincent. de Franck. decis. 714. num. 1. & 2. Napodan. in Consuet. Quod si aliquis*, sub num. 33. de *aliments. præstand. & ibi in verbo vita, & militia. liter. B. fol. 229. Franc. de Amicis de his, qui feud. dar. poss. fol. 26. vers. & quidem*, num. 1. *Horat. Montan. in cap. imperialem, num. 224. sub lit. I. de probib. feud. alien. per Frederic. Iul. Casar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 59. Molfes. cons. 9 num. 11. cum seqq. Marcell. Maronian. cons. 56. num. 7. Io. Cannot. in cap. volentes, fol. 100. cap. est & aliud onus*, sub num. 10.

6 Declaro primò hanc sententiam,

vt sit intelligenda non quòd corpus feudi, vt secundogenitus habeat actionem hypothecariam super feudo, sed quòd illam valeat exercere super fructibus feudi, non autem super ipso corpore, vel parte feudi, ita declarat *Afflict. in Constit. Comitibus*, sub num. 6. vers. *secundò pro ista parte, & vers. nec obstant in contrarium adducta, Paris de Puteo d. cap. 40. nu. 18. 19. & 20. dicens, quòd ex fructibus feudi debetur, Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 57. nu. 18. & seqq. Petr. de Greg. de vita, & militia, quæst. 3. num. 4. & quæst. 5. nu. 1. Franc. de Amic. fol. 28. vers. illa etiã ratio, Io. Fræc. de Ponte de potestate Proreg. tit. de assensib. Regis, S. 4. sub num. 29. & nouissimè Io. Baptistæ Bilotta conclus. feud. 14. nu. 3. Marias Giurba decis. 24. sub num. 24. Molfes. d. cons. 9. nu. 13.*

7 Rationem assignant ex eadem *Constitut. Comitibus* inductiua vitam, & militiam, dum dicit, quolibet tempore militiam sibi debitam absque alicuius repulsæ timore de bonis patris à fratre maiore petere, & habere poterit, & sic non dicit ex feudo patris, ergò est intelligendum de fructibus feudi, qui recollecti à feudo dicuntur bona paterna, ita declarat *Afflict. locis citatis, & DD. supra allegati, & Ego addo aliam rationem de iure communi, semper enim quòd alicui debentur alimenta quouis modo ex aliquo patrimonio, semper intelligitur, vt proprietates vendi non debeat, ita ex multis iuribus probat Io. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. quæst. 9. num. 1.*

8 Subdeclara hanc declarationem, vt etiam virtute illius decisionis supra enunciatae in d. cap. *Alienationis actus* possit etiam dici, quòd talis actio sit hypothecaria, tamen verior est sententia, mihi que magis arridet, quòd sit actio personalis contra primogenitum, sed scripta in rem, & sic ad feudum, eiusque fructus, & idè est actio contra personam, sed sequitur rem, ita docet *Barthol.*

ibol. Camer. in cap. imperialem, fol. 50. sub lit. E. & ratio est, quia pro onere feudi non datur realis actio, sed bene datur cōdictio ex lege, aut actio personalis, vt docet idem Camerar. d. loco, fol. 13. sub lit. I. & apertissimè Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verbo antiquis, sub num. 553.

- 9 Declaro secundò, & nouiter, et si siue concedamus, quòd actio pro vita, & militia sit realis, siue hypothecaria, vt cap. *Alienationis actus de vita, & militia*, siue mauis *litera Regis Roberti* indicat, siue personalis in rem scripta, vt *Camerarius* docet, quidquid Nos supra q. 4. tamen semper de vita, & militia consequenda Doctores loquuntur, & sic de vita, & militia futura, Sed quid de vita, & militia præterita, hoc non aperit *litera Regis Roberti*, hanc difficultatem excitauit *Horat. Montan. in cap. imperialem, fol. 105. à ter. sub litera I. sub num. 224.* sed illam non resoluit, quasi quòd capitulum prædictum non comprehendat hunc casum, sed tantum comprehendat vitam, & militiam de præsentis, & de futuro, sed vitam, & militiam præteritam reliquit in suspenso. Nos autem ex ratione, & dispositione dicti capituli dicimus, nullam esse differentiam circa consequutionem vitæ, & militiæ, siue de præterito, siue de futuro, vt eadem actione, qua secundogenitus experitur pro vita, & militia de futuro, eadem experitur pro vita, & militia de præterito sibi debita, &
- 10 non soluta sibi à primogenito, quinimò feudum ipsum vendi posse docuere Doctores Neapolitani, & Siculi.

Ex Neapolitanis in puncto docuere, & ita esse decisum refert *Io. Thom. Minad. decis. 10. dicens, num. 2. circa finem* ex ore Dominorū Nicolai Maiorana, & Ioannis Martialis Confiliariorum, quòd sæpius ita fuit iudicatum, & ante ipsum *Aff. Et. in d. Conf. Comitibus sub num. 6. circa me-*

dium, Iul. Casar Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. sub num. 59. Molfes. cons. 9. n. 11. 30. & 31.

Ex Siculis *Blasch. Lancea in cap. v. lentis* mihi manuscriptus *fol. mihi 59. in magnis, vers. quarto limita, Io. Cannetius ibid. fol. mihi 100. cap. est etiam anus, num. 8.* vbi in specie de vita, & militia de præterito, *D. Franc. Milanen. decis. 5. num. 38. lib. 1.* vbi distinguit de vita, & militia præterita, & futura, dicentes, ita deberi intelligi *Petr. de Gregor. quest. 10. Nicol. Intri gliol. de feud. cent. 1. quest. 57. num. 44. D. Mar. Giurb. decis. 24. num. 24. in fin. & Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verbo antiquis, num. 553. cum sequent.* Quorum sententia fundatur cum ratione, quia vita, & militia sunt alimēta, & pro alimētis de præterito competit alimentario actio contra alimētatorem in bonis testatoris, siue pa-

12 tris, tūm etiam ex dispositione *dict. Conf. Comitibus*, quæ apertè loquitur, dūm dicit, *rediens vitam, & militiam sibi debitam, &c.* vt in *d. cap. Alienationis actus*, quod non solum comprehendit vitam, & militiam de futuro, sed in specie comprehendit vitā, & militiam de præterito, qui est propriè casus dicti capituli, siquidē secundogenitus ibi conquæritur ante Regem Robertum, quòd eius fratrem primogenitus alienauit feuda, & non fuit sibi satisfactum de vita, & militia, & hoc suadetur ex pluribus verbis dicti capituli, & præcipuè ex illis, videlicet, *dictusque supplicans non præfatam vitam, & militiam est assequutus*, quod verbum non est assequutus est præteriti temporis, ergò capitulum disponit etiam super vita, & militia de præterito, ideòque non debet restringi ad vitam, & militiam de futuro, prout *D. Montanus* asserit.

- 13 Declaro tertio, quid si feudum venditum per primogenitū esset nouum, an sit in electione secundogeniti vel petere partem pretij, vel vitā, & militiam? *Franc. de Amicis de his, qui*

qui feud. dar. poss. fol. 184. sub num. 12. vers. ad unum tamen consuluit secundogenito, ut petat vitam, & militiam recta via contra feudi possessorem, & ratione, quia per cap. Alienationis actus habet actionem ex illa lege contra feudi possessorem, quam non haberet in petenda parte pretij, quia personalis esset, Ego aut teneo, quod potest etiam petere partem pretij super feudo saltem petitione hæreditatis, vide quæ dixi supra q. 26.

14 Declaro quartò, quid si essent venditi fructus feudi, etiam cum assensu? dicas quod debeat vita, & militia, Fab. de Anna cons. 4. num. 45. cum seqq.

15 Declaro quintò, ut sit in electione secundogeniti, vel agere contra primogenitum alienantem, vel contra emptorem super feudo, ut dicit Camillus Salern. in Consuetud. Neapolit. Quod si aliquis, in verbo vita, & militia, in princ. tit. de alimen. præstand.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenitus non amittit vitam, & militiam ex feudo deuoluto ad Regem ob rebellionem primogeniti iam condemnati, & nu. 3. 4. & seqq.
- 2 Vita, & militia ex fructibus feudi in posse Regis deuoluti ob rebellionem primogeniti quod non debeat, dubitat Franc. de Amic.
- 3 Feudum ob rebellionem deuolutum Fisco dicitur resolutum.
- 4 Onera per Regem imposita feudo ad fauorem alterius, transeunt in Fiscum.
- 5 Munificentia Regis debet esse perpetua quoad quis se reddit illa indignum.
- 6 Secundogenitus non descendit de sanguine fratris rebellis.
- 7 Ratio ex cap. Alienationis actus, quod actio pro vita, & militia sit hypothecaria, & ideo transit in Fiscum, habet contradictorem, & habet locum in casu dicti cap. nempe in alienatione, & num. 9.
- 8 Secundogenito debetur vita, & militia à Fisco ex feudo sibi deuoluto ob rebellionem primogeniti, & referuntur auctoritates.
- 10 Secundogenitus pro vita, & militia non est verè creditor, sed habet feudum obligatum, & decisio refertur.
- 11 Secundogenitus non amittit successionem ob rebellionem primogeniti commissam, viuente patre, & decisiones referuntur.

A R G V M E N T V M.

Vita, & militia an debeat secundogenitis à Fisco etiam post deuolutionem super feudo paterno ad ipsum Fiscum deuoluto ob rebellionem primogeniti, qui possidebat feudum, & reiecta Franc. de Amic. sententia concluditur in fauorem secundogeniti ex nouis rationibus, & auctoritatibus, Nec pariter secundogenitus amittit successionem feudi ex crimine læsæ Maiestatis commisso in vita patris per primogenitum.

Q V A E S T I O . XXIX.

- 1 **D**E facto consultus fui. Quidam Baro titulus crimen læsæ Maiestatis commisit contra Regem, Regnique statum, ad eò ut Dominica diffinitiuam sententiam ad mortem fuit damnatus, eiusque feuda Fisco Regio eadem diffinitiuam sententiam fuerunt applicata, ac de eis per Fiscum possessio capta fuit, relictis filiis masculis, & fratre secundogenito, fuit inter alia dubitatum, an si ipse secundogenitus etiam amittisset

set vitam, & militiam? Respondi quòd non amisit, imò quòd Fiscus debet continuare singulis annis præstare vitam, & militiam dicto secundogenito eius vita durante, iuxta taxationem factam.

Dubitat Fiscus patronus contra secundogenitos, vt reuerso, siue deuoluto feudo ad Regem ob rebellionem primogeniti, videatur etiam extincta actio ad vitam, & militiam, ex sequentibus.

2 Primò, certum est enim, quòd secundogenitus debet consequi vitam, & militiam à manibus primogeniti ex fructibus feudi, ea ratione, quia ipse secundogenitus fuit exclusus à feudo per Ius Francorum, sed per rebellionem primogenitus fuit feudo priuatus, & per consequens est extincta actio directa contra primogenitum ratione feudi, ergò dum feudum non adest, debet cessare actio, & sic secundogenitus amittit vitam, & militiam, nam cessante occasione, & origine obligationis cessat obligatio, ita videtur argumentari *Franc. de Amicis in repet. sit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 27. vers. in contrarium, nu. 1. & 2.*

3 Secundò, certum est etiam, quòd rebellio est causa resolutionis feudi, quia res concessa in feudum nititur, & innititur fidelitati ipsius vasalli, ergò cessante fidelitate, cessat feudum per viam resolutionis, resoluitur enim feudum, dum redit ad Regem, & ad suam primæuam naturam redit, ergò resoluitur etiam omnis actio feudalis, siue ad feudum ipsum, ea ratione, quia etsi priùs secundogenitus habebat actionem vitæ, & militiæ, hoc benè procedebat, quia iam erat feudum in persona primogeniti, sed hodiè per deuolutionem, ad Regem est in manu Regis tanquam res sua, & sic desijt esse in manu primogeniti vt feudum, meritò cessare debet præstatio vitæ, & militiæ super feudo iam resoluto, ita has, & alias rationes adducit *Franc. de Amic. d.*

loco, qui fol. 165. column. 1. in specie tenet hanc sententiam, quòd feudum peruentum in Fiscum transit cum onere paragij dandi fororibus, non sic in vita, & militia, & dat rationes, quia vita, & militia dicitur præstatio fructuum.

Sed his, & alijs, quæ in contrarium adduci possent rationibus non obstantibus, verior est opinio affirmatiua, nempe quòd secundogenitus non amittit vitam, & militiam, & quòd illi debeatur ex dicto feudo deuoluto ad Fiscum ob rebellionem primogeniti, quæ probatur rationibus, & auctoritate DD.

4 Rationibus. Prima ratio, nam vita, & militia est onus per *Constitut.* & per mores probatos impositum feudo, siue eius fructibus ad fauorem secundogeniti eius vita, & capacitate durante, & per consequens siue consideremus vitam, & militiam vt onus feudi impositum ab ipso Rege ad fauorem alterius, & tunc transire debet in Fiscum, siue consideremus vitam, & militiam vt onus fructuum, & tunc etsi allodiales, sed percipiendi ex feudo, tamen transeunt in Fiscum, etiam cù dicto onere ex æquitate naturali, per quam quis non debet beneficio proprio priuari ex delicto alterius, quidquid dicat *Franc. de Amicis fol. 165. column. 1.* vbi nihil allegat, siue vt onus intrinsecum feudi, prout considerauit *Andr. de Ifern. in S. quid ergò, sub num. 6. vers. vel cùm onus feudi,* & transire debet in dominium cum re ipsa, ita *Fab. de Anna conf. 4. à nu. 23. cum seqq.*

5 Secunda ratio, quia vita, & militia debetur secundogenitis ex munificentiâ Regis, quæ munificentia debet esse perpetua quòd quis se illa reddit indignum, & idè supra *num. præced.* diximus, vita, & capacitate durante, & hæc munificentia alendi secundogenitos durare debet etiam feudo existente in posse Fisci, dummodò non ob delictum paternum, quia eo

casu

casu filius tanquam descendens de sanguine delinquentis priuabitur omni commo feudali, *leg. quisquis, & ibi tradita, C. ad l. Iul. Maiest.* sed quando feudum deuenit ad Fiscum ob delictum fratris, tunc quia frater non delinquens non descendit de sanguine delinquentis, non debet priuari commo feudali, cum aliàs non reperiatur cautum in Iure Romano, & feudali, vt frater ob delictum fratris priuetur commo feudali, & hæ sunt potissimæ rationes huius sententiæ, non autem est illa ratio desumpta ex *cap. Alienationis actus*, nempè quòd actio pro vita, & militia est hypothecaria, & idè transit in Fiscum, quia hæc ratio haberet contradictionem, an esset resoluta hypotheca, dum est resoluta res, super qua erat constituta, & an, & quando esset constituta cum assensu, vel sine assensu, sed verè ratio illa habet locū tantum in illo casu alienationis, nam in eo cadebat dubitatio, dum non habebamus certam dispositionem legis, idè illud capitulum est verè litera Regis Roberti, declarans ambiguitatem illam, At verò Nos sumus in casu claro, nempè in onere imposito à Rege per Constitutionem, & per mores probatos, meritò transit in Fiscum tanquam onus impositum ab ipso Rege.

8 Ratsonibus accedant authoritates, *Andr. de Ifern. in cap. 1. § quid ergò, sub num. 6. circa medium, de inuestit. de re alien. facta* docet, hoc onus vitæ, & militiæ transire in Fiscum, ibi, *vel danda militia fratri*, contra cuius authoritatem dicit *Franc. de Amicis de his. qui feud. dar. poss. fol. 28. vers. est hanc opinionem, num. 1.* quòd durum est venire, quia comparauit onus paragij, & onus vitæ, & militiæ, & ibi *Loffred. Camill. Salern. ad Consuet. Neapolit. Quòd si aliquis, lit. D. de aliment. prestand.* dicens, quòd isto casu secundogenitus non debet amittere militiam, siue victū debitum ex causa

militiæ, quam debet pro Domino exercere, prout quando filius committit crimen aliquod, eò quòd perdit bona, tunc non publicatur vsusfructus patri in bonis filij debitum, in peculio aduentitio, per iura ibi allegata, *Camill. de Medic. cons. 119. nu. 16. Iul. Cesar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. num. 60. Io. Baptistæ Bitocæ conclus. feud. 14. sub num. 12. Reg. Reuenter. decis. 4. num. 5. volum. 2.* quæ posita est in fine huius tractatus.

9 Ex quibus inferas, quòd etsi *text. in d. cap. Alienationis actus* virtute illius dictionis, *super. DD. doceant*, quòd pro vita, & militia competat hypothecaria, & sic vt secundogenitus sit creditor hypothecarius super feudo, tamen *text.* ille intelligitur in illo casu alienationis tantum, & non vt sit verus creditor ipse secundogenitus, quia in primo casu si esset vera hypotheca, resolueretur per deuolutionem ad Fiscum, dum non haberet assensum hominis, tantò magis propter culpam feudatarij, quæ videtur præcogitata in cõessione ipsius feudi, vt commissa culpa feudum redeat ad Dominum, vnde exiuit, & iste casus sic præcisus, & præuisus deberet nocere etiam ipsi secundogenito, qui habet ius dependens à dicto feudo contra ipsum feudum, imò ipsi feudo vnitum, vt argumentatur *Franc. de Amicis d. loco, vers. in contrarium, sub num. 2. & 3.* sed consequens est falsum, quòd onus vitæ, & militiæ transit in Fiscum, ergò clarè apparet, quòd non est vera hypotheca, vel si esset, esset in illo casu tantum, sed verè est actio in rem scripta, quæ datur contra tenentes rem indebitè, vt asserit *Iul. Cesar Gallupp. d. loco, sub num. 60.* & Nos supra docuimus.

10 Sic etiam suadetur ex supradictis, quòd secundogenitus non sit verè creditor, adeò vt non contineatur appellatione veri creditoris, etsi habet feudum obligatum, ratio est, quia creditor dicitur propriè ille, qui sequi-

tur fidem alterius, & sibi obligatur, imò communis opinio se habet, ut ille, qui habet actionem realem non dicatur verè creditor, sed abusiue, & largè, iuxta allegata per *Vincent. de Franchis decis. 714. num. 1. ad 4.* vbi refert casum positum à *Regente Reuert. in sua decis. 45. vol. 1.* quæ posita est in fine huius tractatus, quo frater maior, & minor fuerunt declarati rebelles, ad eò ut primogenitus amisit feudum, & minor secundogenitus amisit vitam, & militiam, fuit deindè concessa indulgentia generalis, & omnes restituti, exceptis creditis, quæ Regia Curia debebat rebellibus, fuit dubitatum, an secundogenitus uti creditor super feudo restitueretur? & fuit
* *decisum, indulgentiam esse intelligendam de vero creditore, & proindè secundogenitum tanquam creditorem improprie non esse comprehensum in dicta indulgentia, ita Vinc. de Franch. d. decis. 714. num. 6. Io. Mar. Nouar. super Pragm. 25. de feud. collect. 107. n. 14. in paruis, Reg. Reuert. d. decis. 45. vol. 1. in calce huius operis posita.*

Quid autem si ipse secundogenitus esset rebellis, diximus supra q. 11.
* *11* Nec pariter secundogenitus amittit successionem feudi ob rebellionem primogeniti commissam viuentis patre, nam secundogenitus, non obstante rebellionem primogeniti, succedit patri in feudo, ita *Andr. de Ifern. in cap. 1. §. si prater à vasallus, nu. 12. colum. 3. qua fit prima causa benefic. amitt. & ibi Loffred. colum. 2. vers. quid si pater, Petr. Gars. decis. 72. referentes, quòd bis fuit contra Fiscum iudicatum in fauorem secundogeniti, & ratio est, quia etsi secundogenitus sit de sanguine primogeniti, tamen non descendit à primogenito, & sic cessat timor, de quo in *l. quisquit, C. ad leg. Jul. Maiest.**

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an per primogenitum debeat secundogenitis de feudo ipsi primogenito per patrem refutato. Negatiua proponitur opinio, qua confutata, ponitur affirmatiua in fauorem secundogeniti. Distinguitur de refutatione pura, seu pactionata, & quid si esset vnũ, vel plura feuda, Et an cum feudo refutato secundogenito competatur vita, & militia.

S V M M A R I A.

- 1 Secundogenito an debeat vita, & militia de feudo refutato.
- 2 Negatiua opinio, quòd non debeat asseritur, & rones ponuntur n. 3. & seq.
- 4 Affirmatiua opinio, quòd debeat, & rationes ponuntur, & nu. 5. ut supra, & seq.
- 5 Vita, & militia debetur de feudo refutato à die refutationis simplicis, & pura, secus si esset pactionata.
- 6 Casus simplicis refutationis, & successionis equiparantur pro debenda vita, & militia.
- 7 Feudo vno refutato, adhuc de illo debetur vita, & militia respectiue.
- 8 Feudis pluribus, vel omnibus refutatis tanto maior vita, & militia quantitas debetur.
- 9 Vita, & militia non debetur in casu refutationis pactionata, & decisiones referuntur.
- 10 Feudum vnum refutatum secundogenito an debeat compensari cum vita, & militia, vel illam debeat habere de alijs feudis refutatis primogenito, remissiue.

QVAESTIO. XXX.

Solent quandoque patres in hoc Regno aliqua de causa, puta contemplatione matrimonij, vel

vel vt ingentes filius contrahat nuptias, refutare ipsi primogenito feudum vnum ex pluribus, vel omnia feuda, & quemadmodum *Nos in tractat. de Iure Releuij, part. 4. quæst. 15.* dubitauimus, an debeat Releuiū, ita etiam dubitari solet, an debeat vita, & militia, et casu quo debeat, an debeat in vita patris refutatis, vel debeat expectari eius mors, ad eum vt secundogenitus in morte patris refutantis possit pretendere vitam, & militiam?

Et in hoc articulo in genere sumpto reperio duas sententias. Alij negant, non deberi vitam, & militiam, in casu refutationis, & fuit primus huius sententiæ author *Ioannes Vincent. de Anna allegat. 23. à nu. 1. ad 6.* licet ibi contrarium fuerit decisum, & eum sequutus *Iulius Caesar Gallupus de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 41. in verbo succedente, & ante ipsum sequutus est, & defendit hanc sententiam Franc. de Amicis in tit. de bis, qui feud. dar. poss. fol. 163. colum. 1. versicul. & pro hac concurreo cum Domino de Anna, & ita fuisse decisum in Regno Siciliae refert *Mastrill. decis. 1. à num. 9. ad 11.**

Rationes plures assignant, & præcipuè *Io. Vinc. de Anna d. allegat. 23.* sed potissima illa mihi videtur descendens ex illo primo fonte, nempe ex successione, & exclusione successionis, siquidem dum vera est illa opinio Regnicolarum, quod vita, & militia succedit loco portionis, quæ aliàs debebatur secundogenito super ipso feudo, tunc certum est, quod hæc portio debebatur in morte patris, quo tempore dicitur quis succedere, *S. fn. de hered. qua ab intest. deferuntur, prout habetur ex dicta Constitut. Comitibus, & ita declarat cap. Alienationis actus, ibi ex successione paterna, ergo tempore mortis debetur vita, & militia, sed in hoc casu primogenitus habet feuda ex contractu in vita patris, ergo cessat suc-*

cessio, quæ propriè est in morte patris, si cessat successio, quæ est causa debendi vitam, & militiam, ergo cessare debet vita, & militia.

4 Affirmant nonnulli dicentes, quod in casu simplicis, & puræ refutationis debet primogenitus soluere vitam, & militiam secundogenito, *Io. Vincent. de Anna in repetit. de vassal. decrepit. atat. num. 226. Dominus Franciscus Milanens. decis. 8. num. 286. lib. 1. Mastrill. decis. 1. à num. 9. ad 11. Regens Rouit. in Pragmatic. 25. sub num. 8. de feud. idem Mastrill. ad Petrum de Gregor. de vita, & militia, quæst. 4. in verbo fratribus, Ioannes Baptista Bilotta conclus. feud. 14. num. 19. & secundum hanc opinionem, vt veriore, & æquiore fuisse decisum in fauorem secundogenitorum refert *Anna dicta allegat. 23. in fine, Regens de Ponte in pratud. feud. lect. 2. num. 55. Iulius Caesar Gallupus de feud. part. 3. cap. 4. sub num. 42. Nouar. ad Pragmat. collect. 107. n. 9. Io. Baptista Fbor. in 2. p. compend. in verb. vita, & militia.**

5 Rationem potissimam assignant præfatæ opinionis Doctores, qui eam sequuntur, quæ ratio pariter est fundata in dicto primordio successionis, sed diuerso tempore, quippe docent, quod refutatio pura, & simplex facta primogenito de feudo dicitur etiam successio, ad eum vt primogenitus refutarius dicitur succedere ad feudum refutatum, sed præmaturè præueniendò tempus mortis, & sic refutatio dicitur successio præuenta, & præmatura, & ideò attenditur, quod sit successio, quo casu quia primogenitus refutarius adstringitur ad omnia, ad quæ vt feudatarius tenetur, si succederet per mortem, tum etiam quia in tali casu competunt omnes qualitates, ac rationes, si succederet in morte patris, meritò debet etiam soluere vitam, & militiam, ita docent *Io. Vinc. de Anna in d. repet. de*

- usall. decrepit. stat. nu. 216. Mastrill. d. decis. r. num. 10. Mitonenf. d. nu. 286;* dicens, quòd refutatio simplex, & pura tanquam successio retinet omnes qualitates veræ successionis, & proindè debent solui omnia onera, & sic vita, & militia licet debita in morte feudatarij, *Reg. Rouit. d. Pragm. 25. sub num. 8.* æquiparans casum veræ successionis, & refutationis, vt idè ex identitate rationis in vtroque casu debeat vita, & militia, & hæc opinio est verior, & magis recepta in Tribunalibus. Sed hanc sententiam declara pluribus modis.
- 7 Primò, siue fuerit vnum feudum, refutatum ex pluribus, vt super illo debeat respectiue vita, & militia, * vt fuit decisum in causa Andree Matthæi, Claudij, & Antonij Acquaiuia secundogenitorum contra Ill. Ducem Hadriæ, vt refert *Io. Baptista Thor. lib. 2. compend. decis. in verbo vitam, & militiam*, idem videtur annuere *Bilocta loco allegato, n. 19.*
- 8 Declara secundò, et si essent donata plura, vel omnia feuda absque causa, vt tunc tantò magis debeat vita, & militia, sicuti etiam debentur in tali casu alia onera feudalia, puta paragium, siue cum causa, puta contemplatione matrimonij, quia vtroque casu debetur vita, & militia, ex ratione suprascripta, ita *Anna d. allegat. 23. Bilocta d. num. 19. & Mastrill. ad Petr. de Gregor. in d. verb. fratribus.*
- 9 Declara tertio, quòd aut refutatio est simplex, siue omninò, adè vt refutans nihil sibi reseruasset, & omnia transfuisset in refutarium, aut refutatio non est simplex, siue omninò, sed refutans sibi reseruasset vsum fructum, vel esset in possessione percipiendi fructus, & tunc primo casu procedit opinio, quòd debeat vita, & militia secundogenitis. Sed secundo casu non debetur vita, & militia, ratio est in promptu, quia vita, & militia debetur ex fructibus feudi, qui debent percipi de manu primogeni-

ti, ergò si dum primogenitus non percipit fructus ex feudo, meritò non tenetur ad vitam, & militiam, & ita has discordantes opiniones, & decisiones concordat *D. Garf. Mastrill. d. decis. l. sub num. 10. vers. & maxime*, dicens, quòd decisio facta ad beneficium Baronis Gruttarum contra secundogenitum, processit, quia refutans sibi reseruauit vsum fructum, & refutarius nihil percipiebat de ipso feudo, sed hoc nõ erat in causa Marchionis Fabariæ, quia Dux refutarius percipiebat fructus feudi refutati, meritò debebat soluere vitam, & militiam.

- 10 Declara quartò, quid si pater refutasset vnum feudum secundogenito, & alia feuda refutasset primogenito, an possit petere vitam, & militiam super feudis refutatis primogenito, vel an inducatur compensatio, vide quæ diximus supra q. 14.

ARGUMENTVM.

Vita, & militia an debeat secundogenito ex feudo antiquo communis ascendentis, peruento ad primogenitum, non à patre, eiusque successionem, sed ex alia causa, Rationes pro negatiua proponuntur, ipsæque reiectis resoluitur deberi vitam, & militiam, dummodò ius succedendi, vel habendi feudum fuerit in hæreditate tempore mortis paternæ, & quòd feudum fuerit communis ascendentis, Liquidatur attempto redditu tempore mor-

tis

tis paternæ, Ius luendi feudum recipit æstimationem, & proindè attento reditu, debetur de eo vita, & militia, Et quid si essent venditi fructus feudi, Onus legitimè impositum feudo deducitur ad fauorem primogeniti, secùs si illegitimè.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia debetur secundogenito de feudo non existente in hereditate tempore mortis paternæ, sed postea ad primogenitum peruento iure antiqui feudi, resoluitur, & num. 3.
 - 2 Const. Comitibus, & cap. Alienationis actus ponderantur contra secundogenitum, ut nō possit petere vitam, & militiam ex feudo non existente tempore mortis paternæ.
 - 3 Secundogenitus habebit vitam, & militiam de feudo antiquo peruento ad primogenitum post mortem patris ex iure existente in hereditate tempore mortis paternæ.
 - 4 Vita, & militia ut debeatur, sufficit quòd primogenitus tempore mortis patris fuerit habilis ad succedendum in dicto feudo, licet postea peruento.
 - 5 Item, quòd dictum feudum fuerit communis ascendenti, à quo descendunt primogenitus, & secundogenitus.
 - 6 Vita, & militia debetur, & augetur propter corpora, siue subfeuda reintegrata, habito respectu ad valorem tempore mortis patris.
 - 7 Corpora reintegrata post mortem dicuntur virtualiter interesse in hereditate tempore mortis.
 - 8 Iura, & actiones ad recuperandum res hereditarias dicuntur inesse in hereditate tempore mortis.
 - 9 Expensa erogata in recuperatione, & reintegratione feudorum, siue
- corporum ante omnia deducuntur ad beneficium primogeniti recuperantis.
 - 10 Vita, & militia debita de corporibus reintegratis liquidatur attento valore, & reditu tempore mortis patris.
 - 11 Secundogenitus de feudo nauo recuperato habet electionem petendi vitam, & militiam, vel partem pretij, & quid propter seruitia, remissiuè num. 12.
 - 13 Feudo non existente in hereditate tempore mortis patris, non potest de eo taxari vita, & militia, sed contrarium nu. 15.
 - 14 Ius luendi, siue reemendi feudum recipiens æstimationem, taxatur in liquidatione vita, & militia, attentis fructibus, quos reddere posset eius pretium, & num. 15. & decisio refertur num. 17.
 - 16 Ius luendi, siue reemendi, quòd alio vocabulo dicitur pactum de retrouendo, potest vendi, & recipit pretium.
 - 18 Pecunia siue propria primogeniti, siue aliena, ex qua feudum fuit reemptum, ante omnia deducitur à liquidatione vita, & militia.
 - 19 Pecunia hereditatis burgenfatica, de qua fuit reemptum feudum, deducitur ante omnia ad beneficium hereditatis predictæ, & de ea non liquidatur vita, & militia.
 - 20 Fructus feudi vendi possunt.
 - 21 Vita, & militia taxatur, & debetur secundogenito, non obstante quòd super fructibus feudalis fuissent factæ venditiones, & sic fuissent venditi absque Regio assensu, & decisio refertur.
 - 22 Venditiones fructuum legitimè factæ à patre, deducuntur ad fauorem primogeniti, secùs autem si venditiones essent factæ à fratre, siue legitimè, siue illegitimè.
 - 23 Onera legitima super feudo deducuntur ad fauorem primogeniti, secus illegitima.
 - 24 Onera feudi clausa in corpore iuris an deducantur ad fauorem primogeniti, remissiuè.

QVAESTIO. XXXI.

1 **Q**uid autem statuendum erit de vita, & militia assignanda secundogenitis ex feūdo peruento ad primogenitum, non ex successione paterna, sed alia de causa, putà feudum fuit communium ascendentiū, & sic quod est antiquum, moritur modò pater, qui tale feudum non habuit, nec vnquam possedit, nec illud recuperavit, sed reliquit in eius hæreditate ius tantum ad recuperandum, siue reintegrandum, vel aliàs habendum dictum feudum, quo mortuo, filius primogenitus exercens dictum ius, postea habuit feudum prædictum, putà per sententiam, transactionem, vel alia de causa, adeò quòd feudum prædictum per dictam sententiam, transactionem, vel alia de causa ad ipsum primogenitum peruenit iure antiqui feudi, tanquam quod fuit communis ascendentis.

2 Dubitatur, an secundogenitus possit petere vitam, & militiam, quia satis illi obstare videntur. Primò *Const. Comitibus, sub tit. de adiutor. pro milit. fratris.* Secundò *cap. Alienationis actus, de vita, & militia.* Primò *Constitut.* enim *Comitibus* dat vitã, & militiam secundogenito, sed dicit illam deberi de bonis patris, dicens *Militiam sibi debitam absque alicuius repulse timore de bonis patris à fratre maiore petere poterit, & habere*, sed in casu proposito feudum, de quo quæritur non potest dici de bonis patris, dum nunquam fuit in eius patrimonio, ergò vita, & militia non debetur. Secundò *cap. Alienationis actus* aperte hoc docet, dicendo, quòd vita, & militia debetur de feudo peruento ex successione cõmunis patris, sed in casu nostro primogenitus non successit communi patri in dicto feudo, sed illud habuit, non ex successione patris, sed alia de causa longè post eius

mortem, ergò vita, & militia non debetur.

3 Sed etsi tales rationes prima facie videantur obstare, attamen contraria vt verior fuit recepta opinio, quòd in tali casu primogenitus teneatur dare secundogenito vitam, & militiam ex dicto feudo ad ipsum primogenitum peruento, non ex successione patris in eius morte, sed alia de causa, vt supra, post mortem patris, quam sententiam docuere *Mathæus de Afflict. in d. Constit. Comitibus, sub n. 21. lo. Thom. Minad. conf. 1. sub num. 50. Nicol. Anton. Gazzarell. decis. 37. num. 11. Iul. Cesar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 42. & 55.* & mouentur ratione, quia pro assignanda vita, & militia non requiritur, quòd feudum fuerit possessum a cõmuni patre, sed requiritur. Primò, quòd pater fuerit aptus, & habilis ad illius successionem, si esset viuus virtute primæ inuestituræ, quod ius succedendi trãsit ad filios cum suo onere. Secundò requiritur, quòd communis ascendens habuerit feudum prædictum, & quòd frater maior, & frater minor, qui hodie per primogenitum excluditur à successione dicti feudi, qui fuit dicti communis ascendentis, descendant à dicto primo acquirente, & ita intelliguntur verba, illa *Constitutionis de bonis patris*, idest patris illius, cui à principio fuit feudum concessum, vt firmavit etiam *glos. in d. Constit. Vs de successioneibus, glos. 1.* & sic dum militat eadem ratio in dicto casu, licet non expresso in *d. Constit.* meritò eadem decisio, & sic *Constitutio* comprehendit casum illum, & ad illum extenditur, ita docet *Afflict. in d. Constit. Comitibus, sub d. num. 21. lo. Thom. Minad. d. loco, sub num. 50. vers. nam licet, & vers. intelligendo, Nicol. Ant. Gazzarell. d. loco. sub num. 11. & seq. Gallupp. d. loco. sub num. 42. & 55.*

6 Secundò declarando verba illa in themate quæstionis posita. Ex alia causa

causa quid si primogenitus post mortem patris ex propria industria, mediante sententia reintegrari fecisset alia feuda, siue subfeuda, vel corpora dismembrata, vel occupata, siue alienata, an hoc casu vita, & militia taxata in morte patris, habito respectu ad corpora feudalia, tunc temporis existentia, debeat nunc augeri, siue de nouo taxari, habito etiam respectu ad dicta bona reintegrata, siue recuperata? Ille articulus in anno 1566. refert *Vrsill. decis. 382. in fine* fuit controuersus inter D. Marcellum Cabanilia primogenitum cum D. Cæsare Cabanilia secundogenito, & pro D. Marcello primogenito scripsit *Io. Franc. de Ponte conf. 79. volum. 1.* suadens, liquidationem vitæ, & militiæ esse faciendam habita ratione feudorum, & corporum feudalium existentium tempore mortis communis patris, non autem esse liquidandum habito respectu ad reintegrata, & sic quod vita, & militia non debetur de feudo, siue corpore feudali reintegrato, & pro parte D. Cæsaris secundogeniti patrocinatus fuit *Io. Paulus Balzaran.* vt ipse testatur in *cap. 1. S. similiter si aliquis, num. 7. si de inuest. feud. controuers. fuer.* secundum cuius opinionem fuit decisum per Sac. Conf. scilicet, vt corpora sui feudi recuperata, siue reintegrata augeant vitam, & militiam, prout testatur *Vinc. de Franch. decis. 61. num. 13.* ex rationibus, tum quia corpora reintegrata dicuntur virtualiter, & realiter esse in hæreditate tempore mortis, licet non appareant, quia sententia postea lata nil de nouo facit, sed ius iam existens declarat, & sic declarat primogenitum dominum, qui non habebat illorum possessionem, tum etiam quia negari non potest, quin in hæreditate patris iam erant hæc iura realiter, quo casu dicta iura, & actiones liquidantur, & veniunt in liquidatione vitæ, & militiæ ad instar legitimæ, quæ est quota

bonorum, cum appellatione bonorum veniant iura, & actiones, quam sententiam postea sequuti sunt *Petr. de Gregor. de vita, & militia. quæst. 5. num. 8. Masrill. decis. 64. nu. 11.* dicens, quod feudo recuperato, paragiū augetur, & retaxatur, *Vrsill. ad Afflic. decis. 381. in fine, Io. Andr. de Georg. allegat. 40. sub num. 34. Molfes. conf. 9. sub num. 14. Iul. Cæsar Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 55. Horat. Montan. S. præterea Ducatus, sub num. 175. Io. Baptista Bilotta conclus. feud. 14. num. 16. Io. Baptista Thor. in verb. liquidatio vita, & militiæ, p. 1.*

9 Aduertendo tamen, quod si primogenitus aliquid erogasset, siue expendisset pro reintegratione, siue recuperatione dicti feudi, tunc ante omnia deducendæ sunt dictæ expensæ ad beneficium primogeniti, & deinde liquidanda est vita, & militia, vel illas excomputare, vel soluere primogenito tenetur secundogenitus, ita docent *Mar. Giurba ad Consuet. Messan. c. 9. glos. 2. p. 1. n. 45. & Iul. Cæsar Gallupp. d. loco, sub num. 55. vers. verum.*

10 Aduertendo secundò, quod licet de fructibus corporum recuperatorum, siue reintegratorum debeatur vita, & militia secundogenitis, adeò vt iterum illa debeat taxari, & iterum liquidari, tamen liquidanda est habito respectu ad fructus, qui percipiuntur tempore mortis patris, siue alterius feudatarij morientis, nõ autem habito respectu ad fructus, qui nunc percipiuntur, ita refert decisum *Vinc. de Franch. d. decis. 61. sub nu. 23.* & ita intelligendus est *Horat. Montan. d. loco,* qui licet simpliciter loquatur non explicando, tamen quia allegat dictam decisionem, est ita intelligendus.

11 Sed quid dicendum, si tale feudum recuperatum, siue reintegratum esset feudum nouum, an sicut secundogenitus potest ex feudo antiquo petere vitam, & militiam, posset etiam pete-

petere partem pretij ex dicto feudo nouo? Doctores, qui de hac re allegati sunt, licet non distinguant de feudo antiquo, & de feudo nouo, tamen non video diuersitatis rationem inter dictos casus, cum eadem ratio succedendi, quæ militat in feudo antiquo, militet in feudo nouo, & pariter petendi partem pretij feudi noui, in quo nec pariter est differentia inter vitam, & militiam, & partem pretij circa arbitrium petendi per secundogenitum, vt infra, sed cum hac sola diuersitate, quia in feudo antiquo teneretur primogenitus dare vitam, & militiam secundogenitis, sed in feudo nouo est in electione secundogeniti, vel petere vitam, & militiam, vel portionem pretij, quo feudum est emptum, tamen *Iul. Cesar Gallupp. d. loco, num. 55.* aperte hoc docet, dum tractando, an, & quando de feudo nouo debeat pars pretij secundogenitis, & declarando materiam, & formando quartam declarationem ampliando dicit, quod quæ dixit de feudo antiquo circa vitam, & militiam, procedunt etiam si feudum nouum non reperiatur tempore mortis patris in eius hereditate, sed post eius mortem recuperaretur, quia adhuc deberetur dicta pars pretij, hæc *Iul. Cesar Gallupp. d. loco*, sed est verum, quod ad probandam dictam declarationem allegat *Io. Franc. de Ponte d. consil. 79. per totum, & Vincent. de Franch. d. decis. 61.* qui *Io. Franc. de Ponte sub n. 34. vers. quod si forte*, dicit, *quod si forte hæc videbuntur dubia Sac. Conf. quod non video, dicatur mihi quaso, sententia lata in fauorem D. Cesaris fuit ne lata propter aliud, nisi per viam lationis, ac restitutionis in integrum, cum iam prius renunciauerat vita, & militia, petieritque pretij partem, & habuit, &c.* ergo hoc feudum in dicta causa deductum, erat nouum, dum petijt partem, ergo ex feudo nouo reintegrato, siue recuperato debetur etiam portio pretij, sicut & ipsa vita,

& militia ad electionem secundogeniti.

12. Quid autem si feudum aliquod peruenisset ad primogenitum propter seruitia, vel merita, vel contemplatione patris, an secundogenitus possit prætere vitam, & militiam, siue partem pretij, diximus supra.

13. *quest. 27.* Quid autem si feudum tempore mortis patris reperiretur ab ipso patre venditum, vel aliàs alienatum cum pacto de retrouedendo, an deberetur vita, & militia tempore mortis patris, vel tempore, quo fuit redemptum, siue reemprum? Dubitabilis est quæstio contra secundogenitum, nam certum est, quod vita, & militia deberetur ex fructibus feudi, & taxatur habito respectu ad fructus, qui percipiuntur, vel percipi poterunt tempore mortis paternæ, quo tempore tale feudum non est in hereditate, merito non debetur vita, & militia, nec dos de paragio, hanc rationem considerauit *Petr. de Gregor. de dote de paragio, quest. 24.* & post eum *D. Garf. Mastrill. decis. 64. num. 9.*

14. & 10. subdens, quod etiam in hereditate sit ius reemendi, siue recuperandi feudum, adeo quod possit dici, quod potest æstimari, & per consequens ex dicto pretio, eiusque reditu attento possit taxari vita, & militia, vt considerauit *Io. Franc. de Pöte d. consil. 79. sub nu. 29. & 30. vol. 1.* tamen dicit idem *Mastrill. d. loco, num. 10.* quod tale ius est ius incorporale, ex quo nulli percipiuntur fructus, qui ex eo nascuntur, nec renascuntur, attamen in contrarium est veritas, vt tam de ipso iure reemendi feudum, remanso in hereditate debeat vita, & militia, quam etiam de ipso feudo reempto postea, deducto pretio in recuperatione erogato per primogenitum de sua propria pecunia, debeat taxari vita, & militia ad beneficium secundogeniti, quæ conclusiones probantur.

15. Prima conclusio, quod ex ipso solo iu-

lo iure luendi feudum debeat vita, & militia, non obstante quòd feudum nõ possideat primogenitus, probatur solidissima ratione, quia ius luendi rem hæreditariam, & in specie feudũ hæreditariũ, dicitur esse in bonis Baronis mortui, eiusque patrimonium auget, adeò quòd tale ius recipit æstimationem, quia res vendita cum pacto de retrouendẽdo semper viliori pretio venditur, ideòque cum de summa illa vendita ad summam iusti pretij debeat suppleri aliqua quantitas, meritò tale supplementum, siue quantitas supplenda, est in consideratione, adeò vt hæreditatem augeat, & ex illius supplementi interesse debeat filio legitima, & in specie deberi vitam, & militiam considerauit *Fab. de Anna conf. 4. num. 75. cum seqq.*

16 Estque adeò verum, quòd tale ius reemendi est in consideratione, & recipiat æstimationem, quia tale ius potest vendi, & ex illius venditione debetur laudemium, vt post *Solsona de iure laudemiorum, rubric. 25.* asserit idem *Fab. de Anna dict. loco, num. 77. & 78.* Ex quibus concludere, quòd secundogenito debeat vita, & militia de interesse, siue fructibus, quos posset reddere illa quantitas pretij, quo appretiat ius luendi feudum, quam sententiam docuit, & sequutus est idem *Fab. de Anna d. loco, nu. 81.*

17 *Io. Franc. de Ponte conf. 79. sub nu. 29. volum. 1.* dicens, quòd fuit determinatum ad fauorem secundogeniti, quòd de iure luendi feudum præstetur vita, & militia, *Io. Baptista Thor. p. par. compend. in verba vita, & militia, fol. mibi 579. col. 2.*

Secunda conclusio, si feudum fuerit reemptum ab ipso primogenito, tunc distinguo, aut feudum fuerit reemptum de propria pecunia ipsius primogeniti, aut de aliena, aut de pecunia hæreditaria.

18 Primo casu, pecunia ipsius primogeniti, siue aliena est ante omnia de-

ducenda, & de summa, quæ superest taxatur vita, & militia, quæ debetur deductis oneribus legitimè impostis, vt latè docet *Mastrill. d. decis. 74.* exemplo legitimæ, quæ debetur deductis oneribus, de qua re Nos infra *quæst. 39.*

Secundo casu, si de pecunia hæreditaria, & tunc idem est dicendum, 19 quia patrimonium burgenfaticum non confunditur cum feudale, licet in taxando paragio cõfunditur quòd ad appretium coaceruando vtrumque patrimonium, tamen quòd ad successionem, diuerso modo succeditur, quia in burgenfaticis succedunt omnes pro æquali, siue ad legitimam, sed in feudali solus primogenitus ex Constitutione Regni nostri, cum onere dandi vitam, & militiam masculis, & paragium fœminis, meritò pariter est deducendum pretium prædictum, nisi aliter fratres ipsi consenserint, & tunc reempto feudo prædicto, ac facta deductione onerum legitimorũ, retaxatur vita, & militia, vt docet idem *Mastrill. d. loco, num. 11.* quæ taxatio debet fieri habito respectu ad fructus tempore mortis patris.

20 Sed quid si feudum non esset venditum, sed essent venditi tantum fructus feudales, adeò vt nihil, vel parum de feudo perciperetur, an debeat vita, & militia? in hoc articulo scripsit prædictus *Fab. de Anna dicto conf. 4. à num. 45. ad fin. Io. Franc. de Ponte d. loco sub nu. 29. Mastrill. d. decis. 64. per tot.*

Ex quorum dictis distingue plures casus.

21 Primo casu, quando super fructibus feudalibus factæ sunt venditiones illegitimæ absque Regio assensu, & tunc dicas, quòd nil officit secundogenito, quia in taxatione vitæ, & militiæ non deducuntur, ita docet *Mastrill. d. decis. 64. & propriè num. 2.* vbi ponit oppositionem fratrum cõtrà primogenitum, dicentium, quòd onera erant illegitima, & propriè *sub num.*

*num. 17. in fine, ponit decisionem, ** per quam fuit decisum, subiugationes, quæ apparebant illegitimæ, non esse deducendas ad fauorem primogeniti, & ita adnotauit idem *Mastrill. ad Petr. de Gregor. de dote de paragio, quæst. 36. lit. B. in verbo as alienum.*

22 Secundus casus, quando fructus feudi essent venditi legitimè cum assensu, & tunc subdistingue, aut fuerunt venditi à patre, aut à fratre primogenito.

Primo casu, quia non potest considerari fraus secundogenitorum, meritò debent deduci ad fauorem primogeniti tanquam onera legitimè imposita, iuxta decisionem *Mastrill. supra allegatam.*

Secundo casu, quando sunt venditi à fratre primogenito, tunc siue legitimè, siue illegitimè, semper consideratur fraus primogeniti contra secundogenitos, meritò non deducuntur, sed debetur vita, & militia integra, ita *lo. Franc. de Ponte d. loco, sub num. 30.* & ita etiam consuluit *Ann. d. loco, dicendo, deberi vitam, & militiam secundogenitis, non obstante, quòd introitus feudales fuissent venditi per primogenitum, etiam cum assensu, & ita in paragio docuit idem Mastrill. ad Petr. de Gregor. de dote de paragio, quæst. 36. lit. B. in verbo as alienum.*

23 Tertius casus principalis, quando feudum esset obligatum pro ere alieno, & tunc perquiras quæ dicemus infra *quæst. 41.* tamen interea teneas cum *D. Garf. Mastrill. dist. decis. 64.* quòd aut onera sunt legitimè imposita, & deducuntur ad fauorem primogeniti, aut sunt illegitimè imposita, & non deducuntur.

24 Quid autem de oneribus clausis in corpore iuris, putà Adoha, Releuium, Paragium, an deducantur ad fauorem primogeniti còtra secundogenitos? dixi *de Iure Releuij, part. 2. q. 16. & de Iure Adohæ, q. 28. & in hoc tractatu d. q. 41.*

ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ obligatio, & actio quo tempore nascatur, & eius solutio quando, & quomodo, et in quo loco debeat, Obligatio vitæ, et militiæ debēdæ, sic etiam actio nascitur tempore, quo feudum transit ad primogenitum, etiam in vita patris. Debetur vel anticipatè, vel in tribus tertijs, vel in fine anni, vel tempore refectionis, Debetur in pecunia, nulla adhibita loci distinctione, et durante vita secundogeniti, Vita, et militia non exacta transmittitur ad filios secundogeniti.

S V M M A R I A.

- 1 Tempora circa vitam, & militiam debendam, & soluendam considerantur.
- 2 Tempus mortis attenditur circa actionem petendi, & obligationem debendi vitam, & militiam secundum communiter accidens, & declaratur n. 4.
- 3 Vita, & militia debetur tempore, quo feudum transit ad primogenitum, siue in vita, siue in morte patris,
- 4 Constit. Comitibus non fecit mentionem de morte patris ad finem debendi vitam, & militiam.
- 5 Actio, & obligatio debendi vitam, & militiam nascuntur tempore, quo primogenitus habet feudum paternum.
- 6 Vita, & militia potest assignari secundogenito, etiam in vita patris.

- 7 *Primogenitus in materia vita, & militia dicitur ille, quem nemo precedit in habendo feudum.*
- 8 *Vita, & militia, ostenta qualitate fructuum potest deberi in fine anni, vel anticipatè, vel in tribus tertijs, vel tempore recollectionis, & n. 11.*
- 9 *In Regno Neapolitano communis obseruantia est, ut debeatur tempore recollectionis, sed in tribus tertijs.*
- 10 *Tempus soluendi vitam, & militiam in iudice est arbitrium, & nu. 11, 12. & 13.*
- 11 *Alimenta debentur anticipatè.*
- 14 *Anticipatè semper aliquid dandum est pro vita, & militia.*
- 15 *Vita, & militia præstanda est in domo primogeniti, si commodè, vel in domo secundogeniti, si incommodè, sed vrior est sententia, ut præstetur secundogenito, qui ad sui libitum habitet ubi vult.*
- 16 *Vita, & militia debetur durante vita secundogeniti tantum, & non ultra.*
- 17 *Vita, & militia non soluta in vita secundogeniti, transmittitur ad hæredes secundogeniti ius petendi illam à primogenito, vel ab eius hærede.*
- 18 *Vita, & militia debenda ius extinguitur, extincta vita secundogeniti.*
- 19 *Feudum à primogenito assignatum secundogenito pro vita, & militia cum clausula, pro se, & hæredibus reuertitur ad primogenitum, eiusque hæredes finita vita secundogeniti.*
- 20 *Interesse vitæ, & militiæ non soluta an debeatur? dubitatur, & distinguitur, si conuenta quantitas, vel non conuenta.*
- 21 *In causis vitæ, & militiæ terminandis inclinandum est pro primogenito in dubio.*

QVAESTIO. XXXII.

Vidimus de personis, & feudis, quibus, & ex quibus vita, & militia debeatur, sequitur videre de actione, & iudicio ipsius vitæ, & militiæ, & quia actio

nascitur ex obligatione, merito prius videndum est de tempore debendi vitam, & militiam, & quæstionem istam distinguimus in plura capita.

1 Primò, quo tempore nascatur obligatio primogeniti ad præstandam vitam, & militiam secundogenitis, & sic quando queratur actio ipsis secundogenitis cōtrà primogenitos ad petendum illam.

Secundò, quo tempore debeat solui, an anticipatè, vel in fine anni, vel tertiatim.

Tertiò, in quo loco debeat.

Quartò, quanto tempore debeat.

2 Circa primum communis, ac vulgaris Regni Sapientum sententia de hoc circumfertur, quòd obligatio debendi, & pariter actio petendi vitam, & militiam nascuntur tempore mortis illius, de cuius successione agitur, taliter ratiocinando quippè in feudo Iuris Francorum, mortuo feudatario, & relictis pluribus filijs succedit primogenitus exclusis secundogenitis, & feminis, cum onere dandi alimenta secundogenitis, ut viuere, & militare possint, quæ alimenta nuncupantur vita, & militia in Regno ex magistrali Regnicolarum voce, & foeminis dotem, quæ appellatur dos de paragio, ita docent *And. de Ifern. in Constitut. Comitibus, in principio, & ibi Afflic.* cæterique passim, qui vel consulendo, vel tractando, vel decidendo tractauerunt de vita, & militia, & Nos alibi, attamen qui in specie de hac re loquuntur, ut ius petendi, & debendi vitam, & militiam competat tempore mortis illius, de cuius successione agitur, fuerunt *Petr. de Greg. de vita, & militia, quæst. 6. Iul. Cesar Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. num. 41. in verba succedente, & nouissimè Marcell. Marciæ. cons. 56. sub num. 2. Astrill. decis. 165. num. 1.* Ego verò, salua pace tantorum virorum, audeam asseuerare, quòd et si eorum sententia sit communiter, imò vul-

vulgariter recepta ab omnibus, qui de hac re tractant, & consulerunt, & deciderunt, & Nos pariter centies in hoc tractatu cum ea pertransuimus, tanquam quod fundata sit super casu communiter, & frequentius accidente, qui est, vt filius in morte patris succedat in feudo, attamen si præfati DD. degustassent, ac ponderassent verba *Constitutionis Comitibus*, non sic simpliciter hoc asseuerassent, ideòque, data etiam pro vera supradictorum sententia, dicimus, quòd

3 vita, & militia debetur secundogenitis, non solum tempore mortis patris, vt quid communiter, & frequentius accidens, sed etiam debetur semper quòd primogenitus habet feudum paternum, siue in vita, vt supra q. 30. siue in morte patris, quæ sententia vera est, & probatur.

Primò, ex verbis *Constitutionis*, & interpretatione Sapientum Regni, ex verbis *Constitut. Comitibus*, si bene illa relegimus nusquam inuenies, quòd de morte patris fecit mentionem, & sic quando Regni Sapientes fundare conantur eorum propositionem super *Constitut. Comitibus*, parcant mihi, quòd *Constitut. Comitibus* nullam facit mentionem de morte, ideòque sustentanda est, ac tuenda eorum propositio vt fundata super communiter, & frequentius accidenti, quasi quòd vulgariter, frequentius, & communiter filius succedit ad bona paterna, vel ea habet tempore mortis, at verò *Constitutio* ipsa dat militiam fratri tempore, quo frater maior habet bona communis patris, non distinguendo de mortis tempore, verba *Constitutionis* sunt clara. *Tamen pro faciendo fratre milite non minus, quàm pro sororibus maritadis occasione eorum. quæ à communi patre, frater maior habere dignoscitur*, & sic verbum nullum de morte. Ergò vides, quòd quando Regni Sapientes pro eorum fundanda dicta sententia allegare intendunt hanc *Constitu-*

tionem, falluntur, quia *Constitutio* nullum verbum de morte facit, sed quidquid sit, & retenta supradicta eorum sententia liceat Nobis nouiter asseuerare, quòd obligatio, & actio ad vitam, & militiam nascitur eo tempore, quo primogenitus habet feudum paternum cum clausula Iuris Francorum, & hanc sententiam indicauit *Iul. Cef. Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. sub num. 41.*

Secundò, quòd sit vera hæc mea noua expositio, patet ex interpretatione Sapientum, qui in feudo refutato à patre in eius vita primogenito, docent, vt adhuc debeatur vita, & militia secundogenitis, & Nos docuimus supra q. 30. & 31. & tamen non est tempus mortis, & debetur adhuc vita, & militia, ergò clarè videtur, quòd attenditur tempus, quo primogenitus habet feudum paternum Iuris Francorum, excludendo secundogenitum. Quinimò vita, & militia etiam in vita patris assignari potest filio, casus est positus per *D. Garf. Mattrill. decis. 65. sub num. 5.* ibi, *uiuoque patre satis ante delictum taxatam, &c.* DD. enim, qui tempus mortis attendendum esse statuerunt, se adaptauerunt ad ea, quæ frequentius, & communiter accidunt, cum frequentius sit, & magis communiter sit, vt filius in morte patris habeat feudum per successionem, ita *Vincencius de Franch. decis. 20. sub num. 2. Rouit. in Pragm. 25. num. 8. de feud. Gallupp. vbi sup. sub num. 52.*

Pariterque Regni Sapientes interpretati sunt filiationem in hoc casu, & sic primogenituram, vt nedum intelligatur primogenitus de illo, qui est primo loco natus, sed quòd primogenitus intelligatur ille, quem nemo præcedit in succedendo, etiam quòd sit secundo loco natus, ita *Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. q. 57. num. 45.* & casus est positus à *Vincencio de Franch. d. decis. 20.* vbi tres erant fratres, quorum primogenitus erat

Car-

Cardinalis in sacris, & sic inhabilis ad succedendū in feudo, propterea successit secundogenitus, idēd petebat Cardinalis vitam, & militiam, replicabat secundogenitus, quōd hic casus nō erat cōprehensus in Cōstitutione, nec indicatus à Sapientibus Regni, tandem decisum fuit per Sac. * Conf. quōd secundogenitus habens feudum paternum præster vitam, & militiam primogenito Cardinali, nō alia ratione, nisi quia licet videatur casus non comprehensus in Cōstitutione, attamen ex identitate rationis comprehensivē videtur casus cōprehensus, legēs enim etiā adaptentur ad ea, quæ frequentius accidunt, attamen non videtur exclusus casus novus, qui ex eadem ratione potest decidi, ut latē *de Francib. d. decis. 20. Reg. Rouit. Pragm. 25. n. 7. de feud.*

3 Circa secundum caput, an, & quando vita, & militia debeatur, scilicet quo anni tempore, an in principio anni, & sic anticipatē, eō quōd sunt alimenta, ut latē post alios *Io. Perr. Surd. de aliment. lit. 4. quæst. 16. num. 8.* An verō in fine anni, eō quōd debirum est ex fructibus feudi, qui vita anni vice colliguntur, & sic tempore recollectionis, ut benē dubitavit *Napodan. in Consuetud. Verum, si aliquis, in princip. num. 48. titul. de aliment. præstand. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 5. in addit. incip. fructibus*, & sic vidi obseruatū in vita, & militia debita D. Hieronymo Capano Genitori meo venerandæ memoriæ, cuius anima requiescit, ut spero, in Cœlis, fuit .n. equēs probæ vitæ, & præcipuē pius erga Animas Purgatorij, nam factō laudo inter ipsum, & D. Franciscum Capanum eius fratrem primogenitum Baronem Carusiorum, aliorumque feudorum in personam V. I. D. Camilli Villani, olim Aduocati domus nostræ, fuit liquidata vita, & militia, & stante qualitate fructuum, qui percipiebantur in fine anni, ut

erat frumentum, vinum, & oleum, determinavit, quōd solueret in fine anni, cui determinationi acquieuit Genitor meus, ut ipse mihi dicebat, tūm quia verē fructus percipiebantur in fine anni, tūm etiā quia dictus Franciscus non habebat filios, & ipse erat successurus, prout Ego ex persona dicti patris mei successi dicto Domino Francisco.

Vel tertiatim, tanquam annui redditus, qui diversimodē percipiuntur, attenta eorum qualitate, ut consideravit *Ioannes Angelus Pisanellus ad dict. Consuetud. Si mulier, in addit. incip. inferebam.*

9 Tamen, quidquid sit, communis obseruantia in Regno nostro in eius Tribunalibus recepta est, quōd vita, & militia debeatur tempore recollectionis fructuum, sed in tribus tertijs, ita arbitratum refert *Io. Angelus Pisanellus d. loco* in causa D. Marcelli Maiorana cū D. Nicolao eius fratre, quem sequutus est *Regens Rouitus Pragm. 25. n. 6. de feud. Iak. Casar Galapp. de feud. cap. 4. sub num. 68. Io. Baptistæ Thor. par. 1. compend. in verb. Vita, & militia, fol. 579. col. 1. vers. 6.* cæterique passim sic simpliciter intelligentes *Pisanell.* doctrinam.

10 Ego verō, salua pace tantorum virorum, in illam descēdo opinionem, ut sit arbitrarium Iudici statuere tempus solvendi vitam, & militiam, sed anticipatē, attenta qualitate introituum feudaliū, an illi omnes recolligantur in fine anni, vel in principio, vel tertiatim, vel singulo semestri, vel si essent mixti, ut partim in fine anni, & partim tertiatim, uel singulo semestri, quam opinionem fundō ex eodem *Io. Angelo Pisanello*, quem omnes Authorem dictæ opinionis, quōd debeatur vita, & militia in tribus tertijs, allegant sic simpliciter, & indefinitē intelligendo, sed mihi parcant, quia *Pisanellus* non loquitur simpliciter, dicendo quōd fuit arbitratum, quōd solueretur vi-

13, & militia in tribus tertijs, sed dicitur quod dicta decisio processit stante qualitate introituum, qui introitus forsan recolligebantur in tribus tertijs, ergo non fuit arbitratum simpliciter, sed attendita qualitate fructuum.

11. Secundo, posita illa distinctione, D.D. quando alimenta debentur dispositione legis, vel hominis, tamen regulariter præstatur singulo mense, per tradita per *19. Petr. Surd. de alimentis. tit. 4. q. 17. num. 1. & 2.* per iura ibi allegata, verum communis est opinio, quod temporis determinatio relinquatur arbitrio Iudicis, attendita qualitate fructuum, qui ex feudis, siue patrimonio percipiuntur, vt bene fundauit *Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. num. 37. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynui. nu. 221. de testam. Cordub. in leg. si quis a liberis, §. non tantum, numer. 22. ff. de liber. agnoscend. Masstrill. decisio. 85, nu. 41.*
13. Tertio, quod sit arbitrarium, probatur autoritate rerum iudicatarum in alijs Tribunalibus, prout in *
- * Senatu Mantuano refert *19. Petr. Surd. d. loco. sub num. 2.* & in alimentis ex feudo debitis filio Baronis naturali, refert decisum *Masstrill. d. decis. 85. num. 42. de anno 1692. die 20. Septembris.* dicendo, *Et ideo quia radices feudorum istius Baronis exigebantur de tertio in tertium, iudicauimus, solutionem prædictorum alimentorum fieri debere quolibet quadrimestre, & anticipatim.* Ex quibus concluditur, quod Iudex in statuendo tempore, soluendi vitam, & militiam, debet attendere qualitatem introituum feudaliu, vt si recolligantur in fine anni, debeat vita, & militia tempore, recollectionis, si qualibet tertia anni parte, tunc tertiatim, si quolibet semestri, soluantur quolibet semestri, sed si introitus fuerint mixti, nempe partim in fine anni, & partim in media anni parte, & partim qualibet

tertia anni parte, tunc bonus Iudex sic pariter arbitrabitur, ne primogenitus grauetur, habendo etiam respectum ad secundogenitum, ne venter vento interim repleatur, ideoque

14. semper aliquid anticipatim dandum est, vt viuat, quoad fructus recolliguntur, in isto intermedio a morte patris vsque ad recollectionem, siue exigentiam, & hæc videtur æquior opinio,

15. Circa tertium, in quo loco debeat præstari vita, & militia, an in domo fratris maioris, vel in domo fratris secundogeniti, *Andr. de Vern. in dist. Constitut. Camilibus in principia, sub num. 39.* distinguit, aut commodè, aut incommodè secundogenitus potest alimenta recipere in domo sua, vel non, vt primo casu præstentur in domo, secundo casu extra.

Sed veriolem esse (ait) sententiam aliorum, qui dicunt, quod vita, & militia debet præstari in loco vbi vult secundogenitus, & in eius domicilio, ita *Camill. Salern. in addit. ad Consuetud. In omnibus, vers. ad istam, tit. D.*

Hodie verò seruatur inter fratres bonus, quod primogenitus soluit annuam quantitatem secundogenito, qui si commodè potuit habitare cum fratre primogenito, habitabit, & contribuet in alimentis, sed si voluerit habitare extra domum, habitabit vbi vult, & primogenitus hodie in Regno nostro nõ tenebitur ad aliud, nisi ad correspondendum de ipsa annua quantitate dicto secundogenito, siue habitet in domo primogeniti cum eius voluntate, siue extra, siue vbi vult, & sic primogenitus non est obligatus de loco, sed tantum de tempore, & sic est obligatus præstare annuam quantitatem in loco feudi, vbi fructus recolliguntur, aliàs esset grauare primogenitum nouis oneribus, reluctantæ æquitate, ne primogenitus tot oneribus grauetur, adhuc nouis grauetur.

- 16 Circa quartum. Vita, & militia, & pro ea annua quantitas debetur tantum in vita secundogeniti, & in exitu vitæ duratura est, & cum morte secundogeniti finitur, nec transmittitur ad hæredes, vel filios, ita docent vulgariter, & communiter Regnicolæ post *Andr. & Afflicti. in d. Constit. Comitibus, col. 4. q. 4. num. 1. & 8.* vt fuit *Freccia de subfeud. lib. 2. q. 37. n. 12. Paris de Puseo cap. 40. num. 22. de finib. feudor. Capyc. decis. 2. Vincent. de Franch. decis. 542. num. 3. Ioan. Andr. de Georg. allegat. 21. nu. 42. Nicol. Anton. Gizzarell. decis. 37. nu. 14. Regens de Ponte consil. 79. num. 12. Regens Rouit. d. Pragmat. 25. num. 4. de feud. Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poss. S. & veniendo ad primum fol. 163. col. 2. circa finem, Camerar. fol. 102. Iul. Cas. Gallupp. d. loco, sub nu. 32. Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 2. nu. 9. Nicol. Intrigliol. de feud. centur. 1. q. 57. nu. 13. cæterique passim, & proinde sequuta morte secundogeniti dicta annua quantitas cedit beneficio primogeniti, siue eius successoris possessoris feudi, & non vadit ad beneficium filiorum, vel hæredum secundogeniti, Iul. Cas. Gallupp. d. loco, sub nu. 32. Petr. de Gregor. d. q. 2. sub num. 9. Io. Petr. Surd. de alim. sis. 5. q. 1. nu. 33. Tiraq. de primogen. q. 74. nu. 2.*
- 17 Reg. Rouit. d. loco, sub nu. 4. Nisi tamen vita, & militia non fuisset soluta secundogenito in eius vita, & sic esset maturata in eius vita, quia ius, & actio petendi illam non solum competit fratri viuenti, vt possit petere dictam vitam, & militiam debitam, & maturatam, & de præterito, vt ait *Afflicti. decis. 138. Camill. Salern. d. loco, Franch. des. 20. n. 10. Milanens. dec. 10. n. 2. Gallupp. nu. 59. Marcell. Martian. d. consil. 56. nu. 3. in fine, Bammac. in cap. qui Clericus, q. 10. sub n. 203. si de feud. defunct. & apertè hoc dicit *Constit. Comitibus in fine*, sed etiam transmittitur ad hæredes secundogeniti, vt illam petere possint tam à dicto primogenito, quam ab eius hæreditate à tempore, quo cessit dies debendæ, & per totum tempus vitæ secundogeniti, quo illam non habuit, vt docet *Massb. de Affl. in d. Constit. Comitibus, num. 11. Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 9. n. 2.**
- 18 Sed finita vita secundogeniti, & eius morte sequuta, statim primogenitus, vel successor possidens feudum liberatur à dicta præstatione, quæ ad eum reuertitur, ita *Andr. de Ifern. in d. Constit. Comitibus, Capyc. decis. 2. Vinc. de Franch. d. decis. 542. nu. 3.* cæterique DD. supra allegati, Iul. Cas. Gallupp. d. loco, sub nu. 32. dicens, quòd in tantum est verum, quòd si primogenitus tradiderit secundogenito feudum aliquod pro vita, & militia, & dixerit, pro te, & hæredibus, tunc respectu secundogeniti eius vita durante erit valida traditio, sed respectu hæredum erit inualida concessio absque Regio assensu, vt docet *Affl. in pralud. feud. n. 136. vers. ex hoc infero.*
- 20 Sed hic cadit dubium, an debeat interesse de vita, & militia non soluta de præterito, adeò vt secundogenitus, vel eius hæredes possint illud petere, P. *Andr. Molfes. consil. 9. num. 31. cum seqq. vol. 1.* post *Consuetud. Neapolitan.* consuluit, non deberi interesse, & mouetur præcipuo illo motiuo. Primò, quòd non est liquida quantitas, Secundò, quòd pecunia non parit aliam pecuniã, & Tertiò, quòd semper quòd aliqua quantitas debetur ex fructibus, nunquam debitum est cum interesse.
- Sed Ego dubito, quòd quando vita, & militia est taxata in annua quantitate conuenta, pro qua primogenitus se obligauit mediãte instrumento correspondere annuam quantitatem secundogenito, vt tunc debeat interesse, non illa ratione, quia ex fructibus, vt dicit *Molf.* sed ex illa alia ratione, quia annua quantitas

est certa, & est conuenta, adeò quòd causa illa relata per *Mofesium* propter dabitatem non fuit decisa, sed compromissa in personam Regij Cõfiliarij Io. Dominici Imperati. Attamen ne primogenitus tot oneribus grauat, nempè adoha ordinaria, & extraordinaria, paragio, & vita, & militia, ideò semper inclinandum est, nè alijs oneribus grauetur, cum onera non sint addenda oneribus, & quis non debet tot oneribus grauari.

- 6 *Alimenta debita pendente iudicio super vita, & militia, debentur vsque ad sententiam.*
- 7 *Alimenta præbita secundogenito lite pendente, excomputantur ad fauorem primogeniti condemnati, & decisis refertur. & ita seruatur in alijs Regnis, & in Regno Francia n.8.*
- 8 *Alimenta subministranda sunt lite pendente filio secundogenito.*

QVAESTIO. XXXIII.

ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ iudicium an debeat agitari coràm Iudice ordinario, vel coràm Iudice causarum feudalium, distinguitur, quòd quando feudi qualitas tangitur, spectat ad Iudicem feudale, secus quando feudi qualitas non tangitur, iudicio pendente super vita, & militia præstatur aliquid secundogenito, vt viuere, & litigare possit.

S V M M A R I A.

- 1 *Causa, in qua Fiscus habet interesse remittitur ad Tribunal Reg. Camera Summaria, & sic ad Iudicem feudalem.*
- 2 *Causa vita, & militia tangens feudi qualitatem remittitur ad Regiam Cameram Summaria Iudicem feudorum, secus quando non tangit feudum, & num. 3.*
- 4 *Causa vita, & militia in Regno Sicilia agitur coràm Iudice ordinario.*
- 3 *Alimenta debent præstari secundogenito pendente iudicio super vita, & militia.*

IN Regno nostro habemus diuersa Tribunalia, vt est Sac. Conf. Capuanum, & M. C. V. quæ sunt Tribunalia ordinariæ iurisdictionis, & habemus pariter Regiã Cameram Summaria, quæ est Tribunal, in quo agitatur causæ, in quibus vertitur interesse Regij Fiscus, vt per *Pragm. 61. de offic. Procur. Casaria*, sed quia vita & militia est môstrum, & nouus proteus, vt dicit *Gizzarell. decis. 37. nu. 48.* nam habet originem ex feudo, est onus feudi, est loco portionis feudi, & sapit naturam feudalem, & è contrà non iudicatur feudalis, quia de fructibus feudi debetur, qui iudicantur burgenatici, & est onus fructuum, vt Nos satis superq; docuimus, propterea *Anibal Troysius super ritu 50. incipien. Item, quòd Curia ipsa, dubitauit, an questio de vita, & militia sit causa feudalis, & postea itidem dubitauit Petr. de Gregor. de vita, & militia, quest. 8. & Iul. Cas. Gallupp. de feud. par. 3. cap. 3. num. 64. in fine.*

In qua quæstione pro eius germana resolutione est distinguendum. Aut quæstio de vita, & militia tangit qualitatem feudalem, quia secundogenitus petit vitam, & militiam super tali re, quam dicit esse feudalem, & primogenitus opponit rem, super qua petit secundogenitus non esse feudalem, & tunc causa debet remitti ad Iudicem feudalem, & sic ad Regiam Cameram Summaria, quæ cognito

gnito, rem esse feudalem, remittit causam debendæ vitæ, & militiæ ad Tribunal ordinarium, putà ad Sac. Conf. vel M. C. V. vbi fuit petita, vel si cognoscit rem non esse feudalem, absoluit conuentum, tanquam quòd contrà ipsum nullum ius competat pro vita, & militia.

3 Aut quæstio de vita, & militia, non tangit qualitatem feudalem, sed tantum, præsupposita qualitate feudali, petitur cogi primogenitum ad illam præstandam, & tunc coràm Iudice ordinario est agenda causa vitæ, & militiæ, ita ex *Andrea de Iser. in Constitut. In aliquibus, in verbo quintum decimum, colum. 3. num. 40. Afflic. decis. 43. Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 8. Fab. de Anna conf. 75. vol. 1. Anna Pater sing. 25.* & in Regno Siciliæ causa vitæ, & militiæ agitur coràm Iudice ordinario, & non feudali, vt refert *Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. quæst. 8. in verbo feudalis, de vita, & militia*, tam in procedendo, quàm in decidendo.

4

5 Declara secundò, quòd pendente hoc iudicio petitionis vitæ, & militiæ, primogenitus debet cogi ad præstandum alimenta, & sumptus litis fratri suo secundogenito, ad finem, vt viuere, & litigare possit, ea ratione, quia secundogenitus in hoc casu est filius, & petit vitam, & militiam, loco portionis hæreditariæ, & sic videtur iudicium vniuersale; prout docuerunt *Matth. de Afflic. in Const. Comitibus, num. 13.* addens, hanc esse æquitatis rationem, vt filio præsentis subministrantur alimenta, quem sequutus est *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 4. num. 4. Nicol. Intrigl. de feud. centur. 1. q. 57. nu. 19. Iul. Caspar Gallupp. dicto loco, num. 63.* cæterique passim.

6 Declara tertio, vt primogenitus teneatur subministrare alimenta, & expensas secundogenito vsque ad sententiam diffinitiuam, prout in maioratu concludit, ac fundat *Ludovic.*

Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 39. quem ad hunc articulum allegat *D. Garf. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de vita, & militia, quæst. 4. num. 4. in verbo pendente lite, Menoch. de presump. lib. 1. quæst. 36. num. 34.*

7 Declara quartò, quòd si Iudex dederit aliquam quantitatem secundo-genito lite pendente super vita, & militia, tunc finita lite, & condemnato primogenito, debet Iudex excomputare quantitatem prædictam ad fauorem primogeniti de quantitate, ad quam condemnauit primogenitum pro vita, & militia, prout fuisse decisum per Sac. Conf. Neapolitanum refert *Io. Vinc. de Ann. singul. 25.*

8 Quam subministrationem alimentorum, siue expensarum non solum in Regno nostro seruari vides ex auctoritate supradictorum DD. sed etiam seruari affirmant in alijs Regnis, vt in Regno Franciæ affirmat *Rebuffus in Const. Gallia, tit. de sentent. prouis. glaf. 2. num. 5. & 6.* & in Regno Siciliæ *Petr. de Gregor. de Iudic. causar. feud. q. 22.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia quo iure, & actione petatur per secundogenitum à primogenito, et magistralis refertur DD. sententia, quòd debeat iure actionis ex *Const. Comitibus*, licet diuersæ proponantur sententiæ, Et datur hypothecaria cõtrà feudi possessore, & officium Iudicis super maioratu.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia debetur ex lege Constitut. Comitibus, & Cap. Alienationis actus, & nu. seq.
- 2 Vita, & militia an debeatur actione personali, vel hypothecaria, secundum diversorum sententias, quæ concordantur, & nu. seq.
- 3 Actio personalis pro vita, & militia datur viro fratre possidente feudum, sed exequitur super fructibus feudi.
- 4 Actio hypothecaria pro vita, & militia datur contra tertium feudi possessorem.
- 5 Officium Iudicis datur secundogenitis contra primogenitam pro alimentis super maioratu.

QVAESTIO. XXXIV.

Iam vidimus de obligatione præstandi vitam, & militiam adstringente primogenitum ad illam præstandam, pariterque vidimus de ipsa actione in genere, quæ comperit secundogenito contra primogenitum pro consequenda ipsa vita, & militia, & quia actiones multiplicis sunt generis, & actionum, Infit. de action. & præcipue alia hypothecaria, & alia personalis, statuumus namque videre hic de pluribus. Primò, quo iure debeatur vita, & militia. Secundò, cuius generis sit hæc actio, qua secundogenitus contra primogenitum agit ad consequendum vitam, & militiam.

Quoad primum, certum est, quod legem particularem non habemus, quæ mandet deberi vitam, & sic alimenta, nisi solum *Constit. Comitibus*, quæ si verè, & realiter intelligatur, (ut aliàs ponderauimus) loquitur in casu, in quo vassalli tenentur subuenire primogenito pro faciendo fratre milite, & non alere, & sic vitam præstare, sed alimenta implicite intelliguntur, tum quia quis non po-

test militare, nisi comedat, tum etiam quia ex eodem debito tenetur sorores maritare, sub quo maritatio, siue collocatio etiam implicite alimenta continentur.

Quinimò ipsa *Constit. Comitibus* reduxit ad debitum quod prius erat ex more, nam *cap. Alienationis actus* dicit, secundum Constitutiones, moresque probatos, & Constitutio ipsa dixit *ex debito teneatur*, ut benè ponderauit *GizZarell. d. decis. 36. num. 54.* & Nos passim in hoc tractatu, ex qua *Constitut. Regni*, & moribus approbatis per *e. Alienationis actus* Sapientes, & Barones semper præstarunt vitam, & militiam secundogenito, ut benè aperit *d. cap. Regis Roberti Alienationis actus*, ibi, secundum *Regni Constitutiones, moresque probatos*, & sic ex istis duobus legibus Regni de vita, & militia loquentibus inoleuit magistralis Regnicolarum sententia ab omnibus recepta, & indubitata, quod vita, & militia debetur iure actionis, conditione ex lege, & sic ex *Constit. Comitibus, & cap. Alienationis actus*, ita docent passim omnes, qui de hac re loquuntur, & signanter *Paris de Puteo de finib. feudi, cap. 40. nu. 27.* & ante ipsum *Campan. in d. cap. Alienationis actus, num. 15. de vita, & militia, Molfes. conf. 1. num. 12.* dicens, deberi iure actionis ex *cap. Alienationis actus, Napod.* omnium clarissime in *Consuetud. Quod si aliquis, in verbo vita, & militia, lit. G.* dicens, quod secundogenitus, & si diues debet habere vitam, & militiam, ea ratione, quia vita, & militia non est fundata in sola egestate, quo casu debentur alimenta iure actionis, *Bamacar. in cap. qui Clericus, quest. 10. num. 169.* & sub *num. 203.* sed fundata est in fraternitate, & minori ætate, & sic eo ipso, quod est frater, & minor, Constitutio dat alimenta, quæ passim appellantur vita, & militia, *Marcell. Marcian. conf. 56. sub num. 3.* dicens, ideo non deberi officio Iudicis, *GizZarell.*

arell. d. decis. 37. quæst. 3. qui omnes præfati etiam admittunt, posse peti vitam, & militiam iure actionis, sed conditione ex dictis legibus, *Petr. de Gregor. de vita, & militia, q. 9. n. 1.*

Quæ nam actio competat pro parago, dicam suo loco.

ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ iudicium an sit ordinarium, vel summarium, distinguitur, an res, de qua petitur sit feudalis, et tunc ordinarium, vel an de re feudali debeat, et quanta, et tunc summarium, Exceptiones modificatiuæ opponuntur aduersus executionem sententiæ pro vita, et militia, Et quid in Regno Siciliae ultra Pharam.

S V M M A R I A.

- 2 Quoad secundum variè loquuti sunt Regnicolæ, alij dixerunt, quod actio pro vita, & militia sit personalis tantum, vt fuit *Andr. de Iern. in dict. Const. Comitibus, Petr. de Gregor. d. q. 9. num. 2. Frano. de Amicis de his, qui feud. dar. poss. fol. 28. vers. illa etiam ratio,* alij docuerunt, quod sit hypothecaria, vt *Vincens. de Franch. decis. 714. Reg. Rouit. Pragm. 25. de feud. num. 15. Iul. Cesar Gallupp. d. loco, sub num. 59.* & Ego quandoque in hoc tractatu affirmari, quod sit actio personalis in rem scripta.
- 3 Attamen omnes supradictæ opiniones sustineri possunt distinguendo, Aut tractatur de agendo contra fratrem possidentem feudum, & tunc agitur actione personali adstringendo fratrem ad præstandam vitam, & militiam secundogenito, sed quia dicta vita, & militia debetur ex fructibus feudi, cum sit onus fructuum feudi, & frater obligatus ratione feudi, & eius executio sit super fructibus feudi, merito potest dici, quod sit actio personalis in rem scripta, vt Nos supra *quæst. 30. num. 8.* & idè dixit *Bammac. locis citatis,* quod sit actio realis, Aut feudum est alienatum à primogenito, & nihil est contentum in venditione ipsius feudi de præstanda vita, & militia, & tunc secundogenitus virtute *cap. Alienationis actus* habet actionem hypothecariam contra possessorem feudi virtute dictionis *super, posite in dict. cap. Alienationis actus,* ita *Iul. Cesar Gallupp. d. loco, num. 59.* secus est in maioratu, nam secundogenitus habet officium Iudicis contra primogenitum possidentem maioratum, vt ex *Ludou. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. n. 70. Io. Pet. Surd. de alim. tit. 3. q. 3. nu. 1,*

- 1 Vita, & militia iudicium est summarium, sed distinguitur tripliciter.
- 2 Vita, & militia præstanda iudicium est summarium, & nu. 5. & 6.
- 3 Exceptiones contra vitam, & militiam, nempe quod res non sit feudalis, & quod feudum non sit Iuris Francorum faciunt iudicium ordinarium.
- 4 Exceptiones modificatiuæ tantum opponuntur aduersus sententiam vitæ, & militiæ.
- 5 In Regno Siciliae ultra Pharam in iudicio vitæ, & militiæ proceditur summarie, & de plano ex abrupto verificatis extremis.
- 6 Iudicium vitæ, & militiæ est summarium, suo agatur de vita, & militia præterita, siue de futura.



QVAESTIO. XXXV.

1 **I**Am diximus, actionem ad vitam, & militiam cuius esse generis, sequitur modò videre, cuius generis sit iudicium vitæ, & militiæ, an summarium, vel ordinarium, & sic an debeat agitari summarie, & de plano, vel ordinarie.

2 Et quidem in sui genere consideratum iudicium vitæ, & militiæ est summarium, ea ratione, quia agitur de alimentis præstandis, ut est vita, & militia, quæ summarie præstantur, ut post alios *Io. Petr. Surd. de alim. situ. l. 8. quæst. 1. & 2. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 8. in verbo feudalis, circa medium, Milanens. decis. 5. num. 29. Roberts. Marant. in praxi civili, distinct. 9. iudicium aliud ordinarium, aliud summarium, num. 168.* dicit, quòd iudicium alimentorum est summarium.

Sed hic sunt distinguendi tres casus.

Primò, quando agitur de præstanda vita, & militia.

Secundò, quòdo agitur de taxanda vita, & militia.

Tertiò, quando agitur de vita, & militia debita, & sic præterita non soluta.

3 Primo casu, tunc certum est, quòd iudicium est summarium, sed solent nonnullæ exceptiones opponi, quæ requirunt altiore indagine, puta exceptio, quòd res non sit feudalis, quòd feudum non sit Iuris Francorum, & istæ exceptiones debent tractari ordinarie coràm Iudice feudali, ut in sequenti quæstione, cum indigeant termino, sed in Regno nostro aliæ exceptiones solent reservari ad merita causæ, & vnica sententia deciduntur, & hoc casu in procedendo in iudicio vitæ, & militiæ solet dari etiam terminus ordinarius, non ratione determinationis vitæ, & militiæ, sed ratione dictarum exceptio-

num, sed veriùs receptis omnibus dictis exceptionibus, & habito pro vero, rem esse feudalem, & Iuris Francorum, & constito summarie de filiatione, & de morte patris, & de possessione feudi in persona primogeniti, & de quantitate fructuum feudi, tunc summarie, & de plano taxatur vita, & militia, & condemnatur primogenitus ad illam præstandam secundo-genito liquidandam, qua liquidatione facta, postea non admittuntur aliæ exceptiones, nisi modificatiuæ, ut ex *Io. Thoma Minad. Afflicti.* & alijs refert *Nicol. Intrigli. de feud. cent. 1. q. 51. nu. 269.* & Nos infra.

4 Quod iudicium super vita, & militia in Regno Siciliae agitur summarie, & de plano, imò ex abrupto, ea ratione, quia continet causam alimentorum, prout testantur *Mastrill. d. loco ad Petrum de Gregor. d. quæst. 8. in addit. in verbo feudalis,* dicens, ita esse constitutum per capitulum Regis Caroli sub num. 117. *Nicol. Intrigliol. d. loco, num. 168.* dicens, *Hodie tamen (parte expressè non contradicente) consuevit dos de paragio, & vita, & militia extra ordinem, ex abrupto, & parte incitata, Iudicis officio taxari verificatis extremis de quantitate reddituum feudi tempore mortis Baronis, & alijs, nec non ex possessione succedentis, & illis productis in vim protestatorum, vnà cum supplicatione petentis in vim qualis qualis petitionis, & inde virtute taxationis prædicta fieri consuevit exequutio in Magna Curia pro summa dotis taxata,* hæc *Intrigliol. d. loco,* quem refert etiam *Milanens. decis. 5. nu. 23.* quod iudicium debet esse summarium, tam si petitur vita, & militia de præterito, & sic maturata, & non soluta, quàm etiam futura, *Milanens. d. decis. 5. n. 36.*



ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ iudicium ingredi secundogenitus ex quibus exceptionibus prohibetur, seu differtur, & distinguitur de exceptionibus circa petitorium, nêpè quòd res non sit feudalis, & feudū non sit Iuris Francorum, & exceptio filiationis. Et de exceptionibus læsæ Maiestatis, exhæredationis, incapacitatis, vel alijs, vel renunciationis, Renunciatio debet esse specialis in vita, et militia.

S V M M A R I A.

- 1 Exceptio nulla opponi debet per primogenitum in iudicio vitæ, & militiæ maturata, à nu. 2 fallit in exceptione excommunicationis, & læsæ Maiestatis, & nu. 3. & 7.
- 2 Exceptio quòd res de qua petitur vitæ, & militia non sit feudalis; impedit iudicium vitæ, & militia.
- 3 Exceptio, quòd feudum non sit Iuris Francorum, impedit iudicium vitæ, & militia.
- 4 Exceptio filiationis impedit iudicium vitæ, & militia.
- 5 Exceptiones læsæ Maiestatis, exhæredationis, vel incapacitatis referuntur ad meritæ causæ.
- 6 Exceptionibus sublatis, & probatis extremis, condemnatur primogenitus ad annuam quantitatem pro vitæ, & militia, & quomodo formetur sententia, & num. 13. in fine.
- 7 Renunciationis, & compromissi exceptio solet opponi aduersus petitionem vitæ, & militia.

10 Renunciatio specialis vitæ, & militia obstat secundogenito, & num. seq. & num. 12.

11 Renunciatio generalis non obstat secundogenito, quin possit petere vitam, & militiam.

12 Compromissi exceptio an possit opponi in causa vitæ, & militia, remissæ.

QVÆSTIO. XXXVI.

ET si vitæ, & militiæ iudicium esse summarium docuimus, & nullas exceptiones contra secundogenitum debet opponere primogenitus, sed tenetur illam præcisè præstare, quia primogenitus omni caret exceptione, vt dicit *Constit. Comitibus* in illis verbis *absque alicuius repulsa timore*, & ita intelligitur ibi *Afflic. num. 18. & seq.* quòd Ego intelligo in vitæ, & militia maturata, & iam debita, tunc enim omnes exceptiones videntur iniustæ, quia Constitutio præsupponit, quòd vitæ, & militia iam est debita fratri minori concurrentibus legitimis requisitis, & hac ratione nullam exceptionem opponere potest, nisi solam exceptionem excommunicationis, siue læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, vt *Nos quæst. 12.* ita *Afflic. in d. Constit. num. 19.* dicit, quòd Constitutio intelligitur de exceptionibus iniustis, tamen in iudicio debendæ vitæ, & militiæ negari non possumus, quin nonnullæ exceptiones aduersus secundogenitum solent opponi, quæ intentatam actionem, ac iudicium ingredi impediunt, ac altiore indaginem requirunt.

Prima exceptio est, rem super qua petitur vitæ, & militia non esse feudum.

Secunda exceptio, quòd feudum, ex quo petitur vitæ, & militia non est Iuris Francorum.

Tertiâ exceptio, quòd filius petens vitam, & militiam non sit filius, vel si filius, quòd non sit legitimus, & naturalis.

Prima exceptio probatur ex *Constitutione Regni Comitibus*, & ex communi Regnicolarum sententia, sic approbata, & decisa, quòd vita, & militia debetur ex feudo, vt toties inculcauimus.

5 Secùda exceptio probatur ex eadem Constitutione, & ex eadem cõmuni Regnicolarum sententia sic approbata, & decisa, quòd non solum sufficit, quòd sit feudum res, de qua deberi petitur vita, & militia, sed opus est, quòd sit Iuris Francorum.

6 Tertia exceptio filiationis, nam filio legitimo, & naturali debetur vita, & militia, non autem naturali secundum veriorem opinionem, & decisa, & sic oportet quòd probetur quòd sit filius legitimus, & naturalis, *Affist. in Constitut. Comitibus, n. 13. in fine, & Nos supra quæst. 7. num. 10. & per tot.*

Deindè alia extrema probanda sunt, nempe mors Baronis, & possessio feudi pœnès primogenitum, & fructuum quantitas. Quartò solent opponi nonnullæ exceptiones similiter impediens, putà quòd secundogenitus commiserit crimen læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, de quibus *Nos supra quæst. 12.* vel quòd fuerit exheredatus, vt *Nos supra q. 13.* vel quòd sit effectus Monachus, Clericus, inhabilis, vel aliàs, vt dicit *Affist. in d. Constit. sub num. 19.* quæ exceptiones an obstant, diximus suis locis, vt *quæst. 18.* sed hæ exceptiones vltra illas duas, nempe feudalis, & Ius Francorum solent reseruari ad merita causæ, & in eodem termino probari, vt in præcedenti quæstione.

Quibus probatis proceditur summarie ad taxandū vitam, & militiam in pecunia, & tunc frater primogenitus condemnatur ad annuam pecuniā, *Milanens. d. decis. 5. sub num. 40.* & *Nos supra in præcedenti quæstion.*

Sententia autem, qua condemnatur primogenitus ad præstandū vitam, & militiam facta liquidatione

introituum feudaliū, debet concipi ita, & taliter, quòd primogenitus condemnatur ad annuam quantitatem pecuniæ soluendam secundogenito vel annuatim, vel quolibet semestri, vel tertiatim, & anticipatè, vel non, prout Iudici videbitur, vt supra docuimus *quæst. 34.* & quòd debeat in pecunia, vltra *Milanens. supra allegatum* docent *Io. Antonius Capyc. in inuestit. feudal. in verbo ex causa iudicati, vers. limitatur, Io. Thomas Minad. decis. 10. sub nu. 5.* dicens, quòd fructus non sunt in obligatione præstandi, sed pecunia, *Fabius de Anna conf. 4. num. 70. Iul. Casar Galupp. de feud. par. 3. cap. 4. num. 33. vers. debita in pecunia,* dicens, quòd hodiè est absolutum.

9 Solent quadoquè opponi aliæ exceptiones, nempe renunciationis, & compromissi.

Quòd primam exceptionem renunciationis solent quandoque primogeniti opponere secundogenitis exceptionem renunciationis, nempe opponere, quòd ipsi renunciauerunt iuri petendi vitam, & militiam, & ipsi vitæ, & militiæ, & ideò ad ius renunciatum non dari regressum, pro quo est aduertendum, quòd renunciatio in hoc casu potest dupliciter considerari, aut quòd sit specialis, aut generalis.

10 Primo casu, quando est specialis, & quia specialiter in specie secundogenitus renunciauit vitæ, & militiæ, & eius petitioni, siue iuri petendi, quæ specialis renunciatio requiritur in hoc casu, cum speciali iure, inducta sit vita, & militia, vt per *Mol. fes. ad Consuet. Neapolis. tit. de renunciatis. quæst. 11. num. 12.* estque hoc expeditum in iure feudali, vt per *Octauium Bammacarium in cap. in generali, num. 2. & 5. nu. 9 & seqq. si de feud. defunct.* & *Nos infra.*

11 Secundo casu, quado non est specialis renunciatio, sed in genere, & sic generalis, vt quia renunciauit ad

bene-

beneficium primogeniti omnia iura sibi competentia super bonis paternis, & maternis, & sic generalis est renunciatio, & tunc dubium est, an sub generali renuntiatione comprehendatur vita, & militia, ad eod vt etiã vita, & militia sit renunciatum, vt in hoc articulo, dicas quod requiritur specialis, & expressa renunciatio, ita docet *Vincens. de Franch. decis. 20. n. 6. 7. & 8. & decis. 325. n. 21. cum seqq. Reg. Rouit. super Pragmat. 25. de feud. num. 11.* rationem assignat à paritate, quam habet vita, & militia cum legitima, quod sicut renunciatio ad finem vt comprehendat legitimam, debet esse specialis, & expressa, ita etiam renunciatio ad finem vt comprehendat vitam, & militiam debet esse specialis, & expressa, sed Ego addam aliam rationem, quia iuri specialiter inducto ad fauorem alicuius debet specialiter renunciari, vt in Macedoniano, Velleiano, & alijs, sed cum ius perendi vitam, & militiam, sit speciali iure Constitutionis Regni inductum ad fauorem secundogenitorum, propterea specialis renunciatio requiritur, Sed an renunciatio vitæ, & militiæ debeat continere assensum Regis, dicam infra, *quæst. 40.*

13 Quoad exceptionem, siue oppositionem de compromittendo vigore Regiæ Pragmaticæ Odiæ litem, dum tractatur inter fratres, solent primogeniti opponere compromissum ad dilandam litem, quod compromissum qualiter, & quando fieri debeat, dicemus infra *quæst. 41.* sed interea videas *Iulium Casar. Gallup. de feud. par. 3. cap. 4. nu. 64.*

Resertis itaque dictis exceptionibus, & similibus, vel ijs reseruatis ad merita causæ proceditur ad compilationem processus, quo compilato potest concipi sententia vel ad vitam, & militiam liquidandam, vel ad certam annuam quantitatem, si fructus fuerint deducti, sed tunc erit

condemnare primogenitum ad quantitatem liquidandam, siue quantitas fructuum fuerit deducta, siue non, fuerit deducta, & postea facta liquidatione condemnare ad certam annuam quantitatem.

ARGVMENTVM.

Vitæ, & militiæ quantitate liquidata, solutio fit in pecunia. Et tempus mortis in liquidatione attenditur, Fructus considerantur ex feudo naturales, vicensuales, & iurisdictionis. De munere per vasallos dari solito Baronibus, & de feudo titulato.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia liquidatur de quantitate fructuum feudi in pecunia, & sub num. 3. secundum vnam opinionem.
- 2 Vita, & militia quantitas liquidatur attritis fructibus tempore mortis.
- 3 Vita, & militia liquidatur habito respectu etiam ad corpora reintegrata, siue recuperata.
- 4 Vita, & militia liquidatur de fructibus, qui percipiuntur ex feudo vti feudales, scilicet de naturalibus, n. 5. de vicensualibus, num. 6. & alijs, num. 7. vsque ad finem, & de iurisdictionibus, num. 8. & de fructibus iurisdictionis, num. 8. & 9. Ex adobis feudatariorum, nu. 10. & de iure luendi feudum, n. 12.
- 11 Iurisdictionis civilis, & criminalis proventus liquidantur in vita, & militia.
- 12 Munus annuum, quod datur Baroni singulis annis pro Camera reserua-

- ta, venit in liquidatione vita, & militia.*
- 13 *Munus, quod singulis annis datur Baroni in capite anni, venit in liquidatione vita, & militia.*
- 14 *Vita, & militia an debeatur de feudo titulato, & sic de valore dicti tituli, remissiuè.*
- 15 *Supplementum vita, & militia peti potest, ut in appanagio petitur.*

QVAESTIO. XXXVII.

- 1 **P**rolata demùm sententia, quia primogenitus condemnatur ad præstandam vitam, & militiam liquidandam, quæ liquidatur secundùm veram opinionem ad instar legitimæ, vt Nos supra *quæst. 6.* vel arbitrio Iudicis, & ibi in fine ex fructibus feudi in pecunia, & Nos supra *d. quæst. 6.* quæ liquidatio fieri debet attento tempore mortis communis patris, vt docent *Franch. decis. 61. Reg. de Ponte consil. 79. num. 14.* & sic seruat in Sicilia, *Nicol. Intriagliol. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 17.*
- 3 *Mar. Giurba ad. Consuet. Messanens. cap. 14. glos. 1. par. 1. nu. 3.* habita ratione non solum de corporibus extantibus tempore mortis realiter, sed etiam de corporibus recuperatis, & reintegratis, vt dicunt præfati DD. & supra *quæst. 33.* & Nos supra *d. quæst. 6.*

Sed in hac liquidatione quodnam fructuum genus debeat considerari, quiuè, & quales comprehendatur, hic videbimus. Et licèt fructus sint in multiplici differentia quoad materiam feudalem, vt *Nos de Iure Releuij, par. 1. quæst. 13. cum seqq.* & nouissimè *Preses Anton. Monach. in feudali doctrina perspicacissimus Interpretes de recta feud. interpret. cap. 57. 4. part. 1. per totam;* tamen quod spectat ad materiam nostrâ dicas, quod vita, & militia taxatur ex illis fructibus feudalibus, qui percipiuntur ex feudo vt feudales, vt in materia re-

leuij Nos de Iure Releuij d. par. 1. q. 13. per totam.

- 5 Primò de fructibus naturalibus, qui ex feudali re nascuntur, & renascuntur, sic enim fructus simpliciter prolati in potiori significato intelliguntur, ad tradita in *l. diuortio, ff. sol. matrim. & l. fructus, ff. de rer. diuis. & Nos locis allegatis.*
- 6 Item de fructibus vicenaturalibus, putà de niue, quæ hodiè est in fructu feudali, ita *Gizzarell. decis. 34. & Nos de Iure Releuij d. par. 1. quæst. 17. nu. 4.*
- 7 Item de lapidicinis, vt *Nos de Iure Releuij d. par. 1. quæst. 13.* Item de siluis cædiis, quæ licèt non incidantur quolibet anno, sed ad nouennium, vel decennium, tamen facto calculo pro rata cuiuslibet anni debet taxari vita, & militia.
- 8 Sic etiam si laudemias, siuè quartaria rerum feudalium percipiuntur ex feudo, tunc licèt non percipiuntur singulis annis, sed de tempore in tempus, tamen quia isti vidètur fructus iurisdictionis, quæ inest feudo, & de fructibus iurisdictionis debetur vita, & militia, sic pariter de istis debetur vita, & militia, vt docet *Matth. de Aff. in d. Const. Comitibus, num. 9. Fab. Anna cons. 4. num. 77. & seqq.*
- 10 Et ex eadem ratione videtur dicendum in adohis subfeudatiorum, quæ procedunt de subfeudis, quæ respectu capitis feudi sunt membra feudalia, & augent reditum feudalem, nam debentur Domino vt Baroni de feudali corpore singulis annis, & videntur fructus iurisdictionis feudalis, quia Baro dicit causam inter subfeudatarios, vt ait *Freccia de subfeudis lib. 2. tit. de author. Baron. author. septima, nu. 1. & seqq.*
- 11 Secundò principaliter taxatur de fructibus ciuilibus, putà ex prouentibus iurisdictionis ciuilibus, & iurisdictionis criminalis, ita *Afflic. in d. S. præterea Ducatus, num. 66. vers. quæso, & in Const. Comitibus, num. 9. Regens Rous-*

- Rouitus dicto loco, num. 5.* quid-
quid *Nos* diximus *de Iure Releuij*,
par. 4. quæst. 2. per totam, vbi dixi-
mus, quòd de istis pœnis ciuilibus,
& criminalibus non debetur rele-
uium, & ratio diuersitatis est, quia
in releuio propriè considerantur
fructus, sed in vita, & militia consi-
deratur valor iurisdictionis, & ap-
preciatur, & taxatur, quanti sit in an-
nuo reditu.
- 12 Item debet haberi ratio de iure
luendi rem feudalem venditam,
vt supra *quæst. 33.* docuimus, licet
non percipiuntur ex eo fructus, quia
in liquidatione vitæ, & militiæ at-
tenduntur fructus, qui percipi pos-
sunt, vt concludit *Io. Franciscus de*
Ponte consil. 79. num. 29. & 30. licet
actu non percipiuntur, vel teneatur
primogenitus cedere actionem con-
trà emptorem pro quantitate vitæ,
& militiæ, & maximè quando in hæ-
reditate non adsint, nisi iura, & actio-
nes, & ita ex *Aymon. Crauetta consil.*
109. n. 7. & 8. docet *Fab. de Anna ton-*
st. 4. n. 39. & 80.
- Sic pariter debet haberi ratio in
liquidanda vita, & militia de
munere, quod singulis annis Vni-
uersitas præstat Baroni, vel pro
Camera reseruata, de qua *Nos de*
Iure Releuij, par. 2. quæst. 2. quia ex
quo percipitur singulis annis ex re
feudali vti feudale, ideò debet de
eo taxari vita, & militia. Sic etiam
munus vniuersitatis, quod singulis an-
nis Vniuersitas præstat Baroni in ca-
pite anni pro bono omine, siue vul-
gò, *per le bone feste*, vt permultas Vni-
uersitates vidi, quæ donant Baroni
certam annuam quantitatem etiam
cum assensu Regis, & tunc hanc an-
nuam quantitatem donatam vniuersi-
tatem venire in liquidatione fru-
ctuum feudalium, docuit, & deci-
sum refert *Vincentius de Francibus de-*
cision. 272. in fine, dicens, quòd parti-
bus non contradicentibus fuit ita
decisum.
- 14 Sed si primogenitus haberet solū
titulū magni valoris, sed nō percipe-
ret fructus, an eo casu secundogeni-
tus posset prætere vitam, & mi-
litiam de reditu, quem posset red-
dere pecunia, ex qua titulus fuit em-
ptus? hanc quæstionem reperi exci-
tatam in *reperitorio Petri de Gregorio*
de vita, & militia, in verbo fructus si
non percipiuntur ex feudo, an super
titulo debeat vitæ, & militia, allegat
fol. 19. liter. A. & resolutionem non
potui inuenire, sed videas *Ioannem*
Franciscum de Ponte de potest. Proreg.
titul. de assens. Regis, sub num. 29. &
Nos supra quæst. 7. num. 9. *Nos etiam*
de Iure Releuij, par. 4. quæst. 2. sub
num. 20. diximus hæc verba: *Vnde*
ausim dicere, quòd si Baro ex feudo
non haberet fructus, sed solum titulum,
non deberet soluere releuium, & assi-
gnatur ratio, quia releuium est me-
dietas fructuum, & est evidens ra-
tio, quia si non redit fructus, non po-
test considerari taxatio.
- 15 Sed an secundogenitus possit age-
re ad supplementum vitæ, & militiæ,
si ei videtur non competens? dicas,
quòd potest agere ad supplemen-
tum, tūm quia vita, & militia quò-
ad liquidationem videtur æquipara-
ri legitimæ, tūm etiam quia vita, &
militia idem est quod appanagium,
vt supra docuimus, & tamen in ap-
panagio taxato datur actio ad sup-
plementum, & perpetuò, docet *Guil-*
elm. de Monteferrato de success. Reg.
Francia, dubio 4. nu. 1. & seqq.
- Reliqua in materia fructuum feu-
daliū videas per *Nos de Iure Re-*
leuij. p. 1. q. 13. nu. 26. & seqq. & par. 4.
q. 1. 2. & 3. vbi diffusè egimus de fru-
ctibus feudalibus.



ARGUMENTVM.

Vita, & militia semel taxata non augetur, nec diminuitur, auctis, vel diminutis fructibus. Nisi tamen fructus augeantur, vel diminuuntur ex causa iuris existentis in hereditate, vel contra hereditatem tempore mortis illius, cui succeditur. Diminutio feudi dupliciter consideratur, vel circa vniuersitatem feudi, vel circa fructus feudi. Diminutio fructuum ex tempore, vel alia de causa non procedente ex iure existente tempore mortis, non diminuit vitam, & militiam.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia semel taxata regulariter non augetur, nec diminuitur, sed fallit nu. 3.
- 2 Adoha semel taxata non augetur, nec diminuitur, auctis, vel diminutis fructibus feudalibus.
- 3 Augmentum, siue diminutio feudi respectu ad vitam, & militiam consideratur dupliciter, quod ad vniuersitatem feudi, vel quod ad fructus feudi.
- 4 Augmentum in vniuersitate feudi, puta per reintegrationem, vel recuperationem auget vitam, & militiam, et si semel taxatam.
- 5 Diminutio in vniuersitate feudi propter euictionem, vel propter sententiam, quod non sit feudum, diminuit vitam, & militiam.
- 6 Augmentum, siue diminutio fructuum ex tempore cedit lucro, vel damno primogeniti.

- 7 Vita, & militia debetur secundogenitis, etiam fructibus, non auctis, vel non perceptis.
- 8 Vita, & militia debetur secundogenito etiam quod hostes percepissent fructus ex feudo.
- 9 Vita, & militia non diminuitur ab expensis seruicij militaris.

QVAESTIO. XXXVIII.

- 1 **S**olent quandoque secundogeniti se conqueri contra primogenitos, quod eorum vita, & militia debeat augeri stante feudi, fructuumque feudalium augmento, & e contra primogeniti solent se conqueri contra secundogenitos, quod eorum vita, & militia debeat diminui, stante feudi, fructuumque feudalium diminutione. At verò tam contra primogenitos, quam contra secundogenitos stat regula, quod vita, & militia semel taxata, habito respectu ad introitus feudales existentes tempore mortis patris, non augetur, nec diminuitur ex augmento, vel diminutione fructuum ex tempore, vel industria hominis causato, ratio est, quia introitus existentes tempore mortis attenduntur in liquidatione, & taxatione vitae, & militiae, *Franch. decis. 61. num. 1.* & Nos supra *questione procedenti*, aliàs esset dare lites in infinitum quolibet anno, & habemus exemplum in adoha, quae semel taxata non diminuitur, nec augetur, diminutis, vel auctis fructibus, vt diximus *Nos de iure Adoha, quest. 31. nu. 3.*
- 3 Attamen haec regula declaratur, vt possit augeri, vel minui vita, & militia, etsi taxata, cum haec declaratione, nam aut augmentum est in vniuersitate feudi, aut in fructibus, & sic e contra, aut diminutio est in vniuersitate feudi, aut in eius fructibus.
- 4 Primo casu, quando augmentum est in vniuersitate feudorum, puta quia

quia feudum aliquod est recuperatum, vel si feudatarius possidens unum feudum recuperauerit, vel reintegraverit corpora feudalia alienata, siue dismembrata, & tunc certum est, quod vita, & militia semel taxata, habito respectu ad tempus mortis, debet augeri habito respectu etiam ad redditus, quos reddebat dictum corpus reintegratum, vel corpora reintegrata, reddebant tempore mortis patris, ita *Molfes. cons. 9. num. 1.* vt *Nos* plenè diximus *q. 33. Franch. decis. 61. nu. 11.*

5 Ita è contrà ex regula contrariorum, vt dicit *Io. Franc. de Ponte consil. 79. nu. 28.* & *Franch. d. loco, nu. 10.* si feudorum vniuersitas esset diminuta, vt quia feudum aliquod euinceretur, vel corpora feudalia euincerentur, vel declararentur non esse feudalia, tunc sicuti in casu contrario vita, & militia augetur ex corporibus reintegratis, ita etiam debet diminui, diminutis corporibus, vt concludit idè *Io. Franc. de Ponte d. loco, à num. 23. cum seq.* & ratio utriusque decisionis est, quia augmentum, siue diminutio causata in proprietate, causatur per actionem existentem in hæreditate, uel contrà hæreditatem tempore mortis feudatarij, ut considerat idem *de Ponte ibidem. Molfes. d. num. 14.* meritò augmentum, uel diminutio ex dictis iuribus in hæreditate, uel contrà hæreditatem existentibus, debent suum effectum sortiri in suo casu, ut in casu diminutionis diminuatur, & in casu augmenti augeatur.

6 Secundo casu, quando augmentum, siue diminutio est in fructibus, tunc diuersa est ratio, quia hoc prouenit uel factò primogeniti, uel ex tempore, & tunc debet cedere lucro, uel damno primogeniti, ut considerat ibi *de Ponte num. 38. & seqq.* & ita * fuit decisum per Reg. Cameram Sumerariæ ad fauorem Regij Fisci cum

Ill. Ducissa Nuceriæ, nam vita, & militia semel taxata, quia fructus fuerunt extenuati, ita pariter summa vitæ, & militiæ liquidata fuit extenuata, & sic diminuta de summa iam liquidata, vt refert *Io. Bapt. Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 3. in verbo vita, & militia an extenuari debeat, fol. 421. colum. 2.* & hoc quando verè fructus non sufficerent, vel factò tertij, putà incursum hostiū, & tunc etiam non diminuitur, quinimò vita, & militia integra debetur pro illis annis, quibus feudum, fuit in manibus hostium, vt refert decisum *Minad. decis. 10. in fine, Vincentius de Franchis, decis. 121. num. 12.* reddentes rationem, quia pecunia, non autem fructus sunt in obligatione, *Reg. Rouitus dist. Pragmatic. 25. num. 6. de feud. Regens de Ponte consil. 79. num. 10. uolunt. 1. Iul. Cas. Gallup. de feud. p. 3. & 4. sub n. 68.*

7 Declara primò hanc conclusionem, quòd etsi fructus feudi non solum non essent diminuti, sed etsi non essent nati, & per consequens non essent percepti, quia adhuc vita, & militia taxata. debeat secundogenitis, ea nimirum ratione, quia pecunia, non autem fructus sunt in obligatione, ita colligitur ex *Io. Thoma Minad. dist. decision. 10. versicul. in contrarium, Fab. de Anna d. consil. 4. sub num. 62. Vincent. de Franchis dist. decision. 121. num. 12.* & *Nos de Iure Releuij. par. 2. quæst. 6. num. 19. & 34. & de Iure Adoha, quæst. 31. num. 6 & per totam,* vbi simile docuimus in materia Releuij, & Adohæ semel taxatæ, vt semper vniformiter debeat, siue crescant, siue decrescant fructus, non alia ratione, nisi quia annua pecunia est in obligatione, sed fructus sunt in demonstratione.

8 Declara secundo, quòd etsi fructus feudi non essent pœnitè percepti, vt quia feudum fuisset in manibus

- hostis, qui fructus percepit, nam annua quantitas pro vita, & militia taxata debetur secundogenito, etiam quod feudum fuisset apud hostes, & fructus fuissent ab hoste, siue ab alio
- * percepti, vt refert decisum *Io. Thom. Minad. decis. 10. in fine*, in causa Marcelli Caraccioli cum Nicolao Antonio primogenito super vita, & militia ei debita super Terra Vici in Apulea, quæ Terra per annos tres stetit in posse Gallorum, possidente Vincentio Bulgarello ex eorum concessione, sed hæc decisio mihi videtur duriuscula, & si casus euenerit est melius cogitandum, & ita videtur sentire *D. Reg. Tapia par. 6. Iur. Regn. Neap. in Constit. Comitibus, colum. penult. vers. secundò extenditur*, referens fuisse decisum in fauoré secundogeniti in causa Octauij Baronis Tropiensis cum Bartolo Barone in Banca de Modellis, *Tbor. in suo compend. par. 3. sect. 3. in verbo vita. & militia.*
- 9 Declara tertio, vt vita, & militia non diminuatur ob expensas seruitij militaris, quod facit primogenitus Domino Regi, ita *Petr. de Gregor. de vita, & militia, quest. 7. num. 5. Rouit. d. Pragmatic. 25. de feud. num. 4. Gallupp. d. loco, sub nu. 45. & dicam latius in sequenti quæstione.*

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an taxetur, & debeat deductis oneribus feudum grauantibus, vel ijs computatis, Onerum feudatium summa, & artificiosa ponitur distributio, vt alia ex feudo, alia ex fructibus, & istorum alia feudatarij, et alia

legitima, et alia illegitima, et adhibita varia onerum distinctione suo cuique capiti vera, et germana adhibeatur resolutio.

S V M M A R I A.

- 1 *Onera feudalia varijs in locis à Feudistis ponuntur.*
- 2 *Onerum feudatium summa distributio ponitur, & artificiosa.*
- 3 *Onera feudatarij ponuntur, & diuiduntur.*
- 4 *Onera fidelitatis feudalis nunquam deducuntur, sed semper grauant feudatarium, & feudum.*
- 5 *Onus fidelitatis feudalis quodammodo transit etiam in secundogenitum ratione vita, & militia, quam percipit ex feudo.*
- 6 *Onera feudalia de natura feudi non diminuunt vitam, & militiam.*
- 7 *Onera specialia sunt de iure speciali imposita cuidam feudorum generi.*
- 8 *Onera specialia feudi distinguuntur, aut imposita valori, aut fructibus.*
- 9 *Paragium vt onus speciale feudi Iuris Francorum non deducitur de vita, & militia.*
- 10 *Onera imposita fructibus feudatibus tripliciter considerantur, & num. sequenti.*
- 11 *Onus vita, & militia super fructibus feudi est vitalitium.*
- 12 *Onus releuij impositum medietati fructuum feudi est annale.*
- 13 *Onus adoba ordinaria, & sic seruitium consideratur durante feudo, & non minuit vitam, & militiam.*
- 14 *Onus seruitij extraordinarij durante necessitate nec minuit vitam, & militiam.*
- 15 *Onera feudatarij multipliciter distinguuntur.*
- 16 *Pecunia accepta cum obligatione feudi pro seruitio Domini, vel fideiussio pro*

pro fertio Domini, &c. minuit vitam, & militiam.

17 Onus pro patrocinio feudi ante omnia deducendum.

18 Onus impositum à feudatario cum assensu legis municipalis non minuit vitam, & militiam.

19 Onus impositum feudo cum assensu Domini minuit vitam, & militiam, secus sine assensu, num. 20.

QVAESTIO. XXXIX.

Onerum feudalium distributio variè à Feudistis tractatur varijs in materijs, inter quos *Barib. Camerar. in repet. Imperialem. fol. 12. colum. 2. lit. V. & fol. 13. à ter. & fol. 14. de probib. alien. per Frideric. Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verbo onere, per totum, de success. feud. Horat. Montan. in d. l. imperialem, fol. 101. num. 212. cum seqq. Io. Baptista Bilotta concl. feud. 16. per totam, Garf. Mastrill. decis. 64. per totam, & Nos de Iure Releuij, par. 1. quæst. 13. & par. 2. quæst. 15. & supra eod. tractat. 2 quæst. 4. Utque ad germanam huius quæstionis decisionem accedamus sunt distinguenda onerum feudalium genera, ad finem vt suo cuique generi veram huius articuli accomodemus resolutionem, ideòque ex eorum dictis sunt distinguenda onerum feudalium genera.*

Primò, quædam sunt onera feudalialia, & sic feudi, sed imposita feudo à lege feudali.

Secundò, quædam sunt onera feudatarij, & sic feudi, sed imposita feudo à lege feudali.

Tertiò, quædam sunt onera feudatarij imposita ipsi feudatario ex causa feudi.

Onera primi generis subdistinguntur,

Quædam sunt de natura feudi.

Quædam sunt imposita certo generi feudorum per specialem legem Regni, & hæc subdistinguntur.

Quædam sunt onera imposita valoris, siue pretio feudi.

Quædam sunt onera imposita fructibus feudi, & hæc subdistinguntur.

Quædam sunt imposita ad vitam illius, cui præstantur.

Quædam sunt onera, quæ præstantur in vno anno.

Quædam sunt onera, quæ præstantur vel durante feudo, vel ad libitum Domini.

3 Secundum principale genus onerum feudatarij, & ista subdistinguntur.

Quædam sunt onera feudatarij, quæ habent communionem cum lege feudali.

Quædam, quæ non habent communionem cum lege feudali principaliter, sed benè potestà lex feudalialis assistit.

Quædam sunt onera, quæ non habent communionem cum lege feudali, sed Dominus feudi assentit.

Quædam sunt onera feudatarij, quibus nec lex feudalis communis, nec specialis, nec Dominus assentit.

Et tandem quædam sunt onera feudatarij, quibus lex specialis Regni, & Domini tacitè assistit.

4 Quòad primum principale genus onerum feudalium, quædam sunt de substantia feudi, & est ipsa fidelitas, quæ propriè est substantia, & finis concessionis feudalis, quæ fidelitas continet illa sex requisita, quæ constituunt ipsam fidelitatem, & hæc fidelitas nūquam deducitur, imò semper grauat feudatarium possidentem feudum, quinimò feudum ipsum non potest deduci in sui esse, nec potest consistere, imò non est feudum absq; ipsa fidelitate, vt post alios *Rosenthal. de feud. cap. 1. conclus. 1. & 3. & cap. 2. conclus. 60. & cap. 10. conclus. 34. n. 60.* adeòque inest feudo, vt sublata fidelitate, non est amplius feudum, sed allodium, ideò nunquam potest deduci hoc onus à vita, & militia, imò etiam in substantia proportionabili-

ter transit in secundogenitum viuētem de reditu feudali, & sic recipientem vitam, & militiā, cuius causa etiam est feudalis ipsa vita, & militia, tamen quia secundogenitus tenetur etiam seruire Domino iuxta vitam, & militiae introductionem nunc aboletam, licet ipse secundogenitus non possideat feudum, & tamen tenetur esse fidelis, quia percipit annuam quantitatem de feudo ut feudalem, in tantum quod secundogenito rebellis non debetur vita, & militia, tum quia ut infidelis non debet viuere de fructu fidelitatis, quam non seruat, tum etiam quia vita, & militia debetur etiam ex munificencia Domini, qua non debet gaudere rebellis, ut suo loco diximus supra *quest. 12. num. 7.* idèdque hoc onus quatenus in iure respicit essentiam fidelitatis, nempe ut quis sit fidelis Domino suo, tunc proportionabiliter grauat primogenitum, & secundogenitum iuxta debitum, nempe illum uti feudi possessorem, & istum, uti feudaliū fructuum perceptorem, idèdque non solum non deducitur ab ipsa vita, & militia, sed quod potius grauat etiam ipsam vitam, & militia, sed quatenus in facto respicit interessè, tunc nec deducitur à vita, & militia, quia coaceruatis fructibus feudaliibus, prout existunt tempore mortis, ut diximus supra *q. 6.* liquidatur ipsa vita, & militiae quantitas cū dicto onere fidelitatis etiam respectu secundogeniti, ut modò declarauimus.

6 Quodam secundam speciem primi generis onerum feudaliū, quæ similiter sunt imposita à lege feudali secundum rei naturam, & hæc dicuntur de natura feudi, ut est seruitium, quod feudatarius tenetur præstare Domino de iure communi feudorum, in cuius locum hodiè in Regno nostro succedit adoha, de qua re Nos latè in nostro *tractatu de iure Adoha,* & hoc seruitium non deducitur à

vita, & militia, adèd quod onus dicti seruitij militaris non minuit vitam, & militia, ut *Nos de iure Adoha, quest. 24.* & circa hoc non est amplius insistendum.

7 Quodam tertiam speciem primi generis onerum, quæ sunt à speciali lege alicuius loci, seu Regni imposita, certo feudorum generi in dicto loco, siue Regno sistentiū, ut potest exemplificari in nostro Regno in vita, & militia imposita feudis Iuris Francorum in dicto Regno sistētib; per specialem legem ipsius Regni, ut est *Constit. Comitibus,* ad fauorem secundogenitorum masculorum, nec non dos de paragio ad fauorem feminarum, & ista dicuntur onera feudalia, non de substantia, nec de natura feudi, cū primitus succedebant secundogeniti, *cap. omnes filij, si de feudo defuncti.* & feminae excludebantur, ut supra *quest. 4.* sed postea leges nostri Regni æquitatem sectantes, ut *d. quest.* docuimus, imposuerunt dicto feudorum generi Iuris Francorum dicta onera, & sic ut alimenta vitalitia præstentur secundogenitis, & feminis dos de paragio.

8 Et hæc species oneris feudi Iuris Francorū impositi subdiuiditur, nam est impositum diuersimodè. Aliud est impositum valori, & sic pretio feudi, ut est dos de paragio, quæ debetur de valore feudi in quantitate pecunie quodam proprietatem, & istud nō deducitur de vita, & militia, ut Nos docuimus in nostro *tractatu de iure Adoha, quest. 28. sub n. 6.*

10 Aliud est onus impositum fructibus, & hoc tripliciter consideratur. Primò, durante vita illius, ad cuius fauorem est impositum, & hæc est vita, & militia, quæ durat durante vita secundogeniti, quia sunt alimenta vitalitia, ut supra docuimus, & istud onus tanquæ æs alienum deducitur, & nō debet seruire onus seruitij militaris, ut supra diximus, nec alia onera illegitima, ut inferius dicemus.

11. Secundò consideratur vt annales, & sic vt debeatur ex fructibus vnus anni in vno anno, & huiusmodi est releuium, pro quo debetur Fisco medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur ab hærede feudali pro inuestitura feudi, vt Nos latius in nostro tractatu de Iure Releuij, & hoc onus deducitur à vita & militia, adeò vt vitæ, & militiæ quãtitas non minuatur ob solutionem releuij, vt Nos in d. tract. de Iure Releuij, par. 2. quæst. 14. num. 19. & Reg. Moles de regalibus, titul. de Releuio, quæst. 4. quam Nos in calce huius tractatus posuimus.

12. Tertio considerantur vel durante feudo, vel ad libitum Domini.

13. Durante feudo, vt est onus adohæ ordinariæ impositæ in hoc Regno, quæ semel taxata debetur ex fructibus durante feudo, vt Nos de Iure Adohæ latissime, & hoc onus adohæ non minuit vitam, & militiam, vt Nos de Iure Adohæ d. q. 28.

14. Ad libitum Domini, sed durante necessitate, & est seruitium extraordinarium impositum à Domino durante aliqua guerra, vel aliqua eius necessitate, & hoc nec minuit vitam, & militiam, vt Nos de Iure Adohæ d. quæst. 28.

15. Tertium principale genus onerum feudalium grauium feudatarium, quæ nec sunt imposita à lege feudali principaliter, nec à lege municipali, nec à Domino feudi, sed ab ipso feudatario, & tolerantur à lege communi feudorum, assentiendo illis, vel tolerantur à Domino assentiendo illis.

16. Onera imposita cum tolerantia, siue assensu legis communis feudorum, sunt, verbi gratia, pecunia accepta cum obligatione feudi pro seruitio Domini, vel fideiussio facta pro Domino, & hæc cum sint onera legitima, quæ habent communionem à lege feudali, videntur quòd minuant vitam, & militiam, vt decisum re-

fert *Mastrillus decisio. 64.*
 20. Alia sunt onera imposita per feudatarium absque assensu Domini, & ista tanquam illegitima non minuunt vitam, & militiam, vt docet idem *Mastrill. d. decis. 64. in fine.*

Alia onera vltimo loco posita sunt ad formandum triplex distinctionis caput, non autem vt possit super ea formari quæstio in hoc puncto, sed benè in alio capite, nempe an possit feudatarius cogi ad vendendum feudum, de qua re Nos alibi (Deo date) dicemus.

ARGVMENTVM.

Vitæ, & militiæ sententia an impediatur exequi per exceptiones, et per appellationem, Referuntur nonnullæ exceptiones, quæ impediunt, quæquæ non impediunt. Exequutio pro vita, et militia an super feudo principaliter, vel in subsidium fieri debeat, variæ referuntur sententiæ, Et pro vita, et militia de præterito, vel currenti, distinguitur. Super fructibus regulariter fit exequutio, Feudum vnum pro vita, et militia potest assignari, vel in solutum dari secundogenito, Et an annuus cæsus possit constitui super feudo pro vita, et militia.



S V M M A R I A.

- 1 Exceptio nulla debet opponi aduersus sententiam vita, & militia, & pro regula traditur, sed fallit nu. seqq.
- 2 Exceptio nullitatis opponitur aduersus sententiam vita, & militia.
- 3 Exceptio modificatiua opponitur aduersus sententiam vita, & militia.
- 4 Exceptio, an primogenitus teneatur deducto ne eget, potest opponi aduersus sententiam vita, & militia.
- 5 Exceptio in quantum facere potest opponitur etiam contra creditores sequentes feudum.
- 6 Exceptio diminutionis fructuum ratione corporis feudalis cuius potest opponi.
- 7 Exceptio fructuum non perceptorum, solutionis Adoba, & Releuy non potest opponi.
- 8 Appellatio a sententia vita, & militia non suspendit iudicatum ad fauorem secundogeniti.
- 9 Regula, quod exequutio super feudo debeat fieri in subsidium limitatur in executione pro vita, & militia, & declaratur opinio Andr. de Ifern.
- 10 Vita, & militia sententia non potest exequi super feudo, ex sententia Capycij.
- 11 Exequutio pro vita, & militia debet fieri super fructibus feudi, & ita praticatur, & decisum refertur.
- 12 Exequutio pro vita, & militia potest fieri super feudo secundum aliquorum Doctorum sententiam. Alij negant. Alij affirmant. & utriusque sententia ratio assignatur.
- 13 Concordantur discordantium sententia, ut pro vita, & militia de preterito possit feudum alienari.
- 14 Doctores tenentes, quod pro vita, & militia preterita possit directe feudum exequi declaratur, ut intelligatur in subsidium, quando fructus non sufficiunt.
- 15 Fructus feudi possunt alienari pro debito vita, & militia.

- 16 Feudum unum potest assignari secundogenito pro vita, & militia, quod declaratur quando procedat, & est in electione primogeniti vel correspondere a nu. 18. & quid in appanagio Francia.
- 17 Datio feudi in solum secundogenito simpliciter facta, operabitur tantum retentionem illius in vita secundogeniti.
- 19 Feudum pro vita, & militia quando alienari permittitur, potest alienari tam in extraneum, quam in fratrem ipsam minorem.
- 20 Feudum ex pacto, & prouidentia potest alienari pro debito vita, & militia, & super eo constitui annuus census, sed contra num. 21. ut possit alienari commoditas, seu fructus feudi.
- 22 Census annuus legitime potest imponi super feudo pro debito vita, & militia.
- 23 Expensa facta a secundogenito in meliorando feudo, quod tenebat pro vita, & militia, repetuntur a secundogenito, qui retinet feudum, pendente satisfactione illarum.

QVAESTIO. XL.

- 1 **L**iquidata demum vita, & militiae quantitate, ac prolata sententia, qua condemnatur primogenitus ad illius praestationem, quam absque alicuius repulsa timore secundogenitus habere debet, ut ait *Const. Comitibus in fine*, & ita ponderat *Afflic. ibi*, tamen nonnullae exceptiones possunt opponi contra eius executionem.
- 2 Prima exceptio, quae potest opponi contra sententiam vita, & militiae, est exceptio nullitatis, quae a dicta Constitutione non videtur sublata, ita docet *Matth. de Afflic. in dist. Constitus Comitibus, sub num. 19. in fine*.
- 3 Secunda exceptio, quae potest opponi, est exceptio modificatiua, quae tantum potest opponi aduersus executionem.

quotionem sententiæ vitæ, & militiæ, ita ex *Andr. de Ifern. Minad. Af. fct. & glos. in d. Constit. docet Nicol. Intrigiol. de feud. centur. 1. quæst. 51. nu. 269. D. Franc. Milanens. decis. 5. num. 24.*

4 Tertiâ exceptio, quæ potest opponi, ut primogenitus opponere possit, quod non teneatur ad totam quantitatem vitæ, & militiæ, sed tantum in quantum facere potest, quia primogenitus debet remanere tanta quantitas, quanta sufficit, ut possit vivere ut primogenitus, & ut Dominus feudi, adeo ut eius dignitas non diminuatur, ita ex *Andr. de Ifer. in d. Constit. Comitibus docet Marin. Freccia lib. 2. auctorit. 34. sub num. 1. Anton. Capyc. in inuest. feudal. in verbo feudor. exequutiones, vers. ex causa iudicati, in verb. an, & quando, lul. Casar Gallupp. in praxi Sac. Conf. p. 3. cap. 4. sub num. 26. in fine, & Nos de*

5 *lure Adobe, quæst. 24. num. 11. quam exceptionem potest opponere primogenitus etiam aduersus creditores, qui forsan tenerent feuda sequestrata, nã taxatur ad beneficium feudatarij tanta quantitas, quanta ei sufficit pro suis alimentis, ita Io. Aloys. Mormis in d. Constit. Comitibus, nu. 9.*

6 Similiter potest opponi exceptio diminutionis fructuum factæ post taxationem vitæ, & militiæ ex causa existente in hæreditate tempore mortis illius, cui succeditur, ut potè si fructus essent diminuti ob aliquod corpus euictum ex actione primæua existente contra feudum tempore taxationis, ut docuimus supra hoc eodem tractatu, quæst. 7. Nec pariter potest excipere, quod pro aliquo tempore non percipit fructus, ut docuit *Minad. decis. 10. Francb. decis. 121. nu. 2. Gallupp. p. 2. cap. 2. n. 68.*

7 Sed nec etiam potest opponere primogenitus, quod sententia de vita, & militia debeat modificari ob solutionem adobe ordinariæ, & ex-

traordinariæ, nam hæc solutio adobe cedit tota damno primogeniti, ut Nos docuimus in tract. de lure Adobe, quæst. 25. & de lure Releuij, par. 1. quæst. 14. & in præcedenti quæstione.

Sicut nec pariter pro anno solutionis releuij non minuitur vita, & militia, ut Nos d. tract. de lure Releuij d. quæst. 14. & de lure Adobe d. q. 28. & in præcedenti quæstione.

8 Similiter solent primogeniti appellare à sententia contra ipsos lata ad fauorem secundogenitorum, & in hoc est aduertendum in fauorem secundogenitorum, quod etsi appellatio suspendit iudicatum, tamen fallit, quando agitur de alimentis, & sic de vita, & militia, nam appellatione pendente est præstanda vita, & militia, quæ alimenta sunt, ut docuit *Bah. in l. 1. ff. solus. matrim. Paris de Puteo de syndicas. versic. expensa, num. 2. 10. Lopez in cap. per vestras, S. 39. ampliat. 8. num. 3. fol. 233. Io. Petrus Surd. de aliment. tit. 1. q. 120. n. 13.*

Quibus exceptionibus propositis, & non obstantibus deuenitur ad executionem sententiæ, quæ an debeat exequi super fructibus feudi, vel super feudo ipso, reperio in hac quæstione Doctores variare.

9 Prima est opinio *Andr. de Ifern. in cap. 1. S. quid ergo, sub num. 6. ibi, vel esset onus feudi, ut pro maritanda sorore, vel danda militia fratri, tit. de inuest. de re alien. facta dicentis, quod executio in feudalibus non potest fieri directè, sed in subsidium, quando vasallus allodialia non habet, admissa illa distinctione in feudo ex pacto, & prouidentia, vel in hæreditario, quã regulam limitat in duobus casibus. Primò, si creditor haberet assensum Domini. Secùdò limitat, si esset onus feudi pro maritanda sorore, vel danda militia fratri, & sic concludit *Andr. de Ifern. quod pro militia fratris ex Constitutione Regni Siciliæ fit executio directè super feudo, & ita docet Ioseph Cunia**

in ex;

in extrauag. si aliquem, in verbo anti-
quis, num. 553. in fine, de success. feud.
 10 Alia fuit opinio *Antonij Capyc.*
in inuest. feudal. cap. feudorum exequu-
tionem, in verbo ex causa iudicati, vers.
sublimita, & vers. quid verò, in fine, di-
 centis, quòd super feudo non satisfi-
 fiat creditori, nisi in defectum bur-
 gēfaticorum, etiam si esset onus feu-
 di, & propriè, vt vitæ, & militiæ de-
 cretum non possit exequi super feu-
 do, docuit *Franc. Milanens. lib. 1. de*
cis. 5. nu. 40.

11 Ego verò, salua pace tantorum vi-
 rorum, dicam in casu vitæ, & militiæ,
 quòd exequutio debet fieri super
 fructibus feudi, nò autem super feu-
 do, tum quia vita, & militia propriè
 est onus fructuum feudi, vt toties di-
 ximus, & ita diximus etiam intelli-
 gendos esse DD. qui dixerunt, vitæ, &
 militiæ esse onus feudi, id est fructuū
 feudi, quasi quòd respiciat feudum,
 sed grauat fructus, & tamen hoc etiā
 aperte decidit *Imperator Frideric. in*
d. Constit. Comitibus, dum dicit, *Re-*
diens tamen quolibet tempore militiam
sibi debitam absque alicuius repulsa ti-
more, de bonis patris à fratre maiore po-
tere poterit, & habere, pondera verba
 illa, *de bonis paternis,* & verba illa, *pe-*
tere, & habere, nam prima verba, *de*
bonis patris, interpretantur de fructi-
 bus feudi, qui sunt allodiales, & ideo
 bona paterna dicuntur, vt supra quæ-
 stione 4. & 16. docuimus. Secundò
 pondera verba illa, *petere, & habere,*
 quia denotant, quòd secundogeni-
 tus quando petit vitam, & militiam,
 petit sibi assignari de dictis bonis, &
 sic fructibus, & pondera verbum il-
 lud, *habere,* quòd denotat exequutio-
 nem petitionis, nam secundogenitus
 debet habere vitam, & militiam de
 bonis, & sic de fructibus, fructus
 enim sunt in obligatione debendi,
 non autem feudum, vt diximus, licet
 feudum dicatur oneratum dicto de-
 bito, & hac de causâ in Regno Sici-
 liæ per Magnam Curiam fuit reuo-

cata sententia Curie inferioris, quæ
 dedit exequutionem super feudo,
 declarandò, quòd exequutio pro vi-
 ta, & militia non potuit fieri super
 feudo, vt refert *Milanens. d. loco, n. 40.*
 & ita est intelligenda opinio *Andr.*
de Ifern. vt eius verba, *onus feudi,* in-
 telligantur respectu fructuum feudi,
 vt toties diximus, aliàs contradice-
 ret expressè verbis dictæ Constitu-
 tionis. Et pariter non obstat opinio
Capyc. nam procedit in paragio, quòd
 propriè est onus feudi in eius valo-
 re, vt pariter toties diximus.

Sed hic cadit difficultas, nam de-
 bitum vitæ, & militiæ potest conside-
 rari in duplici tempore, putà de præ-
 terito, vel de currenti, quòd si inte-
 rursaria vitæ, & militiæ de præterito
 debita adeò creuerint, vt fructus
 feudi non sufficiant, vel quòd secun-
 dogenitus velit totam quantitatem
 decursam in pecunia, an hoc casu
 possit exequi super feudo ipso, non
 autem super fructibus, adeò vt pri-
 mogenitus cogatur vendere feudum,
 vt considerauit *Mar. Giurba decis. 24.*
sub num. 24. in fine, & ante ipsum *Ca-*
mill. Salernus in Consuetud. Quòd si
aliquis, in verbo vita & militia, lit. F.
in de aliment. præstan. dicens, quòd
 potest secundogenitus petere vitam,
 & militiam præteritam, & curren-
 tem, siue futuram, 10. *Cannetus fol.*
100. cap. est etiam onus, num. 8. in ex-
trauag. volentes.

In hac quæstione variant DD. Af-
 firmant nonnulli, quòd pro debito
 vitæ, & militiæ feudum ipsum prin-
 cipale potest alienari, vt fuit 10. *Can-*
net. in d. extrauag. volentes, d. vers. est
etiam onus, fol. 100. num. 6. dicens, &
 ideo pro debito vitæ, & militiæ po-
 test alienari feudum in perpetuum.
 Rationem assignat à paritate ra-
 tionis dotis de paragio, quia sicut
 pro dote de paragio potest feudum
 alienari, ita etiam pro vita, & mili-
 tia.

12 Alij negant dicentes, quòd feu-
 dum

dum non potest alienari pro debito vite, & militiæ, sed tantum fructus, ita docent *Matth. de Afflic. in d. Comitibus. Comitibus, num. 22. Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 10. num. 1. & quæst. 11. num. 7. Mar. Giurb. decis. 24. sub num. 24. Nicol. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 57. num. 44. Paris de Puro. de finib. feud. cap. 40. nu. 19. dicens, quod nec pars feudi potest alienari, Iul. Casar Gallupp. de feud. p. 3. cap. 4. sub nu. 7.*

Rationem assignant, quod fructus verè stant in obligatione debendi, licet feudum quodammodo dicatur oneratum hoc onere.

13 Sed hæ discordantium sententiæ concordantur, quod aut consideramus vitam, & militiam de præterito, & sic quantitatem debitam de præterito, aut consideramus vitam, & militiam debitam de currenti, siue de futuro. Primo casu feudum potest alienari. Secundo autem casu feudum non potest alienari, ita docent *Jo. Canner. d. loco, num. 8. Mar. Giurb. d. decis. 24. num. 24. in fine, Milanens. d. dec. 5. n. 38.*

Sed hæc distinctio adhuc contradicit *Const. Comitibus*, dum dicit, de *14 bonis paternis*, & sic de fructibus, idè videtur dubitabilis. Attamen subdistingue, aut secundogenitus agit de directo ad venditionem feudi, & tunc constanter teneas, quod contra feudum nequaquam agere potest, quia verè, & realiter corpus feudi non est obligatum, licet dicatur oneratum, sed verè sunt obligati fructus feudi, qui iudicantur ut alio-diales, idèdque teneas, quod facta priùs discussione super fructibus, si, vel ne sufficiant, & deindè in subsidium, debet vendi feudum, & huius opinionis, vltra feudales terminos iam notos in venditione feudalium, authorem agnosco *Iosephum Cumia in extravag. si aliquem, in verbo antiquis, à nu. 548. ad 553. in fine*, ubi allegat, suum propatrum ita etiam tenere.

15 Sed has sententias declara primò, quod etiam fructus feudi possunt alienari pro debito vite, & militiæ, *Paris de Puro. d. cap. 4. num. 20. de finib. feud. Intrigliol. sub d. num. 44. Petrus de Gregor. d. quæst. 10. sub num. 1. & ibi Matth. de Afflic. in addit. in verbo alienari, lit. A. Ioseph. Cumia loco citato.*

16 Declara secundò, an primogenitus possidens plura feuda possit assignare, vel dare vnum feudum, vel in solutum, vel iure retentionis secundogenito. In hoc articulo *Jo. Canner. in dicto loco, num. 7. dicit, ex quo feudum pro debito vite, & militia potest alienari, & consequenter potest fratri dari in solutum, quia datio in solutum sortitur vicem emptionis, & venditionis.*

Cui *Cannerio* contradicit expressè *Petr. de Gregor. d. quæst. 10. num. 7. in fine*, qui sequutus illam opinionem, quod feudum pro vita, & militia non potest vendi, infert quod neque potest vnum de tribus feudis dari in solutum fratri secundogenito, quia verteretur præiudicium successoris.

Sed retenta illa distinctione, an possit feudum directè, vel in subsidium vendi, quia datio in solutum sit alienatio, idèd si feudum datur in solutum à primogenito pro vita, & militia ipsi secundogenito, hoc non potest procedere, nisi in subsidium, ut supra, sed si de facto simpliciter fuerit datum, operabitur retentionem, in vita secundogeniti, qui vita sua durante percipiet fructus, ita docet post alios *Iul. Casar Gallupp. d. par. 3. cap. 4. nu. 70. Molfes. cons. 9. n. 20.*

18 Quod est in electione primogeniti, vel correspondere, vel dare feudum in solutum, adèd quod secundogenitus non possit adstringere primogenitum ad alterutrum dandum, sed in Francia pro appanagio dantur feuda, & si feuda non sufficiunt, suppletur in pecunia, ita *Gubiel. de Monteferrato de success. Regum Francia, dub. 5. n. 7. & 8.*

- 19 Declara tertio, vt in casu, quo feudum in casu predicto alienetur, vt possit alienari tam in extraneum, quam in ipsum fratrem minorem, ita *Ioseph Cumia d. loco, n. 552.*
- 20 Declara quarto, quid si esset feudum ex pacto, & prouidentia, an possit alienari pro vita, & militia, *Ioseph Cumia d. loco à nu. 548. cum seqq.* docet, quod potest alienari, & consequenter constitui annuus census super illo, duraturus etiam post vitam secundogeniti, *Giurba dist. decis. 24. num. 26.*
- 21 Sed in hoc parcant mihi, quia feudum ex pacto, & prouidentia non potest in perpetuum alienari in praeiudicium vocatorum, sed bene potest alienari commoditas, siue fructus in vita alienantis, & sic durante vita primogeniti vocati, potest fieri hæc alienatio, siue census constitutio ad beneficium secundogeniti, aliàs successor postea non teneretur stare tali conuentioni, iuxta notorios Feudistarum terminos.
- 22 Declara quinto, vt super feudo possit constitui census pro soluenda vita, & militia, *Mar. Giurba d. decis. 24. per totam, & propriè nu. 26.*
- 23 Sed si secundogenitus in feudo, quod tenebat pro vita, & militia fecisset aliquas meliorationes, siue expensas, an hæres secundogeniti possit, vel expensas repetere, vel feudum retinere? hanc questionem mouet *Camill. Salern. in addit. ad Consuetud. Quod si aliquis, in verbo vita, & militia, li. C. de alimen. prestand. & in quâ, tum spectat ad repetitionem expensarum, resoluit quod hæres secundogeniti potest illas repetere, auctoritate Iacob. de Ard. Zone in Sum. vtrum adificium super feudo, quia secundogenitus est dominus vitæ, & militiæ, respectu retentionis, resoluit quod hæres secundogeniti possit retinere feudum per *lex. in l. Paulus, ff. de exception. doli* cum concordantibus ibi per eum allegatis, & cum sequitur*

Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia, quest. 10. in verbo unū, li. B. Andr. Molfes. d. conf. 9. n. 21.

Et idem diximus in expensis pro recuperatione feudi, vt primogenitus possit retinere expensas erogatas pro recuperatione feudi, ex quo secundogenitus præten dit vitæ, & militiam, vt Nos supra q. 33. nu. 9. & *Iul. Casar Gallupp. d. loco, n. 55.*

ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ ius competens secundogenito an possit vendi per ipsum secundogenitum. Referuntur discordantes opiniones *Ioseph. Cumia, & Horatij Montani* de assensu super dicta venditione, & concordantur, & concluditur, quod possit vendi; vel cedi tam ius, quam annua quantitas vita durante secundogeniti.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia an possit vendi, distinguitur de iure vita, & militia, vel de illa annua quantitate pro vita, & militia.
- 2 Vita, & militia vti feudale ius requirit assensum in venditione.
- 3 Secundogenitus potest absque assensu vendere ius vitæ, & militiæ ex opinione *Ioseph. Cumia* contra *Horatij Montani* opinionem, de qua num. 4.
- 5 Discordantes *Iosephi Cumia, & Horatij Montani* sententia de vendenda vita, & militia concordantur à nu. 6. data temporum distinctione.

- 7 Secundogenitus potest vendere annuam quantitatem sibi debitam ex fructibus feudi, eius vita durante, absque assensu.
- 8 Secundogenitus potest alteri cedere vitam, & militiam, vel remittere ad beneficium primogeniti, & nu. 10.
- 9 Renunciatio vita, & militia specialis esse debet, & an requirat assensum.
- 11 Appanagium est inalienabile, impræscriptibile, & indiuisibile.

QVAESTIO. XLI.

1 **E** Contrà autem videndum est, an sententia lata contrà secundogenitum ad fauorem alicuius creditoris possit exequi super iure vitæ, & militiæ, ad eò vt illud possit vendi, vel an creditor ipse possit satisfieri super annua quãtitate vitæ, & militiæ, huius quæstionis resolutio pendere ex eo videtur, an vitæ, & militiæ ius sit feudale, vel nõ, quia si feudale, vendi non potest sine assensu domini, vt considerat *D. Horat. Montan. in S. præterea Ducatus, sub nu. 138. in fine.* Veritas autem est, quòd non sit ius feudale, quatenus respiciamus exactionem fructuum, vt dicemus in illa quæstione an possit compromitti sine assensu q. 43.

3 Quo posito distinguendi sunt plures casus.

Primus casus, quando secundogenitus vendit ius vitæ, & militiæ ad se spectans super feudo primogeniti, & tunc reperio duos discordantes DD.

Ioseph Cumia in cap. si aliquis, in verbo antiquis, nu. 554. expressè docet, quòd secundogenitus potest absque assensu domini alienare hoc ius perpetuò statutum super feudo pro vita, & militia, & mouetur duplici ratione, tum quia vita, & militia non est portio feudi, licet sit onus, & portio fructuum feudi, tum etiam quia de illa non soluitur adoha, & per consequens nullum vertitur domini interesse, allegat *Afflicti, decis. 252. & Ca-*

meran. in cap. imperialem, fol. 15.

4 Sed *Cumia* contradicit expressè *D. Horat. Montan. in S. præterea Ducatus, fol. 220. n. 138. circa finem,* dicendo, quòd dum secundogenitus tenetur seruire domino cum armis, & equis primogeniti, ergò vertitur interesse domini in amittendo seruitium personale secundogeniti, ergò si vertitur interesse, requiritur assensus, meritò sine assensu vendi non potest, ita argumentatur *Montan. ibi.*

5 Sed quid dicendum, cum ambo de directo sibi aduersentur etiam in assignando rationem, siquidem *Ioseph Cumia* dicit, quòd non præstatur seruitium militare, & *D. Montan.* dicit, quòd præstatur seruitium personale. Stat ergò contrarietas in ratione, sed hæc contrarietas ex temporum contrarietate concordatur; siquidem *D. Horat. Montan.* intelligendus est de tempore, & de ratione inductiua vitæ, & militiæ; nam fuit inducta, vt secundogenitus viuat, & seruiat, idè que si eò tempore tenebatur seruire, idè ratione interesse dominici, bene dicit *Montan.* sed si consideramus hodierna tempora, in quibus ex consuetudine seruitium secundogenitorum fuit aboletum, & abrogatũ, tunc cessante interesse domini potest vendi ius vitæ, & militiæ, & ita procedit opinio *Ioseph. Cumia,* & ita etiam videtur dicere *Montan. ibi* ex opinione *Io. Franc. de Ponte.*

7 Secundus casus, quando non fuit perpetuò ius vitæ, & militiæ constitutum, sed tantum fuit taxata quantitas vitæ, & militiæ annuatim debenda, & tunc secundogenitus potest liberè tale ius exigendi vendere, vita tamen durante ipsius secundogeniti alienantis, ita docet *Ioseph Cumia de loco, n. 555. & 556. Io. Aloys. Mormil. in Conf. Comitibus, sub num. 1. Aff. sub num. 9.* ea ratione, quia sicut feudataris, vita sua durante, potest vendere fructus feudi, ita secundogenitus, vita sua durante, potest vendere fru-

Q
ctus

Quis vitæ, & militiæ, *Mormil. d. loco, n. 1. Cumia d. loco, n. 56.*

8 Ex quibus inferas, quòd secundogenitus potest cedere, siue remittere vitam, & militiam ad beneficiũ primogeniti, seu ad beneficium feudi absq; assensu, & ratio est, quia præstatio vitæ, & militiæ est hypotheca legalis, meritò absq; assensu cedi, & illi, vel illa renunciari potest, vt determinat *Assl. sec. 332. ita Franc. de Amicis ad tit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 161. col. 1. in fin. & seq.* dicens, quòd secundogenitus non dicitur habere ius formatum ad feudum, sed solum illam annuam perceptionẽ fructuum feudi eius vita durante.

9 Inferas secundò, an secundogenitus possit renunciare vitam, & militiam ad beneficium alterius, vel fratris, & an requiratur assensus Regis.

10 Quòd primum, an secundogenitus possit renunciare vitam, & militiam alteri, & in hoc constanter affirmandum est ex supradictis, quòd secundogenitus absq; scrupulo potest alteri cedere, & renunciare vitam, & militiam, id est ius illud percipiendi fructus ad se spectans, vita tamen eius durante, & non amplius, etiam absq; assensu domini, cum illud ius percipiendi fructus nõ sit feudale, & cum vita secundogeniti extinguitur, & hæc vera est cõclusio ex supradictis, & ex dictis toties in hoc opere fundari potest, & præcipuè sic fuisse decisum refert *Minad. cons. 2. in fine*, dicens, quòd fuit iudicatũ, quòd partes deficientium cedant beneficio primogeniti, & ratio dictæ decisionis potissima (licet ipse *Minad.* non dicat) fuit defectus obligationis, siquidem mortuis secundogenitis fuit extincta actio ad percipiendũ fructus, & etiã fuit extincta obligatio primogeniti ad præstandum fructus, vt bene considerauit *Horat. Montan. in S. præterea Ducatus, n. 138. fol. 220.*

* Quòd secundũ, de renunciatiõne vita durante secundogeniti, quo

casu diximus, validam esse renunciatiõnem, siue cessionem, an requiratur specialis renũciatio, vel an comprehendatur sub generali renũciatione, vide quæ dico supra *q. 38. in fine.*

11 Sed eas quæ diximus de vita, & militia, vt possit vèdi, siue cedi, vel aliàs de illa disponi, limitantur nõ procedere in appanagio Francorum, cũ ius appanagij, siue appanagiũ ipsum de consuetudine Francorum sit inalienabile, & imprescriptibile, sic pariter ius agèdi ad supplementũ appanagij est inalienabile, & imprescriptibile, ita docet, & testatur *Guillelm. de Mōtesferr. in tract. de success. Regum Francia, dub. 4. sub n. 7. 10. Lecirier de primogenit. lib. 2. q. 16. sub n. 10.* subdès etiã, quòd tale ius est indiuisibile, dicentes èt, quòd in hoc differt à legitima.

ARGUMENTVM,

Vitam, & militiam soluens primogenitus an possit petere subuentionem à vasallis, & vita distinguitur à militia, vt pro vita, & sic alimentis non possit petere, & declaratur *Petr. de Greg. de concess. feud. p. 7. q. 8. n. 14.* de hac re indistinctè loquens. Et an subfeudatarij contribuant Baroni in subuentione per ipsum præstita in generali Parlamẽto ad Regis petitionẽ, & distinguitur de donatio gratuito, & de donatio ad Regis petitionem, assignata causa, illaq; discussa in Parlamẽto, & quomodò seruatur in diuersis Regnis.

SV M-

S V M M A R I A.

- 1 *Vasallorum grauamina non debent multiplicari.*
- 2 *Primogenitus pro soluenda vita, & militia an petat subuentionem à vasallis, dubitatur, & resoluitur numeris sequentibus.*
- 3 *Regula est, quòd vbi cessat necessitas præstandi vitam, & militiam, cessat subuentio.*
- 4 *Andr. de Iser. in Constit. Comitibus, col. 5. nu. 30. de adiutorijs pro militia fratris non meruit allegari à Petro de Gregor. in decisione, quòd debeatur subuentio pro vita, & militia, loquitur enim in sola militia.*
- 5 *Subuentio debetur pro militia tantum, & non pro vita, & militia.*
- 6 *Petrus de Gregor. de concess. feud. par. 7. quæst. 8. nu. 14. dicens, deberi subuentionem pro vita, & militia, declaratur ex D. Marin. Frecc.*
- 7 *Subfeudatarij an contribuunt Baroni præstanti seruitium Domino Regi ad eius petitionem, stante causa in Parlamento discussa, & ponuntur allegationes.*

QVAESTIO. XLII.

Quia sæpè sæpius Barones grauantur tot seruitijs, vt *Nos de Iure Adoba* affatim docuimus, quapropter & ipsi grauant suos vasallos, quorum grauaminu nonnulla procedunt ex confusione Doctorum, & confundunt obligationem vasalli feudalis cum obligatione vasalli burgenfis, & etiã confundunt vitam, & militiam, vt potè militiam, & vitam, & sic alimenta, & casum, in quo militia est priuilegiata, trahunt etiã ad vitam confundendo vitam, & militiam, vt sit vnica determinatio, quod planè non est, cum sit diuersa, vt *Nos* docuimus supra *quæst. 1. & 2.* ideoq; ne vasallorum grauaminibus grauamina iungantur, nõ ab re hic distinguendum

putauit quod confusè Doctores determinarunt.

- 2 *Petr. de Gregor. Doctor Siculus* vir quidem, vt in principio huius operis indicauimus, ad primè practicus *in tract. de concess. feudi, p. 7. q. 8. num. 14.* mouit quæstionem, quòd Baro sicut potest petere adiutorium à vasallis pro maritanda amita ex *Cõst. Quamplurium*, eodem modo ex identitate rationis poterat petere adiutorium, pro vita, & militia sui nepotis filij fratris sui primogeniti, & paulò inferius *in fine numeri* dicit, quòd hæc est vna maxima in materia ista, quòd vbi cessat necessitas legis, quæ præcipiat præstari vitam, & militiam, & dotem de paragio, ibi cessat facultas iuris exigendi subuentionem, & adiutorium à vasallis, & è contrà, allegat *Andr. de Iser. in Constit. Comitibus, col. 5. nu. 30. de adiutorijs pro militia fratris*, qui *Andr.* si benè legatur, loquitur tantum de militia filij nepotis, & non de vita, & militia, ecce quomodò confunduntur termini, & grauantur vasalli, nam onus illud subueniendi pro militia, & sic pro facièdo filio, vel nepote milite tãtũ, vt
- 5 *ex Const. Quamplurium*, quæ de militia tantum loquitur, vt debeatur subuentio, trahitur contrà eius mentem, & decisionem etiã ad vitam, & sic alimenta, quæ præstantur secundogenitis exclusis per Ius Francorum; ergò subuentio non debetur pro vita, & militia, quatenus sunt alimenta secundogenitorũ sint ergò cauti Scribentes, & Consulentes, vt distinguat, & non confundant istos duos terminos, vitam, & militiam.
- 6 Vndè *Marin. Frecc.* noster eques nostræ sessionis Nidensium vt in feudali materia versatissimus, hanc confusio- nem, quasi præuidendo illam, aperit, distinguendo vitam, & militiam ab ipsa militia, & suo cuiq; casui rationem, & decisionem assignando in *lib. 2. de subfeud. tit. de author. Baron. autb. 2. nu. 12. & 13.* dicit hæc verba.

Debetur etiam subuentio Domino pro militia filij, vt faciat filium militem, vasalli ipsi Dominum subleuant in expensis, qua occurrunt pro honore militia, sed quare vasalli debeant contribuere pro honore militia, Doctores nostri nō dicunt, neque aliquam rationem assignant, videtur hæc subuentio respicere fauorem Regis principaliter magis, quàm Baronū, nam cum in viuentibus Iure Francorum solus primogenitus succedat in feudo, secundogenito autem solum debetur vita, & militia, qui tempore, quo Rex exigit personale seruitium, debet seruire ad expensas, equos, & arma primogeniti, secundum vnam opinionem, de qua Nos alibi, &c. ergo vides, quomodo Freccia aperit confusionem, dicendo, quod secundogenitis debetur tantum vita, & militia ob exclusionem à feudi successione, sed bene pro militia filij, tam si esset primogenitus, quàm secundogenitus Rex prouidet, vt vasalli subueniant Baroni, vt idem Freccia paulò inferius aperit, dicendo, vt ipse reperitur instructus eo tempore, & sumat initium militia, prouidet Rex, vt Baro dum facit, militem filium suum, tam secundogenitum, quàm primogenitum successurum in feudo, habeat adiutorium à vasallis, hoc est releuamen Baronis pro seruitio Regis, vt ipse habeat militem bene armatum, & nutritum in disciplina militari, &c. Hæc Freccia d. loco, quæ recolenda sunt memoriæ, nè inducatur confusio, & ad hanc doctrinam, Freccia se remittit D. Garf. Mastrih. in addit. ad Petr. de Gregor. de vita, & militia, quæst. 3. in verba onus, dum quærit, & an ex eo quod vita, & militia sit onus feudi, possit Dominus petere subuentionem à vasallis?

7 Sed an subfeudatarij contribuant in dicta subuentione, respondeas, quod tenentur subfeudatarij contribuere, quia est seruitium necessarium, pro quo vide sequentes allegationes

per me elaboratas pro Excell. Magno Altauillæ Comite Principe Aricie, & Comite Montis Auri cum suis subfeudatarijs dicti Comitatus Montis Auri, Domino meo semper vbique reuerendo ob eius eximias animi dotes, & beneficia ab ipso in me collata, & maiora conferenda.

S V M M A R I A Allegationum.

- 1 *Contributio subfeudatariorum dupliciter consideratur, qua fit directè Domino, & alia, qua fit directè ipsis Baronibus, & nu. 2.*
- 3 *Subfeudatarij non contribuunt in donatiuis Regi factis per Barones.*
- 4 *Subfeudatarij contribuunt Baroni in donis per Baronem factis Regi ad eius petitionem ex causa discussa in parlamento Baronum, & ita seruetur in omnibus Regionibus, vbi feuda vigent, & nu. 6.*
- 5 *Donatiui nomen hodiè est simulatum, sed verè est seruitium sub nomine donatiui.*
- 7 *In Francia subfeudatarius contribuit Baroni seruitio Domino.*
- 8 *In Lombardia subfeudatarius contribuit, vt supra.*
- 9 *In Germania subfeudatarius contribuit, vt supra.*
- 10 *In Sabaudia subfeudatarius contribuit, vt supra.*
- 11 *In Regno Sicilia ultra Pharum subfeudatarius contribuit, vt supra.*
- 12 *In Regno Neapolitano subfeudatarius contribuere affirmant Regnicole, & adsunt prouisiones Regia Camera.*
- 13 *Subfeudorum plura genera ponuntur.*
- 14 *Subfeuda descripta in libris Baronum cum taxa seruitij præstandi Baroni dicuntur feuda plana, & de tabula militaria.*
- 15 *Subfeudatarius possidens feudum plenum, & de tabula militare, debet contribuere Baroni in donis ad petitionem Regis factis, & nu. 19.*

- 16 *Donatiua, siue dona, qua sunt per Barones Regi ponuntur, & distinguuntur in diuersas species. Voluntaria ex mera liberalitate, & ad Regis petitionem.*
- 17 *Subfeudatarius non contribuit in donatiuis voluntarijs.*
- 18 *Barone non existente obligato ad seruiendum, nec est obligatus subfeudatarius ad contribuendum, & nu. 19.*
- 20 *Donatiuum differt ab adoba.*
- 21 *Inuestitura, & obligationes subfeudatiorum profunt Baroni, vt illos cogat ad contribuendum.*
- 22 *Domini Horatii Montani approbatio, & subscriptio ponitur.*

Iuris Responsum pro Illustris. & Excellentis. Magno Altauillæ Comite, Principe Ariciæ, ac Comite Montis Auri contra subfeudatarios dicti Comitatus Mōtis Auri.

Super

Contributione ad donatiua extraordinaria per ipsum Comitem præstita in Parlamento Baronum Regi, illa petenti ex causa discussa in Parlamento.

Iesus, Maria, Ioseph, Andreas, atque Nicolaus.

In controuersa, quæ semper pro Barone fuit, ac stat firma, distinctaq; sententia contra subfeudatarios de cōtribuendo ipsi Baroni in seruitijs, & pro eis subuentione in pecunia à Baronibus sub simulato nomine doni petitis per Regem, & per Barones conuocato Parlamento, discussa que iustitia causæ per Re-

gem assignatæ de seruiendo præstitis, nunc per Aloysium Rocca subfeudatarium Illustris. Comitis Mōtis Auri contra ipsum Illustr. Comitem controuersa proponitur de non contribuendo in dictis seruitijs, & subuentionibus (vt supra petitis) & per dictum Illustr. Comitem; vt supra Domino Regi præstitis, sed cōtrouertitur infirmè, & confusè, nulla rationis soliditate, nullaque distinctionis firmitate subnixæ, an sint dona ex mera Baronum liberalitate, absque Regis petitione, vel an sint subuentiones, & seruitia, siue dona, non ex Baronum mera liberalitate, sed ad Regis petitionem, modo, quod supra ex iustis causis præstita, confundendo pariter & iura feudalia, Feudistarumque terminos; Nos autem, qui Regis, ac Baronum iura tuemur, feudales terminos, donorum, genera, & nomina distinguendo, faciliè Illustr. Comitibus iustitiam aperitam, claram, & firmam demonstrabimus, ab oleta penitus confusione per dictum Aloysium indicata, tantoque magis quòd causa hæc coràm tot Iurigeris agitatur, qui tot sunt *Isernitæ*, tot sunt *Cameranij*, quique eorum sapientiæ proiecto oleo in huius articuli pelago, veritatem ipsam pro Illustri Comite, ventis Aloysij agitaram, ac in profundo fluctuâtem ex illo haurient, ac cognoscent ex pluribus.

Siquidem primò dictus Illustr. Comes permultos habet subfeudatarios in dicto Comitatu Montis Auri, vt iam constat ex titulo inuestituræ expeditæ sub die 8. Aprilis 1531.

Secundò, ex cōuentione, siue subfeudatiorum obligationibus in platea dictæ Comitalis Curie contentis, tam de donatiuis ordinarijs, quàm etiam quotiescunque per Regiam Curiam indicerentur, & præcipuè ipsius Aloysij, cuius tenor talis est.

Il Dottor Mario della Rocca del
Q 8 Bur-

Burgo con giuramento dice possedere insieme con Luise della Rocca suo fratello in feudum, & sub feudali seruitio directe & immediate dalla Comitale, Corte di Montuoro uno territorio detto Campo Arfizzo, sito al Borgo de Moia duodece, e territorio di terzo iuxta li beni del Dottor Romulo Fusco, li beni di San Giouanni, de Monte Vergine, e la via publica, paga ogni anno à detta Comital Corte per adobo ordinaria carlini tredici, e grani quattro, prout in veteri inuentario part. 40. fol. 37. ultra id, quod generaliter indici contingerit à Baronibus Regni in seruitio Regis Curie, taxando pro rata di detto adobo per la Regia Camera, conforme al solito.

Insurrexit namq; dictus Aloysius vnus ex subfeudatarijs iam obligatis, dicens se non teneri ad contribuendum in donis extraordinarijs per Illustr. Comitem, modo, quo supra præstitis Domino Regi, confundendo terminos feudales, ac genera donatiuorum, ac pariter æquiuocando seruitia, siue subuentiones pro donis, in qua confusione producit pro se duo decreta Regiæ Camere, vnum prolatum sub die 13. Ianuarij 1546, inter Excellentem Doctorotheam Spinellâ vtilem Dominam Terræ Gallutij, & subfeudatarios dictæ Terræ super contributione in donatiuis, & adõhis impositis, per quod decretum fuerunt absoluti dicti subfeudatarij à contributione in donis tantum, sed de adõhis impositis nulum verbum, quæ est copia à libro vtorum Regiæ Camere absq; actis.

Alterum decretum sub die 24. Ianuarij 1617. inter eundem Illustr. Comitem, & ipsummet Aloysium, Rocca super contributione donatiui gratiosi per Barones facti Serenissimo Principi Hispaniarum filio Regis Philippi III. per quod decretum fuerunt absoluti subfeudatarij à dicta contributione. Hæc sunt iura, quibus nititur Aloysius, sed infirmè, quia terminos non distinguit.

Quæ decreta etsi prima facie contra Illustr. Comitem videantur ob stare, attamen re benè perpensa, distinctisque contributionum, & donorum generibus, decreta ipsa contra Aloysium retorquentur.

1 Alia est contributio in donis, vt supra, quam prætendit Barones per subfeudatarios fieri directè Domino Regi, & sic vt subfeudatarij pro rata subfeudorum in donatiuis factis per Barones contribuant, non ipsis Baronibus, sed Regi, quasi quòd conclusio Baronum cogat, & compellat ipsos subfeudatarios, etiam non vocatos ad subueniendum, siue donandum Domino Regi, prout subueniunt, & donant ipsi Barones.

2 Alia est contributio, quam Barones prætendunt à suis subfeudatarijs, vt ipsi subfeudatarij contribuant directè ipsis Baronibus ad eorum beneficiũ in parte ad ipsos spectate, quam præstant Regi ex necessitate iustæ causæ per Regem assignatæ, & per Barones cognitæ, cõuocato Parlamento, ac discussio negotio, & necessitate iusta subueniendi, aded vt Baro, recepta contributione à subfeudatarijs, tantò minus de proprio soluat Domino Regi, & hic est casus noster.

3 Primam contributionis speciem, resolue ex ijs, quæ dixit *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. titul. de origin. Baron. quest. 2. fol. 17. auth. 5. & propriè fol. 21. col. 2. in fin. & fol. 22. col. 1. in princ. qui num. 34. vers. 9. satisfacit* concludit, subfeudatarios non esse vocandos in Parlamento Baronum, nec in eo vocem habere, & proindè sequitur, non debere contribuere in donatiuis per Barones in Parlamento præstitis D. Regi, colligitur etiam ex *Nard. Liparut. ad Andr. de Esfern. in cap. 1. num. 41. in verba per Regem, quasi prima caus. benef. amitt.* dicendo ex *Andr. ibidem*, quòd subfeudatarij non possunt cogi per Regem ad feruendum, ergò non habent vocem in

Par-

Parlamento, sed quia hic non est casus noster, ideò non insistendum.

4 Secundam contributionis speciẽ, & est casus noster, quam Baro præstare debet à suis subfeudatarijs, vt contribuunt ad eius beneficium in parte ad ipsum spectare, quam præstare tenetur D. Regi, vt iam indicauimus, vt quia Rex assignat causam sibi præstandi seruitium sub nomine donatiui, & Barones conuocato Parlamento, & discussa causa à Rege assignata, & cognita, causam petitionis à Rege assignatam esse iustam, tunc præstant subventionem etiam sub nomine donatiui, & tunc sunt distinguenda genera honorum subfeudalium, & genera donorum.

5 Et in hoc casu præmitte, quòd ista donatiua, siue dona, de quibus disceptatur, sunt nomina simulata, sed in veritate sunt seruitia, quæ à vasallo debentur Domino ex obligatione vasallatica, vt post alios supra allegatos, & iam allegados resoluit D. Mar. Giurba decis. 118. vsque ad num. 7. qui allegat alios, & (quæso) reuideatur.

6 Sed priusquam ad indicatam distinctionis positionem deueniam, ponenda est illa firma sententia, quæ in casu nostro ad fauorem Illustr. Comit. Montis Auri contra subfeudatarios est recepta in omnibus Europæ partibus, vbi feuda, & subfeuda vigent, & est quòd subfeudatarius tenetur contribuere Baroni in seruitio, quod idem Baro ex causa iusta præstat Domino Regi perenti, quæ sententia fundata est super sequentibus iuribus in cap. unico, §. vt autem de allodijs, ibi, aut sub Rege dominum suum adiuuauerit, cap. imperialem, §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Federic. ibi, vocatus à Domino, &c. & inferius feudum, quod ab Episcopo, vel alio Domino habuit, & cap. 1. §. similiter, de leg. Corrad. ibi, vt si dans miles est, & ille, qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc vt feudum, si contigerit Domino similiter seruire, vt & prior possit.

7 In Francia lo. Raynaud, in d. S. illud quoque præcipimus, sub num. 7. dicens, quòd proprius Dominus præstabit superiori Domino seruitium cum iuuamine sui subuasalli.

8 In Lombardia Bald. in cap. vnic. §. illud, de allodijs, sub num. 20. in 3. respons. Franc. Curt. de feud. par. 4. nu. 89. dicentes, opinionem Raynaud. esse tutiorem, ac melioribus fundamentis subnixam, Marc. Anton. Notia consell. 487. sub nu. 4. vol. 3.

9 In Germania Henrich. à Rosental, in sua synop. feud. cap. 8. conclus. 10. sub num. 6. & apertè in glosell. N. vbi dicit, quòd vasallus requisitus per Dominum proprium, scilicet immediatum iuuabit, & seruitium ipsi proprio Domino præbebit, & proprius Dominus præbebit superiori Domino seruitium cum iuuamine sui subuasalli, & hanc etiam sententiam tutiorem docet idem Rosental. quem sequitur Andr. Kbol. de subfeud. cap. 4. de effect. subfeud. sub nu. 37. vers. quod si maxime, ibi parim quia vasallus à superiore ad seruitia vocatus, ea præstare solet cum auxilio subuasalli, si quem habet, & sub num. 43. vers. sic limitatur secundò dicit, quòd quando vasallus Domino suo præstat seruitia, subuasallus requisitus vasallum adiuuare debet.

Quinimmò dicit idem Andr. Kbol. sub d. nu. 37. in fine, ibi, partim etiam, quia vasallus quando seruire nequit, ad euitandam exequutionem, qua alias in ipsius bona fieri posset, solet cedere, & quasi in solutum dare seruitia subuasallorum equè idoneorum sibi debita.

10 In Sabaudia Iacobin. de S. Georg. in inuest. feud. in verbo ita etiam quòd ipsi vasalli, num. 6. dicens, quòd opinio lo. Raynaud. sibi placet, & sequitur Anton. Borriu. in tract. de seruit. vasall. cap. 13. vers. deberi tamen.

11 In Regno Siciliæ vltra Pharum docuit Ioseph Cunia in cap. si aliquem, de success. feud. in verbo in antiquis, sub num.

num. 259. dicens ex cap. Regni Sicilia Reg. Iacob. incip. si contingat subfeudarium, sub rubr. quod feud. sine licen. Curia, quòd Comites, & Barones in dicto Regno habent subfeudatarios cum onere præstadi seruitia ipsi Baroni, seu Comiti, Nicol. Iurigliol. de feud. centur. 2. art. 5. num. 566. dicens, quòd Dominus superior requiret suum vasallum immediatum, vt sibi præstet seruitia, qui illa præstabit Domino suo cum iuuamine sui subuasalli.

- 12 In Regno nostro apertè docuit Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. autb. 5. num. 1. & 2. Camill. de Curt. in suo diuers. feud. fol. 40. à ter. colum. 2. nu. 43. Fab. de Ann. consl. 3. num. 15. & 16. volum. 1. & ante omnes istos docuit hanc sententiam Andr. de Iser. in cap. 1. S. sed nec alia iustior, sub nu. 40. vers. quid si Comes, que sit prima causa benef. amitt. dicens, quòd subfeudatarius tenetur adiuuare Dominum suum seruientem Domino Regi, & allegat tex. in d. S. illud, de allod. Matthaus de Affict. ibid. sub num. 8. vbi allegat cap. Regis Roberti, Petr. de Montefor. ad Const. Regni, Si quando, vers. in alijs autè feudis sub tit. de hominibus Baronum possid. terram hominis domanij, Io. Ant. Lanar. in repet. feud. cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. nu. 158. cum seq. Io. Franc. Capibl. de offic. Baron. Pragmat. 1. num. 55. Horat. Montan. in cap. imperialem, S. firmiter, sub nu. 36. vbi rationem assignat de prohib. feud. alienat. per Frideric. D. Fab. Capyc. Galeot. lib. 2. controuerf. cap. 18. nu. 26.

Et quòd subfeudatarij contribuât Baronibus in Regno nostro, non est nouum, nam adfunt permultæ prouisiones Regiæ Cameræ Summaria expedite tam ad instantiam Baronum, quàm ad instantiam subfeudatariorum circa dictas contributiones in libris adoharum, de quibus nonnullas Ego de Iure Adoha, quæst. 60. à n. 20. cum seq.

- 13 Posita itaque conclusione prædicta ad fauorem Baronum cōtrà subfeudatarios, distinguenda sunt genera bonorum subfeudalium, ac donatiuorum.

Quædam sunt subfeuda descripta in quinternionibus Regiæ Cameræ, quæ dicuntur quaternata secundum quid, quæ tenentur à Rege, sed sub Barone, vel aliàs, & de his nihil ad Nos.

Quædam sunt subfeuda non descripta in quinternionibus Regiæ Cameræ, sed in libris Baronum, de quibus nullum præstatur seruitium, & de his nihil ad Nos, & dicuntur feuda plana, & de tabula simplicitè.

- 14 Quædam sunt subfeuda descripta in libris Baronum cum taxa seruitij, de quibus præstatur aliquid annuum Baroni, siue seruitium, & ista alio vocabulo dicuntur feuda plana, & de tabula militaria, has subfeudorum species habes ex Capyc. in inuestitur. feud. in cap. feudorum genera, fol. 208. S. in Regno, & S. Tenasia, & in cap. imperialem, fol. 26. colum. 3. Petr. de Montefor. in Const. Vt de success. sub nu. 4. & 5. Aloys. de Leo in l. leges, sub nu. 427. C. de legib. Hier. de Rosis in cons. impref. post decis. Viuij to. 2. num. 15. & 16. &

- 15 de istis est nostra quæstio, quam in puncto cōtrà subfeudatarios in fauorem Baronum determinat Petr. de Montefor. supra allegatus in d. Const. Si quando contingerit, vers. in alijs autem feudis, dicens. In alijs autem feudis planis, & de tabula militaribus, ex quibus debetur adoha, seu militare seruitium Comitibus, & Baronibus, à quibus tenentur, quando per Regiam Maiestatem in Regno indicitur militare seruitium, seruentur iura communia feudorum, quæ etiam in Regno seruantur, sed iura communia feudorum, vt supra docuimus, compellunt subfeudatarios ipsos ad cōtribuendum Baronibus, à quibus feuda tenent, ergò in casu nostro Aloysius Rocca,

omni-

omnino debet condemnari ad contribuendum Illustr. Comiti Montis Auri in dictis subventionibus, siue donatiuis extraordinarijs, seruata forma taxæ factæ per Regiæ Camere Rationalem.

At verò Aloysius prædictus seruetur contra Illustr. Comitem, nil aliud opponendo, nisi nuda illa duo decreta Regiæ Camere, sed distinguendo, vt iam proposui, genera donatiuorū, facilis erit accomodanda responsio.

16 Siquidem, vt iam indicauimus, donatiua sunt triplicis generis.

Alia sunt donatiua, siue seruitia, quæ per Barones præstantur Regi ex mera liberalitate, ac spontanea eorum voluntate, nulla intercedente petitione Regis, & nulla existente iusta causa petendi, & donandi, & ista appellantur voluntaria, siue gratiosa.

Alia sunt donatiua, siue subventiones, & seruitia petita à Rege sub nomine doni, sed non ex iusta, & necessaria causa contenta in obligatione vasallatica, sed tantum pro oblectamento, & voluntate Principis, & per Barones, vt se gratos Regi exhibeant, donatur aliquid.

Alia sunt donatiua, siue seruitia, vt rectius dicam, sub nomine doni, quæ per Barones præstantur Regi, non ex mera liberalitate, nec ex spontanea voluntate, sed illa præstantur ad petitionem eiusdem Regis, qui per particulares literas ad Regnum transmissas denunciatis bellorum, siue Regni necessitatibus, petit à Baronibus adiutorium, siue seruitium, & subventionem sub fucato, & simulato nomine doni petendo, vt loco prædicti seruitij, siue realis, siue personalis sibi donetur aliquid pro dictis necessitatibus, & Barones conuocato Parlamento, ac discussa causa, illamque cognito esse iustam seruendi, & loco seruitij subueniendi, siue, vt petit donandi, præstant pariter sub eodem nomine doni subuen-

tionem Regi sic petenti, quas donatiuorū species colligas ex *Io. Franc. de Ponte decis. 3. à num. 9. ad 14. & de potest. Proreg. tit. de Regal. impos. nu. 17. D. Garf. Masbrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 15. num. 28. cum seq. Anell. Amat. consil. 12. num. 15. & ante istos Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. de authorit. Baron. auth. 3. sub num. 26. & alij, quos refert Anton. Dian. resol. moral. tract. de Parlam. q. 1.*

17 In primo, & secundo genere donatiui ex liberalitate, vt supra, quod communiore vocabulo dicitur donatiuum gratiosum, vt quia Barones extrà causas necessarias gratiosè donant, tunc ex quo Baro, siue Comes non tenetur ex iustitia causæ, sed donat ex voluntate in gratiam, sui Regis, & tunc Baro non potest compellere subfeudatarium ad contribuendum, quia dum non est obligatus feudatarius præstare seruitiū, & loco ipsius aliquam quantitatem, nec est obligatus subfeudatarius contribuere, hanc doctrinam desumo ex *Andr. de Ifern. in d. cap. 1. S. sed nec alia iustior. sub num. 41. in fine, vers. sed si forte Rex manifestè, quæ vox debet legi, idest iniuste, vt ibi aduertit Nard. Liparul. in glos. manifestè, Quærit Andr. ibi, an subfeudatarius teneatur subuenire Comiti, & ponit distinctionem in negotio iusto à negotio iniusto. In primo casu, si vasallorum exorta sit rebellio, & tunc dicit, quòd subfeudatarij possidentes feuda plana, & de tabula tenentur subuenire Comiti, & hunc casum iustum ponit vsque ibi, sed si forte, & deindè à vers. sed si forte declarat casum contrarium de negotio iniusto,*

18 quando feudatarius, non existente iusta causa, non tenetur Regi seruire, vt nec subfeudatarius teneatur Baroni contribuere, & quòd casus sint contrarij, patet, nam vtitur dictione illa, sed, quæ est aduersatim præcedentibus, *l. Gallus, S. sed & j. ff. de lib. & posthum.* ergò vocula illa,

ma.

manifestè, vltra expositionem *Nard. Liparoli*, dicentis, quod debet legi *iniuste*, vt legitur in suis Codicibus antiquis, ita etiam sic debet intelligi de casu contrario, & sic de iniusto, quando non debent contribuere subfeudatarij, vt quia feudatarij non tenentur, vt postea etiam idem *And.* declarat, dicendo, quòd quando Rex cogit Comitem ad seruiendum vbi, & quando non debet, non per hoc Comes compelleret iniuste subfeudatarium suum, ergò facienda est consequentia in fauorem subfeudatarij, quòd quando Comes non tenetur donare, & donat, siue iniuste, siue ex liberalitate, & voluntate ad obtinendam gratiam Principis, tunc ex ratione illa, quòd Comes non tenetur, quæ militat tam in casu voluntatis, quàm iniustitiæ, quia dum est voluntas non est necessitas, meritò ipsi subfeudatarij non sunt compellendi, prout non fuerunt compulsi in donatiuo gratiose facto Serenissimo Principi Hispaniarum, cui non tenebantur Barones aliquid donare, sed illud præstiterunt in gratiam dicti Serenissimi Principis, tanquam filij eorum Domini, meritò per Regiam Cameram mediante decreto dicti anni 1617. fuerunt absoluti subfeudatarij, & sic etiam in decreto anni 1560.

19 At verò quando Barones subueniunt sub nomine doni iusta præcedente causa per Regem assignata, & per Barones discussa, modo, quo supra, ac cognita, tunc subfeudatarij tenentur contribuere, sicque videmus, quòd obligatio subfeudatarij in contribuendo Baroni, siue Comiti, nascitur ex obligatione ipsius Baronis, siue Comitis in subueniendo Regi, ideò Barone non existente obligato, nec pariter sunt obligati subfeudatarij, & sic decretum anni 1617. non obstat, imò confirmat iura Illustr. Comitum contra Ioannem Aloysium Rocca subfeudatarium, stat. ergò cõ-

clusio firma, quòd Rege petente à Baronibus seruitium, etiam sub simulato nomine doni, iusta tamen suadente causa, & à Baronibus cognita iustitia causæ, præstantibus petita seruitia sub nomine doni, tunc & in eo casu subfeudatarij tenentur contribuere ipsis Baronibus præstantibus ex dicta causa iusta, non autem ex mera liberalitate, siue absque causa obligante.

Superest, vt ad decretum in anno 1560. respondeamus, quod pariter non obstat.

Primò, quia non constat ex actis, de quo genere donatiui intellexit Regia Camera, an de gratioso, vel sine causa, vel de necessario, ideò pars aduersa teneretur reproducere acta, & sic processum, ad finem vt ex illis iustificetur decretum ipsum.

20 Nos autem rectè dicemus, esse intelligendum de donatiuo gratioso, siue facto absq; legitima causa, non autem de donatiuis extraordinarijs præstitis, de quibus hodiè disceptatur ex rationibus infrà dicendis. Primò, quia in dicto decreto enunciantur duæ solutiones sub duobus nominibus contrarijs, alterum demonstrans voluntatem, vt est donare, alterum adoham impositam, quod verbum denotat necessitatem grauaminis, & sic Excell. Comitissa Palenæ petijt tunc temporis compelli subfeudatarios ad solutionem donatiuorum, & adoharum impositarum, meritò absoluti fuerunt subfeudatarij à donatiuis, tanquam voluntarijs, vel sine causa factis, non autem ab adohis, cum donatiua dicantur ad differetiam adoharum impositarum, vt ex *D. de Ponte, Mastrell. de magistrat. lib. 5. cap. 15. num. 29. & sequenti. ad 31.*

Secundò, ex eadem ratione voluntatis gratiosæ, vt in responsione ad decretum latum in anno 1617. pariter ad dictum decretum in anno 1560. responderetur.

Ter-

Tertio responderetur ex dicta ratione, quia si decrerum prædictum, intelligeremus de donatiuis necessarijs ad petitionem Regis, vt supra præstitis, repugnaret iuribus supra allegatis, & doctrinæ tot, & tantorum Patrum à nobis superius allegatorum, quod non est præsumendum, nec cogitandum, stante quòd decretum prædictum fuit latum coràm Excellentissimo Feudista Bartholomeo Camerario consumatissimo Doctore in iure feudali, qui iura feudalia, Feudistarumque sententias optime sciebat, dum in Castro Petre Pulcinæ quasi mancipatus per annos tres singulis diebus per sexdecim horarum spatiū feudali scientiæ operam nauauit, ac viginti quatuor annorum curriculo iura feudalia interpretatus, audiētibus ipsum etiam Togatis viris, meritò decretum prædictum est intelligendum de donatiuis factis sine iusta causa, vel ex voluntate, non autem de donatiuis loco seruitij ex causa iusta præstandis, inodò quo supra indicauimus.

Vel quartò potest respōderi, quòd in dicta causa forsan non aderat inuestitura cum subfeudatarijs, nec obligationes subfeudatariorum, nec possessio, prout in casu nostro, in quo Illustr. Comes Montis Auri habet titulum cum subfeudatarijs, obligationem subfeudatariorum, & præcipuè illorum de Rocca, ideò omninò sunt reproducenda acta dicti processus, ad finem vt decreti copia iustificetur.

Et tandem, ne in re tam clara amplius immoremur, neuè rem ipsam claram inuoluamus, dicimus ex exuberanti, quòd et si iura feudalia per Nos superius allegata, nempe *S. illud de allod. S. firmiter, de prohib. feud. alienat. & S. similiter, de cap. Corradi*, Feudistarumque totius Europæ auctoritates, ac leges Regni nostri, vt in *cap. habuit subfeudatariorum*, de quo *Afflic. in d. S. sed nec alia iudicior, nò opi-*

tularentur ipsi Illustr. Comiti, adhuc ipse Illustr. Comes debet obtinere ex sequentibus.

21 Primò, quia habet dictā inuestiturā, & sic titulū, vnā cum subfeudatarijs, quo casu de iure tenentur subfeudatarij contribuere in seruitijs præstitis ex causa iusta, vt supra docuimus.

Secundò, quia habet contractum, cum ijs subfeudatarijs, & præcipuè cum ipsis de Rocca, qui se obligauerunt ad feudale seruitium cōtribuendum ipsi Illustr. Comiti, tam in donatiuis ordinarijs, pro quibus se taxauerunt, quàm etiam quotiès à Regia Curia indiceretur, quo casu et si ius commune feudorum, Feudistarumque dicta, ac decreta in similibus lata obstarent Illustr. Comiti, adhuc illi conuentio ipsa opitulatur, quia in hoc casu contractus præualet, & feuda à conuentione legem accipiunt, *And. de l'ern. in d. cap. 1. sub num. 41. qua sit prima causa benefic. amitt. versicul. quid si Comes, ibi, nisi haberet certam conuentionem.*

Ergò quòdcunque se vertat Aloysius Rocca subfeudatarius controuertendo iustitiam dicti Illustr. Comitis ex tot capitibus claram, se inper se inuertit, proindèque prouisiones Regiæ Camere ad beneficium dicti Illustr. Comitis contra dictum Aloysiū de Rocca expeditæ pro exigenda taxa donatiuorum ordinariorum, & extraordinariorum, debent debitæ executioni demandari, seruata forma taxæ per Rationales dictæ Reg. Cam. factæ, put sic speratur à doctissimis meis Dominis, qui suppleant quæ mihi desunt in præsentibus allegationibus, visis prius per eruditissimum, & omnigena doctrina ornatum, Iurisque Consultum Carolum Brancacium Dominum meum

22 semper, & vbique obseruandum, quæ mea scripta approbavit subtilis ille Feudista D. Horatius Montanus, cuius approbatio est sequens:

Concurro in eandem sententiam, scili-

scilicet, quod si Rex petat subuentionem, etiam sub nomine doni, & exprimat causam, ob quam petit, quæ causa est sufficiens ad indicendum feudatarijs militare seruitium, puta ob bellum Flandriæ, vel Barcinoni ad compescendos rebellantes subditos, vel exprimat aliam causam iustam. Est enim sufficiens, & iusta causa suprædicta ex natura fidelitatis, scilicet defendere rem domini, ne illam amittat, vel rem iusto titulo sibi delatam acquirere, *cap. est & alia forma, in vers. & rem, quam habes, vel habebis iniuste, vel fortuito casu amitteres, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere, tit. de noua forma fidelit. in vsibus feudorum.*

Hoc enim casu cum feudatarij teneantur præstare militare seruitium in loco, ubi est bellum domini, & sic extra Regnum, vt plenè differui in *repetit. l. imperialem, S. firmiter, nu. 36.* dum petit Rex sibi subueniri ex causa prædicta, pro qua posset compellere feudatarios, licet ex vrbantate petat sub nomine doni, & feudatarij discussa causa expressa à Rege concludunt in Parlamento, quod detur subuentio, seu donum, subfeudatarij tenentur contribuere: ratio est, quia verè non est donum, sed subuentio in pecunia loco seruitij militaris, ad quod cogi potuissent feudatarij, & successiuè subfeudatarij; hi enim tenentur ad militare seruitium, & loco illius ad adham in eisdem casibus, in quibus tenentur feudatarij, sub quibus militare tenentur pro Rege, ex *cap. ad hoc, vers. Regem, aut sub Rege dominum suum non adiuuauerit, tit. de allodijs, Ego probaui in d. S. firmiter, num. 2. & 3.* quo fit, vt cum cogi potuissent feudatarij ad hoc donum, seu subuentionem, dum discussa causa expressa à domino, spontè dant illud, eo quod potuissent adstringi, nõ dicuntur spontè dare, *ff. quod falso tutore gestum est, l. nouissime, Lancellotti. Decius in l. 4. S. Cato, ff. de verb. oblig.*

& sic ex vrbantate fuit expressum donum, dum verè est præstatio ad hęc, loco seruitij militaris. Si verò Rex exprimat causam doni petiti, ad quod non tenentur subfeudatarij contribuere, sed tantum hi, qui interueniunt in Parlamento, & ita procedit decretum latum.

Horatius Montanus.

ARGUMENTVM.

Vitæ, & militiæ iudicium an impediatur per oppositionem compromissi, adeo vt secundogenitus teneatur compromittere vigore statuti, siue Regiæ nostræ *Pragmatica Odialitium*, & an requiratur assensus Regis, referuntur contrariæ *Roberti Maranta, & Fab. de Ann.* sententiæ, quod nõ possit compromitti sine assensu, & declarantur, & demum distinguuntur, quando tangit qualitatem feudalem, vel non tangit.

SVMMA RIA.

- 1 *Primogeniti in Regno Neapolitano aduersus secundogenitos petentes vitam, & militiam solent opponere compromissum vigore Regiæ Pragmaticæ.*
- 2 *Compromissum quando tangit qualitatem feudalem, non potest fieri super vita, & militia sine assensu Regis, secus quando non tangit, & nu. 3.*
- 4 *Robertus Marant. & Fab. de Anna, dicentes, quod causa vita, & militia non potest compromitti sine assensu, declarantur.*

5 Con-

3 **Const.** Constitutionem diuz memoriz an habeat locum in compromisso saper vita, & militia absque assensu.

QVAESTIO. XLIII.

1 **E**T quia sæpè sapius primogeniti vel ad bonum finem, ne familiarum necessitates, & grauamina detegantur in iudicio, vel ob defatigandos secundogenitos solent contra illos tempore statuto opponere, quòd causa petitionis vitæ, & militiæ compromittatur vigore statuti, vbi viget, prout in Regno nostro adest *Pragm. Odia litium*. Dubitatur, an hic secundogenitus teneatur cõpromittere? Secundogeniti namq; se tuentur, quòd cum vita, & militia sit onus feudi, & debeatur de fructibus feudi, tangatq; feudalem qualitatẽ, non tenentur compromittere sine Domini Regis consensu, cum in cõpromisso potest etiã tractari, de præiudicio Dñi. Attamen nè in re leuis præiudicij immoremur, distinctione terminabitur quæstio ista. Aut compromissum tãgit feudum, ex quo debetur vita, & militia, & sic dubitatur de qualitate feudali, si, vel ne res, de qua petitur vita, & militia sit feudalis, vel si ex debito vitæ, & militiæ diminuatur feudum, & sic semper quòd tangit ius feudi, feudaleq; qualitatem, vel ius vitæ, & militiæ, Aut compromissum non tangit penitùs qualitatem feudalem, sed tantum præsupposita, & habita pro vera qualitate feudali, dubitatur de quantitate taxanda pro vita, & militia, & tunc Primo casu non potest compromitti, quia requiritur assensus Regis, sine quo non potest compromitti. Secundo casu indifferẽter hodiẽ similes causæ compromittuntur, vt docet *Matth. de Ass. decis. 43. & 138. Minad. dec. l. n. 12. & in rep. Cõsi. Comitibus, in verbo filiorum, n. 13. Campan. in cap. Alienationis actus, n. 18. de vita, & militia, Camer. in repet. l. imperialem,*

fol. 13. lit. C. D. & seqq. Gram. in Const. Comitibus, nu. 4. Idem Minad. decis. 3. Oflan. Bammac. in cap. qui Clericus, n. 198. si de feud. defunct. D. Garf. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de vita, & militia, q. 9. liter. A. in verbo ex lege, Camill. Salern. in addit. ad Consuet. Si quis post litem, de aliment. præstand. in verbo vita, & militia, fol. 218. lit. A. Marin. Frecc. de subfeudis, lib. 2. cap. incip. pluribus modis, fol. 155. limit. 29. nu. 87. & 88. fol. 167. Iul. Cas. Gallupp. de feud. par. 3. cap. 4. num. 64. Nouar. collect. 107. num. 18. super Pragmat.

4 Et cum hac distinctione declarantur quæ dixerunt *Fab. de Anna d. consil. 75. Robert. Marant. in suo speculo, p. 6. cap. de compromiss. nu. 13. & Rouit. Prag. 1. de arbitris, n. 38. in fine*, qui indistinctè asserunt, quòd causa vitæ, & militiæ, eo quòd est feudalis, non potest compromitti, Adeòq; est vera
5 supradicta distinctio in illo capite, quòd valeat compromissum super taxanda vita, & militia factum absque assensu, vt alter ex compromittentibus non possit illud reuocare vigore *Const. Constitutionem diua memoria*, vt benè fundat, & ita practicari in Sac. Conf. docet *Marin. Frecc. d. loco, nu. 87. & 88. fol. 167.*

ARGUMENTVM.

Vita, & militia defecta in persona vnus ex secundogenitis per mortem, vel per renunciationem an ad crescat cæteris secundogenitis, vel an cedat beneficio primogeniti, Et quid secundogenito mortuo in vita patris, relictis filiis, an transmittatur vita, & militia ad eius filios.

R SVM.

S Y M M A R T A.

- 1 Ius ad crescendi an habeat locum in feudis, remissuè.
- 2 Ius ad crescendi inter secundogenitos non habet locum in vita, & militia, nec etiam in appanagio.
- 3 Vita, & militia deficiens in persona unius ex secundogenitis vadit ad primogenitum.
- 4 Secundogenito mortuo in vita patris relicti filijs, vita, & militia eum tangens spectat ad eius filios.
- 5 Secundogenito effecto religioso, vel incapace, eius vita, & militia vadit ad primogenitum.
- 6 Secundogenito promittente non petere vitam, & militiam, an eius fructus transmittantur ad hæredes.

Q V A E S T I O. XLIV.

Occasione eorum, quæ dixerunt Ciuilibz in *l. re consumpti*, ff. de leg. 3. quòd portio deficientis ad crescit alteri coheredi, vel legatario coniuncto in institutione, quæro an idem sit dicendum inter istos secundogenitos, adeò vt si alter moritur, videatur, quòd quantitas, quæ ad eum spectabat debeat ad crescere alijs secundogenitis, & inter ipsos æqua lance partiri.

Tum etiam quia ius ad crescendi habet locum etiam in feudis, vt late post *Fræc. Curium*, & alios docet *Rosent. de feud. cap. 7. concl. 74. & 75. per tot.* attamen contrarium est receptum in vita, & militia, vt portio spectat ad secundogenitum mortuum, nõ ad crescat secundogenitis, sed extinguatur ad beneficium primogeniti, ita docuere *Minad. conf. 2. in fine, Horat. Montan. in S. praterea Ducatus, n. 138. & Nos supra q. 18. num. 11.*

3 Rationem assignat, quia primogenitus est obligatus tantum in vita secundogeniti, qua vita extincta, statim ipso iure extinguitur eius obligatio, stante quòd etiam est extincta actio per mortem secundogeniti. *Aff. in Conf. Comitibus, nu. 23.*

Secunda ratio est, quia inter eos, qui admittuntur de iure speciali ad successionem aliquam, non habet locum ius ad crescendi contra voluntatem disponentis, vt DD. omnes in *l. mulieri & Titio*, ff. de condit. & demon. frat. & ita in materia appanagij iuris Francorum docet *Guliel. de Monteferrato de success. Regum Francia, dubio 2. n. 1.* sed benè ad crescere debet illi, ad cuius beneficium emanauit consuetudo, & sic primogeniti, vt ex *l. ff. defunctus*, vbi DD. *C. de suis, & legitimis* fundat idem *Guliel. de Monteferrato d. tract. dubio 5. n. 7. & seq.*

4 Declara primò, quòd hæc procedunt, quando secundogenitus moritur post taxatam vitam, & militiam, quòd si fuisset mortuus in vita patris, tunc portio vitæ, & militiæ spectat ad secundogenitum mortuum si viueret, vadit ad eius filios, *Petr. de Greg. de vita, & militia q. 2. n. 10. & Nos diximus supra q. 19. vbi de feudo augeimus.*

5 Declara secundò, quòd si secundogenitus efficeretur religiosus post taxatam vitam, & militiam, tunc illius pars cedit beneficio primogeniti, vt ait *Montan. d. loco sub nu. 138. & Nos supra q. 16. nu. 35. & per totam.*

6 Declara tertio, si secundogenitus promisit non petere vitam, & militiam, an eius fructus transmittantur ad eius hæredes, vel ad primogenitum, videndus *Borrell. in sum. decis. par. 1. tit. 40. n. 40. & seqq. & Ioseph Mele in addit. ad Girzarella. decis. 36. nu. 16.*

Et ex his ad laudem Omnipotentis DEI, Beatæ Virginis, S. Andree Apostoli, S. Nicolai Barenfis, & S. Petri Martiris sit impositus finis huic operi die 29. Aprilis 1641.

DECI.

DECISIONES ALIQVOT

REG. CAM. SVM. NEAPOLITANÆ,

Quæ in hoc Tractatu allegantur, manuque scriptæ circumferuntur.

Ex voluminibus D. Francisci Reuerterij, eiusdem Reg. Cam. Summariaæ Præsidentis, ac Locumtenentis, et Regalis Cancellariæ Regentis, et Collateralis Consiliarij.



S V M M A R I A .

- 1 *Vita, & militia debetur secundogenitis exclusis per primogenitum succedentem in feudo Iuris Francorum, & taxatur ad instar legitima.*
- 2 *Filius deportatus, vel Monachus, vel excommunicatus non facit partem.*
- 3 *Filia dotata, & exclusa à successione per legis dispositionem, & suam renunciationem non facit partem.*
- 4 *Dos Statutaria excludit filiam à successione ipso iure, & deducitur tanquam ad alienum.*
- 5 *Pater an grauetur duplici onere, si filia non faciat, vel faciat partem, declaratur.*
- 6 *Filia per Statutum dotata, & exclusa à successione, sicut non admittitur ad partem, ita non facit partem quoad liquidandam vitam, & militiam, sed contrarium desijum in Regno, & num. 7.*

ARGVMENTVM.

Filia dotata exclusa à statuto, an, & quando faciat partem, licet non admittatur ad partem in computanda vita, & militia inter alios filios.

Decisio 1. volum. 1.

Fuit dubitatum in Regia Camera, an filia femina, quæ non admittitur ad partem, faciat partem in computatione vitæ, & militiæ aliorum filiorum.

1 Vita, & militia debetur filijs masculis secundogenitis in rebus feudalibus, in quibus Iure Francorum filius primogenitus solus succedit, vt in *Constit. Comitibus*, & ibi *Andr.* dicit, quod ista vita, & militia taxatur ad instar legitima, scilicet quod sit tertia pars eius partis, quam haberet ab intestato, prout de legitima dicunt omnes, præsertim *lason in auth.*

R 2 *nouissi-*

nouissima, C. de inoffic. testamen, & in l. plane duobus, ff. de leg. 2. & in capit. Raynaldus, extra de testam. quare facio duas conclusiones.

Prima conclusio est, quod filius deportatus, vel effectus Frater Minor Sancti Francisci, vel iuste excommunicatus. Iste, qui non admittitur ad partem, non facit partem, ut concludit Bald. & alij contra Bartol. in l. pater filium, ff. de inoffic. testamen. Bald. Imol. Alexand. Aretin. Paul. & Iason in l. plane, §. si duobus, ff. de legat. primo, iidem Doctores communiter in l. huiusmodi, §. si Titio, eodem tit. & in leg. unica, C. quando non petent. part. Ite non est casus noster, sed casus noster est, quando filia per statutum est exclusa à successione, filijs extantibus masculis, ea dotata, & tunc licet Doctores sint varij.

Communis magis tamen opinio, & verior est, quod si filia fuit viuo patre dotata, & exclusa à successione tam ex legis dispositione, quam ex sua renunciatione, sicut non admittitur ad partem. Ita non facit partem, ita tenuerunt Bald. Angel. & Fulgos. in l. Papinianus, & in l. unde queritur, ff. de inoffic. testamen. Angel. & Imol. in l. plane, §. duobus, ff. de leg. primo, ita consulendo tenuerunt Angel. in consil. 300. incip. *panctus talis est*, Cumanus in consil. 32. Fulgos. in consil. 26. Aretin. in consil. 29. Socin. in consil. 288. in 4. volum. Paul. de Cast. in consil. 52. & in consil. 286. & in consil. 468. in 1. volum. idem latè consuluit Socin. in alio consil. non impresso, Petr. de Anchar. in consil. incip. *in diminutione*, cui se subscripsit Salic. & refert Socin. in consil. 288. quod ita consuluit totum Concilium Paduanum, & ita vidit consultatum per doctissimos viros, & ipse pluries consuluit, & semel iudicauit, & hanc opinionem communem dicit Aretin. in d. §. si duobus, licet Bald. & Imol. contrarium teneat in d. l. huiusmodi, §. si Titio, & Bald. quem videtur sequi Aretin.

in. in l. unica, C. quando non petent. part. & ista opinio confirmatur ex notatis per Bald. in authent. nouissima, C. de inoff. testam.

Non obstant duæ rationes, per quas contraria opinio fundatur. Prima, quia filia non est penitus exclusa, cum habeat dotem, quæ dos succedit loco legitimæ, ut supra diximus, si non est penitus exclusa, sequitur quod partem faciat, ut omnes notant in dicto §. si duobus, & in dicto §. si Titius. Ad hoc respondeo, quod imò filia est penitus exclusa ipso iure à successione, ut supra latè deduxi, aded quod quantum ad ipsam perindè, ac si non staret, haberetur, licet dotem habeat, tamen dos non habetur loco successionis, sed tantum deducitur de hæreditate, ut res alienam.

Et sic non obstat alia ratio Aretin. in dicta l. unica, C. quando non petent. part. vbi dicebat, quod si filia non faciebat partem, pater duplici onere grauaretur, ut ibi latè per eum, quod non est dicendum contra l. Titia, §. qui in vita, ff. de leg. 2. quia ad hoc responderetur, quod imò pater non grauatur in plusquam grauaretur, quod filia habuit in dotem, & illa dos extitit patrimonium suum, quare si filia non succedit cum filijs, non propterea filij habent plus legitimæ, quia vel dicamus, quod filia habetur pro mortua, & tunc postquam dotem habuit, & sic legitimam, tantò minus reperitur in patrimonio patris, ideò tantò minus habet filius, scilicet de legitima.

Ex quibus omnibus concludo, hanc opinionem veram, quod filia dotata exclusa per statutum à successione, sicut non admittitur ad partem, ita non facit partem, nec in legitima filij, nec in vita, & militia, quæ ad instar legitimæ computatur.

Tamen ut intellexi in Regno contrarium fuit sæpe iudicatum, quod in casu nostro licet non admittatur ad

ad partem faciat partem, illa ratione potissima, quia non est penitus exclusa à statuto, quia illa pars, quam habet, succedit loco legitime, & sic non est omnino exclusa.

ADDITIO.

Quod filia maritata in computanda legitima masculorum faciat partem, quamvis non admittatur ad partem, & dotes per eum habitæ ponatur in acervo communi, sic millies * iunctis Aulis est decisum in Sac. Conf. ut per *Capyc. decis. 158. & 188.* & colligit *Peregr. de fideicommiss. artic. 38. num. 17. & 18. Minad. in Constit. Regni In aliquibus, 2. notab. nu. 17. & notab. 7. nu. 11.*

S V M M A R I A

1. *Rebelli an debeatur vita, & militia præterita, stante indulto generali per viam restitutionis, dubitatur, & resoluitur deberi, num. 6.*
2. *Deportatus, & deinde restitutus recuperat alimenta præteriti temporis.*
3. *Vita, & militia non petitur tanquam fructus, sed tanquam sors principalis.*
4. *Actio realis, siue hypothecaria competit pro vita, & militia.*
5. *Debitor, siue creditor dicitur proprie qui conuenitur, vel conueniri potest actione personali, sed actione reali dicitur abusuè.*
7. *Cap. Neapolitanum concessum mulieribus pro dote super feudis, ut super illis habeant assensum tacitum, fuit extensum etiam in usufructu dotis.*

A R G V M E N T V M.

Indultus Cæsareæ Maestatis concessus rebellibus, in quo sunt

reseruata credita contra Curiam, an habeat locum in vita, & militia. Et an bona feudalia mediante Capitulo Neapolitanis concessa, sint nedum pro dotibus, sed etiam pro usufructu hypothecata.

Decisio 45. volum. 1.

- I**N causa vitæ, & militiæ N. Fiscus præsupponebat, istum Dominum fuisse rebellem, & per consequens amisisse vitam, & militiam, hoc satis procederet, si non fuisset indultus generalis Maestatis Catholicæ, qui est plenissimus in forma amplissima, quo casu Ego dicebam, quod iste indultus generalis, maximè procedens per viam restitutionis, restituit huic Domino vitam, & militiam, etiam pro tempore præterito, ut est *textus in leg. is cui, ff. de aliment. & cib. leg.*
2. Vbi deportatus, cui erant legata alimenta, si est restitutus, potest petere alimenta etiam præteriti temporis, sed vita, & militia subrogatur loco alimentorum, ut per *And. & Afflict. in d. Constit. Comitibus*, vbi sicut alimenta morte finiuntur, *l. Mala ait, ff. de alim. & cib. leg. ita, & vita militia*, ut per DD. Regni, vbi supra, & non potest dici, ut aliqui Domini de Regia Camera dicebant, quod vita, & militia pro annis præteritis erant fructus, ad quos per restitutionem Principis, quantumcunque plenissimam non censetur restitutus, ut fructus percepti, ut *tex. in l. idem de Nestorianis, C. de heret. Aret. Alex. & omnes in leg. Gallus, S. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.*

3. Ad hoc Ego dicebam, quod non est verum, quod ista vita, & militia, quæ pro tempore præterito non fuit soluta, petatur tanquam fructus, quia petitur

tanquam fors principalis, casus est, qui loquitur in alimentis, quorum loco vita, & militia, quæ pro tempore præterito non fuit soluta, petatur tanquam fructus, quia petitur tanquam fors, ut est casus in *l. libertis, quos S. manum. ff. de alim. & cib. leg.* & licet prædicta non allegat *Aff.* mouet, & decidit quæstionem pro hac parte in *d. Const. Comitibus.*

Sed dicebatur pro parte Regij Fiscij, quod licet in indulto generali in sui regula comprehendatur hic casus tamen in exceptione est reseruat, quoniam in indulto reseruantur credita contra Curiam, sed Status Torellæ per rebellionem Baronis, erat deuolutus Regiæ Curia, & sic iste Dominus Actor erat creditor Curia pro vita, & militia, saltem pro præterito.

Ad hoc Ego dicebã, quod pro vita, & militia competebat actio realis, vel hypothecaria per *cap. Regni Regis Roberti, incip. Alienationis actus*, ubi expressè *tex.* dicit, quod vita, & militia est realis præstatio de bonis, & super bonis feudi debetur, dictio **4** *super* importat hypothecam, *l. codicillis, S. instituto*, & ibi *Bart. ff. de leg. 2.* ergo non est persona obligata, sed feudum, & non potest propriè creditum appellari, ut latè *Bart. Alex. Aretin. Soc. & Ias. in l. 1. ff. de cert. pet.* ubi verbum *crediti* propriè non habet locum, nisi in casu, de quo quis sequitur fidem alterius, & est sibi obligatus.

5 Ideò *Alex. in fine* ibi dicit, quod opinio communis, quod ille, qui habet actionem realem non est propriè creditor, sed abusiue, & largè, iuxta *l. creditorum*, & ibi *glos. ff. de verbor. signif.* ad idem est *glos. Instit. de action in princip.* per quam *Bald. Angel. & Ias.* ibi dicunt, quod si statutum facit mentionem de debitore, non comprehendit illum, qui potest conueniri actione reali, & idem in creditore, ut ibi per *Ang. facit tex.*

glos. & Bart. in l. Aurelius, S. Mania, ff. de alim. & cib. leg. cum ergo ista exceptio reseruata in indulto sit odiosa, quia restringit gratiam Principis, & eius beneficium est latissimè interpretandum, debet intelligi propriè in proprijs, & veris creditis, & non in improprijs, & abusiuis, ut in *l. 3. & 8. vers. hoc verba, ff. de neg. gest. cum similibus.*

6 Et ita fuit votatum per omnes Dominos de Camera, nemine discrepante in fauorè dicti Domini N. quod soluatur ei vita, & militia, tam præteriti, quam futuri temporis.

7 Fuit etiam dubitatum in hacmet causa, quæ erat Magnificæ Hipolytæ Carrasæ matris dicti Domini, *ancap. Neapolitanum*, quod præstat assensum mulieribus pro earum dotibus in bonis feudalibus, habeat locum in usufructu dotis, fuit per omnes Dominos votatum, quod sic, quia sicut pro dote sunt bona hypothecata, ita eodem etiam modo pro alimentis, quæ sunt accessoria ad dotem, ut tenet *Bart. in l. si cum dotem, S. sin autem in sauisimo, ff. solut. matrim.* argumento *l. Lucius, ff. qui pot. in pig. hab.* licet contrarium voluerit in *l. Lucius, ff. de alim. & cib. legat.* tamen prima opinio posita in *d. S. sin autem* est verior per *tex. in d. l. Lucius*, & facit *tex. in l. etiam, C. de iur. dot.* & opinio *Bart. in d. S.* fuit *Iacob. de Aren.* quem ibi sequitur *Paul. de Castr.* qui dicit, ita se obtinuisse per tres sententias, idem sequitur *Aret. in l. placet, ff. de acquir. hered. col. 2. Specul. in tit. qui filij sint legitimi, S. firmatus, vers. sicul. sed nunquam, Bald. in l. unica, S. sed ut plenius, C. de rei vxor. action.* idem post multa tenet *Alex. in d. S. sin autem*, & dicit hanc esse opinionem veriorum, & licet multi teneant opinionem contrariam, de quibus latè per *Bald. Nouell. in tract. de dote, car. 9. & Soc. in conf. 41. in vol. 2.* tamen Reg. Cam. in fauorem dotium, & mulierum sequuta est primam opinionem.

S V M M A R I A.

- 1 Vita, & militia per rebellionem secundogeniti an acquiratur Fisco, vel consolidetur feudo, & contra Fiscum fuit decisum sub num. 4. in fine.
- 2 Fiscus habet intentionem fundatam super bonis rebellum.
3. Secundogenitus rebellis, & restitutus recuperat vitam, & militiam de preterito.
4. Bona legata alicui eius vita durante alienari prohibita, ut deueniant ad alterum, confiscantur durante vita legatarij ob eius rebellionem.
- 5 Vita, & militia sicut extinguitur per mortem naturalem secundogeniti ad fauorem primogeniti, ita etiam per mortem ciuilem, & sic per rebellionem.
- 6 Rebellis non dicitur ille, qui committit aliquod contra non suum Regem.
- 7 Vita, & militia per mortem naturalem secundogeniti ad nullum eius transit heredem, ita per mortem ciuilem, & sic rebellionem.
- 8 Damnatus in metallum, & restitutus recuperat alimenta de preterito, & de futuro.
- 9 Alimenta filio à patre dari solita non confiscantur ob filij rebellionem.
- 10 Damnatus ad metallum non amittit alimenta.
- 11 Vita, & militia non equiparatur peculio profectizio.
- 12 Mors naturalis, & mors ciuilis quomodo inter se differant, & equiparentur.
- 13 Rebellis habetur pro mortuo, & amittit alimenta, & nu. 15.
- 14 Rebellis potest exheredari.
- 15 Tex. in l. Statius Florus, S. Cornelio Felici non habet locum in rebellis.

A R G V M E N T V M.

Vita, & militia an extinguatur per rebellionem, duran

te vita naturali ipsius rebellis, ita vt non acquiratur Fisco, & cui æquiparetur, et an, et quando mors ciuilis æquiparetur naturali.

Deciso 80. vol. 1.

1 **F**Vit dubitatum in Regia Camera Summaria, si filius secundogenitus nominatus Antonius de Sancto Felice, qui habebat vitam, & militiam in bonis feudibus sui fratris primogeniti, & dictus secundogenitus fuit rebellis in inuasionem Regni in anno 1528. tempore de Lautrech, an illa vita, & militia sit extincta per rebellionem secundogeniti nominati Antonio de Sancto Felice, & consolidata feudo, sicut dicimus de usufructu, l. corruptionem, C. de usufructu, S. finitur, Infit. eod. tit. an verò sit acquisita Regio Fisco durante rebellis vita naturali, Regius Fiscus dicit, quòd ipse suam intentionem fundatam habet.

2 Cùm per rebellionem dicti Antonij omnia eius bona sint acquisita Regie Curie, l. quisquis, in princ. & in l. final. C. ad l. l. l. Maiest. facit text. in l. Statius Florus, S. Cornelia Felici, ff. de iur. fis. & in S. deniq; que su. prima causa benef. amitt. t. fin. de caus. poss. cap. 1. S. item si quis, & ibi Cardin. quib. caus. feud. amittat. cùm in casu nostro lex nõ disponat, quòd mors ciuilis equiparetur naturali, prout est glos. in cap. placuit 16. quest. 1. quam multi Doctores sequuntur, & per Alex. in consil. 139. vol. 2.

3 Et hoc confirmatur per decisionem Afflic. in Consist. Comitibus, dum dicit in quest. 5. quòd si secundogenitus est rebellis, & restituitur plene per Regem, recuperabit à primogenito totam vitam, & militiam pro preterito debitam, ergò si recuperat vitam, & militiam, sequitur quòd

non

non erat extincta vita, & militia, neque acquisita primogenito. Ad tertium argumentum respondebo infra, dum ponam, vita, & militia quid sit, an sit feudum, seu portio feudi, vel legitima, vel ususfructus, vel alimenta. Quartò dicit Fiscus, si vita, & militia est feudum, ut tenet *Camerarius in cap. imperialem, car. 102.* sequitur quod dicit *Speculator in tit. de feud. §. quoniam super homagys, vers. quartò queritur*, ubi dicit, quòd feudum rebellis, quod ab alio Domino tenetur; immediatè deuoluitur ad Regem, contra quem est commissæ rebellio, durante vita naturali ipsius rebellis, sequitur *Bald. in cap. nulla, in fin. per quos fiat inuestitura.*

4 Vltimò dicit, quod persuaderi potest ex eo, quod videmus, quòd prohibitus alienare bona sibi in testamento relicta, ut post eius mortem deueniant ad Titium; si interim delinquit, ob quod eius bona confiscantur, quòd erunt pariter confiscata hæc bona alienari prohibita, durante eius vita naturali, ut tenuit *Oldrad. in conf. 11. & Romanus in l. si constante, §. final. ff. solut. matrim.* His tamen * non obstantibus fuit votatum contrarium in Collaterali Consilio, cum in Regia Camera Summarie fuerat causa votata, & vota fuerunt tria pro Fisco, & tria pro parte, fuit votatum contra Fiscum in fauorem partis.

5 Primò pro hac decisione adducebatur expressa decisio *Afflicti in dicta Constitutione Comitibus, in 4. quest.* ubi dicit, quòd si secundogenitus, qui habebat vitam, & militiam in feudo, quod erat primogeniti, illa vita, & militia non vadit ad Fiscum, sed extinguitur in beneficiu primogeniti per hanc mortem civilem, quam incurrit secundogenitus per rebellionem, & crimen læsæ Maiestatis, quod bene probat *tex. in d. l. quisquis, §. filij, C. ad l. lul. Maiest. d. lege Statius, §. Cornelio Felici, Alex. in conf. 139. in 2. volum.* & sicut per mor-

tem naturalem extinguitur vita, & militia, ita per mortem civilem extinguitur in beneficiu feudi, siue in eius augmentum, & commodum primogeniti, & nõ transit in Fiscu, quia nullæ sunt partes eius, quod non est in rerum natura, & non potest in alium transire, & ita aliàs fuit hoc * habitù pro claro in Collaterali Consilio referentè Regia Camera Me- existente Commissario in causa Magnifici, & Reuerèdi Ioannis Michaelis Saraceni, qui postea fuit factus Cardinalis; Ibi tria puncta discussa fuere. Primò, quòd hæc vita, & militia sicut extinguitur per mortem naturalem, ita extinguitur per mortem civilem. Secundò, quòd vita, & militia non est feudum, neque pars feudi, neque portio feudi. Tertio, quòd 6 Clericus non commisit rebellionem, neque crimen læsæ Maiestatis in Regem, cum non sit eius subditus, ut latissime dixi in *dicta decisione, incip. in causa vita, & militia*, licet in ultimo puncto contrarium teneat *Gigas in suo tract. crim. læsæ Maiestatis, in quest. 63. fol. 10.* tamen dicit contra opinionem communem, quomodo possumus nunc decidere cõtrarium decisionis *Afflicti* viri summæ authoritatis, & eiusdem opinionis Collateralis Consilij, & totius Regiæ Camere Summarie.

Ego non auderem tenere, neque votare contra authoritatem tantorum virorum, cum non sit doctrina aliqua in contrarium, neque authoritas cuiusvis Doctoris Regnicolæ, neque alterius, eum aliàs non reperitur decisus casus iste, si Nos æquiparemus hæc vitam, & militiam ususfructui, res est expedita: quia casus est expressus in *d. l. corruptionem, & in d. §. finitur*, quòd sicut ususfructus morte naturali finitur per maximam, seu mediam capitis diminutionem, ut in dictis iuribus, quantò magis per crimen rebellionis, quod non solum est maxima capitis diminutio, sed est

mors

mors ciuilis, si dicimus, quòd potest æquiparari alimentis, quòd verius videtur.

- 7 Quia vita, & militia morte finitur & ad nullum transit hæredem, etiam filium, tenet *Andr. in dicta Constitut. Comitibus, col. penult. & ibi Affl. q. 15.* idem in alimentis, quæ morte finiuntur, *l. cum hi, vers. constat, ff. de transfact.* & sicut alimenta percipiuntur in fructibus, ut videtur probare *text. in d. l. cum hi, §. final. & in l. Lucius, & ibi Bart. ff. de aliment. & cibar. legat. in l. libertus, colum. 1. ff. eod. tit.* ideo dicunt *Andr. & Affl. in d. l. Constitutione,* quòd de facultatibus, & fructibus feudi præstatur vita, & militia, & dicunt ibi *Andr. & Affl. col. 3.* alimenta non solum extinguuntur per mortem naturalè in *d. S. constat,* ita etiam extinguuntur per mortem ciuilem, ut satis benè probat *text. in d. l. 15. cui, ff. de aliment. & cibar. legat.* ubi si is, cui sunt legata alimenta, est damnatus in metallum, si est restitutus in integrum, recuperat alimenta præterita, & futura, ergò per damnationem in metallum erant extincta, & non erant Fisco acquisita, quia si recuperat futura, recuperat ab illo, à quo erant relicta, quia Fiscus nõ poterat dare id, quòd non habebat, ita in specie tenet *Nellus in tractatu hannitarum, & Gigas in tractatu crimin. l. 1. §. Maieft. in lib. 2. quest. 3.* quòd de eo, quòd pater filijs singulis annis solitus erat dare filio pro alimentis, non debet eum Fiscus molestare, si filius est rebellis, quia alimenta illa nõ veniunt in confiscatione, quia, ut supra dixi, extinguuntur in beneficium illius, qui ea tenebatur præstare, & qualiter illud, quòd erat extinctum recuperetur, & reuiscat per plenam restitutionem in integrum, ut in *d. decisione supra allegata in causa Ioãnis Michaelis Saraceni, & deportatus habetur loco mortui, l. 1. ff. de honor. possession. contra tab. l. siue eum, §. depor.*
- 10 *latus, ff. de iure Fisci,* licèt quòd ad ali-

menta etiam damnatus in metallum sit capax, *l. legatum, ff. de capit. diminution. l. fin. ff. de sentent. passis, & de hereditate rebellis nõ sit capax: dicã*

11 *infra, secus est in vita, & militia, ut supra dixi, neque etiam potest æquiparari peculio profectio, cum pater sit dominus peculij profectitij, neque etiam peculio aduentitio, cum pater peculij aduentitij sit usufructuarius, ideo filius delinquendo non potest præiudicare patri, Gigas ubi supra lib. 2. quest. 10. atque 11.* quòd circa æquiparamus hanc vitam, & militiam vel usufructui, vel alimentis, ut supra dixi, quæ extinguuntur tam per mortem ciuilem, quàm naturalem, habemus intentum, quòd vita, & militia extinguatur per vtramque mortem, & ideo non transiit in Fiscum.

- 12 Secundum principale fundamentum contra Fiscum, & pro parte est, quia opinio illius *glos. in cap. placuit 16. quest. 1. & in cap. susceptum, de rescriptis in 6.* quòd nunquam appellatione mortis venit mors ciuilis, nisi in casibus à iure expressis, quam *glos.* aliqui Doctores sequuntur, ut est *lo. Andr. in cap. cum sis, de conuers. conuincator. & Anton. de Butr. ibi de disposition. homin.* in dispositione verò legis disponitur, & sequitur aliam opinionem, de qua statim dicam, Altera verò opinio est, quòd mors ciuilis semper æquiparatur naturali, quando habet eundem effectum mortis naturalis in casu, de quo agitur, aliàs secus, ut latè posui in *decis. incip. in causa vertente Magnifici Matij Miraballi, fol. 39. in quintern. L. & latius in decis. incip. Maieftas Domini nostri Regis, fol. 11. in d. quintern. & ibi videri potest, quòd ista communis opinio licèt in casu nostro non sit dubium, quòd ille, qui committit crimen læsæ Maieftas habetur pro mortuo, quasi deportatus, & damnatus in metallum, ita habetur, ut supra dixi, & latius in *dictis decisionibus,* quanto magis*

magis in rebelle, qui est non solum incapax, adeò quòd pater suus non tenetur, neque debet dare ei alimenta, vt est *tex. glos. & Bart. in l. si quis à liberis, S. idem Iudex, ff. liber. agnoscend.* vbi pater in illis causis, ex quibus potest filium exhæredare, in illis potest ei denegare alimenta. Sed non est dicendum, quòd sit dubium, quin pater possit filium rebellem exhæredare, vt tenet *Andr. in S. praterea vassallus, col. 2. que sit prima caus. benef. amitt.* per *text. in S. causas, in authent. ut cum de appellat. cognosc.* licet hæc causa non sit expressa specialiter, tamen sub illis benè comprehenditur, cum illis sit similis, & aliquibus ibi expressis idem tenet *Gigas in d. tractatu lib. 2. in 9. quest.* qui plura ibi allegat, vbi vide, cū igitur iste casus de quo agitur, per mortem naturalem perdat alimenta, quia mortuus non manducat, neque bibit, idem etiam per mortem civilem, idest per rebellionem alimenta perdit, benè etiam hoc probatur in *d. l. quisquis, S. filij*, vt supra dixi, aut æquiparemus hanc vitam, & militiam vsu fructui; res est expedita sine dubio per *d. l. corruptionem, S. finitur*, aut æquiparemus alimentis, & idem cum non reperitur in specie per Regni Constitutionem decisum, debemus determinare per similia, vt optimè per *Abb. in cap. ad audientiam, de decimis.*

16 Non obstant allegata in contrarium, primò *tex. in d. l. Statius Florus, S. Cornelio Felici*, & alij *text.* supra allegati, quia loquuntur in illis, qui non sunt incapaces, ideò in illis casibus mors civilis æquiparatur naturali, Nos verò loquimur in rebelli, qui penitus est incapax, adeò quòd vita est verè mors ad iuris effectum, tùm quia in illis casibus illud ius nō erat extinctum, imò transibat vel ad Fiscum, vel ad alios tempore mortis naturalis, in casu nostro secus, quia hæc causa vitæ, & militiæ per rebellionem secundogeniti fuit statim extin-

cta in beneficium primogeniti. Non obstat *decisio Afflicti in dicta Constitutione Comitibus, in 5. quest.* qui tenet expressè contrarium, vt supra dixi in ea decisione, & idem dicit in *d. quest.* & sic eo ipso, quòd fuit rebellis secundogenitus, fuit extincta vita, & militia.

Ad tertium argumentum est responsum supra, quòd vita, & militia, non est feudum, neque pars feudi, vt latissimè probaui in *d. decisione N.* per septem fundamenta vrgentissima, ad quæ me remitto. Ad quartum argumentum vide, vt supra statim dixi in responsione tertij argumenti. Ad quartum Fisci motiuum est responsum, dum supra fuit dictum, quòd rebellis est omninò incapax, ideò non expectatur eius mors naturalis, postquam civilis habet eundem effectum in casu, de quo, vt supra latius dixi, quod secus in iuribus per Fiscum adductis, tùm etiam quia si vita, & militia est extincta, statim quòd secundogenitus est rebellis, vt supra probaui, omnia sunt plana, & absque dubio procedunt.

S V M M A R I A.

- 1 Feudum est hypothecatum pro vita, & militia, & ita decisum, num. 3.
- 2 Super, dictio inducit hypothecam.
- 4 Rebellionis exceptio opponitur aduersus secundogenitum petentem vitam, & militiam, & quando rebellis restituitur ad bona penes Fiscum.
- 5 Secundogenitus non amittit vitam, & militiam ex feudo alteri concesso ob rebellionem primogeniti, & sub nu. 6.
- 6 Clausula motu proprio, & certa scientia in indulto à Principe concesso quid operetur tam respectu vnius, quàm cuiuscunque persona.
- 7 Clausula motu proprio, & ex certa scientia non operantur in præiudicium tertij.

- 8 Clausula motu proprio, & ex certa scientia habent se uti excedentia, & excessiva.
- 9 Clausula motu proprio, & ex certa scientia spectat ad solum Principem, nec ad eius Legatum à latere.
- 10 Vicereus non potest uti clausulis motu proprio, & ex certa scientia sine speciali mandato Regis.
- 11 Vita, & militia de præterito debetur rebellis restituta, & decisio refertur.

ARGUMENTVM.

Vita, et militia an peti possit etiam pro præterito contra tertios possessores, & an, & quando feudo deuoluto per rebellionem sit extincta vita, & militia, itaut non veniat in restitutione generali, & de clausulis motu proprio, & ex certa scientia, quando operentur in præiudicium tertij, & an Legatus à latere possit uti huiusmodi clausulis.

Decisio 4. vol. 2.

IN causa vitæ, & militiæ Magnifici Fabritij de Guarino ipse fundauit intentionem suam, quod sibi debetur vita, & militia super bonis feudalibus quondam patris sui, attento quod ipse est secundogenitus, & primogenitus succedit in feudo, ut in *Constit. Comitibus*, vbi *glos. Andr. & Matth. idem Andr. in Constit. Post mortem*, & hodiè per *Capitulum Regni Alienationis actus* feudum est tacitè hypothecatum pro vita, & militia, ibi in *verb. super quod inducis hypothecam*, ut est *tex.* & ibi *Bargol. in l. codicillis instituto, ff. de le-*

3 *gat. 2.* & ita per illud Capitulum, quod sit feudum hypothecatum pro vita, & militia fuit decisum per Regiam Camera, est igitur fundata intentio huius Fabritij secundogeniti agentis contra possessores feudi paterni.

4 Opponitur ibi crimen rebellionis, de qua rebellionem nunquam fuit cognitum, neque capta informatio, nisi nunc in beueficio petito à Fisco in huiusmodi causa ciuili vitæ, & militiæ, & dicitur, quod Cæsarea Maiestas per indultum suum generale, remisit omnibus illis, qui comiserunt crimen rebellionis in quocunque crimine, & restitutio plenissima, cassando omnes processus, ergò veniunt omnia bona, quæ erant penès Fiscum, *l. 1. & l. final. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de sentent. passis*, & notant *Bart. & omnes Doctores in l. Gallus, §. & quid se tantum, ff. de liber. & postum.* & si dicebatur, prout dicitur, quod huiusmodi bona erant alienata, quia Illustr. Princeps Orangiæ concessit Castrum del Buardo Angliberto Muscho, super quo Castro debebatur vita, & militia, ergò non veniunt alienata in restitutione generali, ut est communis opinio in locis supra allegatis, respondetur ex parte actoris, quod hæc bona sunt alienata ex rebellionem Baronis fratris, & non ex rebellionem sua, ergò non censetur alienata vita, & militia, per *tex. in cap. susceptum, de rescript. lib. 6.* & *Andr. in cap. moribus, si de feudo fueris contravers. inter domin. & agnat.* Non obstat in quatum dicitur, quod hic est clausula motu proprio, per quam veniunt bona quocunque modo vacent, ut notant *Franch. & Gemin. in d. cap. susceptum, & Luc. de Pen. in l. 1. col. final. C. de petit. bon. subl.* quia Ego credo, quod licet clausula motu proprio, operetur, ut quomodocunque bona vacent, censentur alienata, & concessa, Ego intelligo hoc respectu eiusdem personæ, respectu cuius fuit facta concessio, non respectu alterius,

vt no-

vt notat *Gemin. vbi supra, in 2. limit.* vbi dicit, quòd quando constat de expressa mente concedentis, quia diceret, quomodocunque vacent, ex quacunque causa, & quocunque loco, & quocunque tempore, tunc omninò valeret collatio respectu cuiuscunque personæ, hoc operantur illa verba, *ex quacunque persona*, sed hic

7 nō sunt, ergò, &c. Præterea huiusmodi clausulæ motu proprio, & ex certa scientia non operantur in præiudicium tertij, quando Princeps nō erat informatus de negotio tertij, sed illud ignorabat, *Bald. in cap. nihil, de election. & in l. 1. C. si ser. aut. lib. de qua per glos. & Io. Andr. in cap. 2. de rescript. post Innoc. ibi, & in cap. veniens, de fil. presb.* in casu autem nostro Princeps nesciebat rebellionem commissam per Fabritium, & de ea nullatenus constat, neque erat capta informatio, ergò illa clausula non operatur hoc casu quòd dictum Fabritium, per supra allegata, quæ licet loquantur in clausula ex certa scientia, tamen idem est dicendum in clausula motu proprio, quia se habent tanquam excedentia, & excessa, vt notat *Specul. in tit. de dispens. S. qualiter autem, vers. debet autem, & sequent.*

8 Præterea dico, quòd istis clausulis non potest vti nisi solus Princeps, & non Legatus à latere, vt notant latè *Imol. Alex. & Aret. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. col. 2. & Aret. in l. 4. col. fin. ff. de testam. & latè Alex. in leg. quanquam, C. de testam. milit. per glos. in clem. sapè, de verb. signific. & per alia iura ibi per eos allegata, sed Vicerex habetur ad instar Legati de latere, ergò non valuit illa clausula, ideò si fuit nulla, nō potuit effectum producere, vt in *clem. 1. & ibi notant per glos. Doctor. de immunit. Eccles.* Non obstat si diceretur, quòd Cæsaræa Maiestas confirmauit facta, & alienata per Principem, quia licet cōfirmauerit, tamen iam venerat indultus, de quo supra, & sic iste etiam*

homo erat solutus, & liberatus ab omni crimine, & Rex solum confirmauit alienata in personis eorum, in quos facta fuit alienatio, non autem confirmauit clausulas ibi positas cōtrà ius commune, ad quorum positionem requirebatur speciale mandatum, argumento eorum, quæ latè deducit *Alex. in l. 1. C. de testam. milit.* vbi in dubio Princeps non censetur vti clausulis de plenitudine potestatis, ex certa scientia, & similibus, ergò eodem modo in dubio non censetur confirmare alienata cum illis

12 clausulis, & in præsentī causa militant aliæ rationes, quas posui in voto alterius causæ similis huic, scilicet *Io. Michaelis Saraceni N.* vbi fuit responsum ad motium Regij Fisci de creditis contrà Curiam reseruatīs in indulto generali Sux Cæsareæ

* Maiestatis, fuit etiam decisum quòd ad tempus præteritum, idest de vita, & militia debita pro tempore præterito, per easdem rationes, de quibus in supradicto voto, vbi est videndum, & ita fuit votata hæc causa in præsentia Reuerendissimi Episcopi de Mondogno per omnes in Regia Camera nemine discrepante in fauorem dicti Fabritij de Guarino.

S V M M A R I A

- 1 *Rebellium bona feudalia, & burgenfatica de iure Capitulorum Regni ipso iure, ipsoque factō quòd ad dominium, & possessionem acquiruntur Fisco, & nu. 5.*
- 2 *Visa, & militia an sit extincta existētibus rebellibus primogenito, & secundogenito, dubitatur, & concluditur num. 9.*
- 3 *Fiscus est hæres extraneus rebellium.*
- 4 *Feudum deuolutum Regi non est amplius feudum penès Regem.*
- 5 *Sententia declaratoria requiritur in rebellionē, ad hoc vt bona rebellium acquirantur Fisco.*

- 6 *Vita, & militia ius, superueniente restitutione Principis ad beneficium rebellium, dicitur fuisse in suspenso.*
 7 *Princeps restituendo rebelles videtur repudiare bona eorum sibi acquisita.*
 8 *Princeps restituendo rebelles abstergit omnem maculam.*

ARGUMENTVM.

Continuatur similis materia, in qua tractatur, an in crimine rebellionis requiratur sententia declaratoria respectu vitæ, & militiæ.

Deciso 5. vol. 2.

- S**imilis causa fuit in vira, & militia, quæ petebatur à Iulio de Baucio super Statu Vgēti, qui fuit Comitibus olim Vgenti eius fratris, & quia in omnibus, & per omnia hæc causa Fabritij de Guarino est similis huic causæ dicti Iulij, idè omnes rationes positæ in dicta decisione militant in præsentia causa Iulij de Baucio, est benè verū, quòd in hac causa pro parte Regij Fisci, & Magnifici Ferdinandi Pandoni vtilis Domini, & possessoris dictæ Ciuitatis Vgenti fiebat argumentum forte contrà dictum Iulium, & hoc per cap. *Regni Nuper apud Tranum, Bona damnatorum, & Die Mercurij*, quòd statim quòd quis committit rebellionem, omnia eius bona tam burgenfatica, quàm feudalia sunt ipso iure, & ipso facto acquisita, & deuoluta Regiæ Curie quòd ad dominium, & possessionem, etiam absque aliqua facti apprehensione, cum igitur fuerūt rebelles tam Comes Vgenti vtilis Dominus totius Status, quàm Iulius eius frater, qui habebat vitam, & militiam super dicto Statu, vita, & militia fuit extincta, quia tam creditor, scilicet Comes Vgenti, quàm

- debitor, scilicet Iulius eius frater fuerūt rebelles, & sic Fiscus, cui Status fuit deuolutus, non potuit esse debitor, & creditor, postquam ob rebellionem illorū omnia iura, & credita, & bona vtriusq; fuerunt ad Fiscum deuoluta, & sic illa vita, & militia, *l. debitori, C. de pact.* Fiscus enim reputatur vt hæres extraneus tam actiue, quàm passiuè, vt per *Rom. in conf. 73. Idem in conf. 95. Alex. in l. si marito, ff. solut. matrim.* quia penès Fiscum feudum, seu Status non potest esse feudum, cum res sua nemini seruiat, *l. si communi, ff. de seruit. rusticor. præd.* ita dicit *Andr. in cap. 1. S. vlt. in addit. ex quibus causis feud. amitt.* vbi dicit, quòd si feudum redeat ad Regem, quandiu est penès Regem, non dicitur feudum, sed Ego credo, quòd huic argumento benè potest responderi, quia licet sit verum, quòd per Capitula supradicta adducta, dominium, & possessio ipso iure, ipsoque facto, bonorum illius, qui committit crimen rebellionis, transferatur in Fiscum à die commissæ rebellionis, hoc est verum, si de ipsa rebellionē constet, & quòd fuerit placitata, quia licet quòd translationem iuris non requiratur sententia, tamen benè requiritur sententia declaratoria, vt est *tex. glos. & ibi Doctor. in cap. cum secundum, de heret. in 6. & in cap. 1. de homicid. eodem lib. ita Bald. liubemus, S. aconomus, C. de sacrosanct. eccles. & Aretin.* quem omninò vide in *l. 2. S. quod, C. de iur. calum. & latè Andr. in cap. 1. S. sancimus, quo tempore mil.* vbi latè examinat articulum, & tenet, quòd omninò in casibus, in quibus ipso iure à lege, vel statuto transferatur ius, vel dominium in aliquem, requiritur tamen sententia declaratoria, sed in casu nostro rebellio commissa per Iulium, si qua est, non fuit placitata, imò de ea nulla fuit habita notitia, imò nunquam capta informatio, cum postea venit indultus generalis, illud ius, seu domi-

S nium

nium eius vitæ, & militiæ fuit in suspenso, donec venerit indulgentia, ergo illud ius vitæ, & militiæ censetur semper fuisse penes dictum Iulium, & nunquam penes Regiam, Cameram, ut est *lex*. valde notabilis in *l. si sibi habeo. S. cum seruis, ff. de legat. primo. & in leg. seruum filij, S. 1. eodem tit. & in leg. legatarius pro parte, S. 1. eod. tit.* quia eo ipso, quod Sua Maiestas indulget rebellibus, mediante plenissima restitutione, repudiat expressè bona sibi acquisita virtute rebellionis, & censetur semper talia bona fuisse penes illum indultarum, & nunquam fuisse penes Regiam, Cameram, ut expressè dicunt ad litteram iura supra adducta, hæc opinio confirmatur ex notatis per *Andr. in d. cap. 1. §. p. atera, column. 4.*

8 quia quando Princeps indulget rebellibus, habetur, ac si non comississet delictum, & macula omnino est abolita, quocirca illa vita, & militia non censetur extincta, imò ius hoc vitæ, & militiæ semper videtur fuisse penes dictum Iulium, & non est verum dicere, quod alienato feudo propter rebellionem Comitis Vgenti, censetur totum alienatum esse, etiam respectu vitæ, & militiæ, quia hoc non est verum, cum ista vita, & militia sit ius diuersum à feudo, & sit alterius, quam illius, cuius erat feudum, & non fuit alienatum ob eius rebellionem, ex quibus fuit decisum in fauorem dicti Iulij de Baucio, prout supra in dicto voto præcedentis decisionis.

S V M M A R I A.

- 1 Casus questionis ponitur.
- 2 Re reuersa ad primum Dominum per causam necessariam, extinguitur obligatio super ea interim contracta, secus autem si reuersio fit ex voluntate, & quando n. 4.
- 3 Conuentus remedio l. 2. C. de rescind. vendit. habet arbitrium vel supplè-

di iustum pretium, vel rem restituere.

4 Restitutio rei facta per conuentum, per remedium leg. 2. C. de rescind. vend. dicitur voluntaria.

5 Resoluto, siue annullato contractu, dominium rei tradita non retransferitur in tradentem, nisi noua interueniat traditio, secus in pacto adiectionis in diem, vel legis commissoria, & nu. 6. & 9.

7 Dominio existente reuocabile, & postea reuocato, tunc omnia redeunt in pristinum statum.

8 Feudum acquisitum Domino reuocabiter, non desinit esse feudum, sic etiam seruatus.

9 Pacti legis commissoria, & adiectionis in diem natura est, suspendere dominium.

10 Euctio non datur contra venditorem ex causa de futuro, sed actio ad pretium contra occupantem, vel auferentem rem, etiam si esset res data in solutum pro re, & nu. 10. scus si pro pecunia, num. 11. fallit fauore dotis num. 12. respectu viri, & mulieris num. 13.

14 Text. in l. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. declaratur procedere, siue ex voluntate contrahentium, siue ex necessitate, et si creditor rem retineat, n. 15.

16 Resolutio contractus fit solo consensu ante traditionem rei, vel per retro traditionem rei post traditionem, & pretij restitutionem, & nu. seqq.

17 Resolutio contractus non dicitur nouus contractus, sed dicitur primus contractus resolutus per actus similes.

18 Gabella non soluitur de resolutione contractus.

19 Resolutio contractus fit voluntate amborum contrahentium, non autem voluntate vnus solius.

20 Opinio Bartoli dicentis, quod creditor tenens rem cum pacto de retrouendendo potest iustum pretium supplere, refellitur, & quid in pacto legis commissoria, vel adiectionis in diem, & num. 21.

- 22 *Dominium absque traditione retran-*
ferrī non potest ab homine, secūs a
lege, vel lege permittente.
- 23 *Tex. in l. si voluntate non procedit in*
feudalibus absque assensu, & decla-
ratur.
- 24 *Assensus Capituli Neapolitani pro do-*
tibus Neapolitanarum an locum ha-
beat in datione insolutum.
- 25 *Assensus super obligatione feudi non*
extenditur ad venditionem.
- 26 *Institutio primogeniti in feudo nouo*
an excludat secundogenitos a parte
pretij, stante quòd secundogeniti sunt
instituti in allodio.
- 27 *Collatio hodiè habet locum ex testa-*
mento, & ab intestato, secūs de iure
antiquo, nisi expressè prohibeatur
per testatorem, & quomodo intelli-
gatur expressa prohibitio, & quid in
feudis, num. seqq.
- 28 *Falcidia, & trebellianica prohibetur*
verbis generalibus.
- 29 *Institutio in burgensaticis ad benefi-*
ciū secundogenitorum facit ex aqui-
tate cessare partē pretij feudi.
- 30 *Res permutata, vel excambiata in lo-*
cum feudi non erit feudalis, nisi ex-
pressè dicatur, quòd sit feudalis.
- 31 *Decisiones, donec, vel quousq; sunt su-*
sensiva.

ARGUMENTVM.

Primogenitus in quibus casibus non teneatur conferre pretium secundogenitis, discutitur latè articulus, An primæua iura dicantur extincta, extincta re in solutum data uxori pro eius dote in pecunia consistente, Multa de reservatione iurium antiquorum, cuius sit potentia, ita ut possit agi actione primæua, & de pactis resolutiuis,

Decisio 13. volum. 2.

PRætendens Magnificus Michael Giesualdus Baroniam Martanij, quæ possidebatur per Maniliū Buccali, cum eo conuenit, & cessit omnia iura sibi competentia, pro qua cessione Manilius inter cætera promisit eidem soluere ducatos quinque mille infra certum tempus inter eos conuentum, quo tempore adueniente, & Manilio à solutione pecuniæ deficiente, in solutionem, & pro soluto dedit eidem Michaeli annuos ducatos quingentum super functionibus fiscalibus quarundam Terrarum, prout patet per instrumentum sub die decima Februarij 1533. tenente demum dicto Magnifico Michaeli introitus prædictos, euenit, quòd Magnificus Antonius Maria eiusdem Michaelis primogenitus obiit, sicque euenit casus restitutionis dotium Magnificæ Sarrae de Loffredo illius vxoris, & cum eidem deberentur ducati 3900. Magnificus Fabius in iacturam fraternam procurauit, quòd prædictus Michael eidem in solutum, & pro soluto daret annuos ducatos 300. de summa prædictorum annuorum ducatorum 5000. Verum prædicta Sarra uoluit expressè cauere in instrumento prædicto, quòd si exactio dictorum introituum quomodocunque, & qualitercunque iure, vel iniuria impedita, vel suspensa fuisset, quòd in casu prædicto solummodò dictus Dominus Michael teneatur ad restitutionem dictorum duc. 3900. & demum in alia parte eiusdem instrumenti dicitur, firmis remanentibus instrumento dotali, & alijs quibuscunq; cautelis in fauorem dictæ Sarrae apparentibus pro priori hypotheca, & anterioribus iuribus in eis contentis, pro defensione, & euictione dictorum annuorum introituum, ut supra insolutum datorum, ita quòd per præsentem contractum nullum intelligatur factum præiudicium, nec in aliquo sit innouatum, sed liceat ipsi uti pro

defensione, & euictione prædicta, vt patet per instrumentum sub die 9. Martij 1536. cùmque Regia Curia, eisdem omnes annuos introitus assignasset Illustr. Antonio de Auria, & in locum ipsorum assignauerit dictæ Sarræ totidem introitus super Dohana Menepecudum, aduento casu resolutionis contractus prædicti, ratione pacti prædicti ob impeditam exactionem dictorum annuorum introituum, dicta Sarra eo vti volens, egit in Magna Curia, petèdo dictum Michaellem condemnari ad restitutionem ducatorum 3900. & pro illis assistentiã cum adiudicatione præstari super Terra Peschi Pagani, sicque per sententiam Magnæ Curie pronunciatum exitit, & demùm cõfirmata per Sacrum Consilium, pro quarum exequutione dictus Michael assignauit eidẽ Magnificæ Sarræ annuos ducatos 390. super introitibus Peschi Pagani, & penès eum remanserunt prædicti annui ducati 590. olim dati insolutum, vt supra recensitum est.

Mortuo demùm Michaelle, & remansis in hæreditate dictis introitibus, Magnifici Actores prædicti petierunt Magnificum Fabium condemnari ad virilem introitum prædictorum, videlicet ad ratam pretij. Dubitatur nunc, an illi 390. ducati annui super Regia Dohana, qui sunt subrogati in locum dictarum functionum fiscalium, teneantur per dictum Fabium ex prima causa, videlicet in datione aliã facta eius patri per dictum Manilium, & non ex causa noua, seu titulo nouo, ex eo quòd soluit quolibet anno annuos duc. 330. de introitibus suæ Terræ Peschi Pagani, iste casus non est sine dubio, quia videtur quòd isti duc. 390. quos recuperauit dictus Fabius sunt penès eum ex causa noua, ex eo quòd ipse fuit condemnatus soluere dicte Magnificæ Sarræ de Loffredo duc. 3900. & pro eis fuit præstita assistentiã, & deindè facta adiudicatio du-

catorum annuorũ 390. super introitibus Peschi Pagani, illi annui duc. 390. functionum fiscalium iam exierunt à suo patrimonio, & erant translati in dominium Dominæ Sarræ, & eodẽ modo illi annui duc. 390. super Dohana Menepecudũ dati per Regiam Curiam dictæ Sarræ in excambium fũctionum fiscalium similiter fuerunt translati in dominium dictæ Sarræ, si postea Sarra egit contra dictum Fabium, hoc fuit ex causa voluntaria, & non necessaria, poterat penès se retinere illos introitus super Dohana Menepecudum, & non agere voluntariè pro recuperatione ducat. 3900. ergò succedit *tex.* & ibi *Bart. in l. si res, ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol. & in l. in diem, ff. de aqua plu. arcend. & in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* vbi habetur, quòd quando res reuertitur ad primũ Dominum ex causa necessaria, vtputa ex pacto de retrouendendo, vel legis cõmissorix, vel pacti adiectionis in diem, tũc quia hæc reuersio fit ex causa necessaria, res redit in primã causam, & omnes obligationes factę interim per emptorẽ, seu possessorem extinguũtur, secus si reuersio fieret ex voluntate, vt per *Bart.* & omnes, vbi supra, est *tex.* & ibi *glo. in l. bouẽ, & l. pignus, ff. de adil. edict.* & quod cõsultuit *Dec. in cons. 88.* facit quod tradit *Bar. in d. l. in diẽ, & in d. l. si res, & in d. §. sed & Marcellus,* q̄ cõuẽtus remedio *l. 2. C. de resc. vend.* qui habet arbitriũ, vel supplere pretium, quod est vltra dimidiã iusti pretij, vel rẽ restituere, tamẽ tractus in iudicio potuit euitare iudiciũ, soluẽdo iustũ pretiũ, quod nõ soluit, sed restituit rẽ ipsã, tunc dicta restitutio facta ex dicto arbitrio dicitur actus volũtarius, & dicitur fieri ex causa noua, & non redit in antiquã causam, cõprobatũr per regulã *l. si à me, ff. ad l. falcid.* vbi habetur, quòd res recuperata habetur eodem iure, quo prius erat penès recuperantem, & quod ibi ponit *Bar.* in quẽstione per eũ posita de emphy-

theota, facit quod notat *Bart.* per illum *tex. in lege sequitur, S. item labeo, ff. de vsucap.* vbi quoad rei qualitatem res recuperata non est eiusdem qualitatis, prout erat prius, & ideo *Dec. in d. cons. 88.* consuluit in casu, vt ibi per eum, valdè conferente ad decisionem casus nostri, quem videas, quia aliter non refero, quod comprobatur ex notatis per *Ioannem Fabrum in S. si cui fundus, Institut. delegat.* vbi ponit, & decidit notabiliter quæstionem pro decisione casus nostri, que in vide. Dicebatur insuper quod trãslato dominio in Dominam Sarram dictarum functionum fiscalium per contractum dationis insolutum, & per traditionem videlicet, quasi iuxta *leg. traditionibus, C. de pactis, l. quoties cum sua materia, vbi late Ias. C. de rei vendicat.* licet postea resoluatur contractus, non retro trãsfertur dominium ipso iure in Dominum Fabium, nisi fuerit traditio, vel actus traditionis retro, & similes, vt notat *glos. & ibi Bart. in lege 1. ff. de donationibus, idem glos. & ibi Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat.* etiam si contractus ipso iure annullaretur, vt notat *Bart. in l. si ita quis, S. ea lege, ff. de verb. obligation. versic. predicta verò, Bar. in l. & omnes ab emptione, ff. de pactis,* solum enim in pacto adiectionis in diem, & legis commissoriæ dominium ipso iure retrotransfertur, absque aliqua retroraditione vera, vel ficta, & hoc propter frequentiam illorum contractuum, vt habetur in locis supra allegatis, est *tex. in l. commissoriæ, C. de pactis inter emptorem, & venditorem,* si igitur dominium istorum introituum, de quibus nunc agitur, non fuit ipso iure translatum in Dominum Fabium, ergò illos non habet ex illa prima causa, sed ex causa noua, ideo quia fuit condemnatus dare Dominæ Sarræ annuos ducatos 390. super introitibus Peschi Paganii, Ex. aduerso dicitur, quòd imò isti introitus, quos recuperavit Do-

minus Fabius, habet ex illa prima clausula, prout fuerunt datæ functiones fiscales à Manilio Buccali Michaeli de Giesualdo eius patri, quia licet dominium functionum fiscalium fuerit translatum in Dominam Sarram, mediante datione insolutum, & traditione, seu quasi per *d. l. traditionibus,* tamen dominij translatio fuit reuocabilis ratione pacti, vt si ei non impediretur exactio dictarum exactionum, & functionum per Regiam Curiam, vel aliter quomodocunque, & qualitercunque, ipsa haberet recursum ad ducator. 3900. suarum dotium, quo casu quando dominium non est irrevocabile, eo reuocato, omnia reddunt in pristinum statum, per *tex. in l. res vectigali, ff. de pignor. & in l. ex restante, S. latinus largus, ff. de except. rei iudicata,* vbi *Bart. ex tex. in l. debitor,* vbi *Bald. & Alex. in 2. notabili, ff. ad trebellianum,* ad idem est *tex. ad l. legatarius, ff. de legatis 1.* vbi notat *Aret.* quòd quando dominium feudi seruiantis acquiritur Domino feudi dominantis reuocabiliter, non confunditur seruitus, neque extinguitur, secus si esset irrevocabiliter relictum iuxta not. in *l. si communi, ff. de seruitut. rusticor. prad.* facit quod notat *Bald. in l. qui ex lege, C. de pact. inter emptorem, & venditorem,* vbi dicit, quòd natura pactorum legis commissoriæ, & pacti adiectionis in diem, est, quòd dominium transfertur suspensiuè, & ideo resoluta contractu, redit ad sua principia attractiua, hoc primum motiuum, quod fit in fauorem hæredum quòdam Domini Hectoris, non procederet, si non esset facta reseruatio tẽpore, quo dictæ functiones fiscales fuerunt datæ insolutum, & pro soluto Dominæ Sarræ, quòd si contingerit euictio, vel quomodocunque, vel qualitercunque super eis, vel de facto, vel de iure moueretur etiam lis, vel controuersia, si hoc pactum non adesset, res esset sine dubio contra hos Actores,

quia si res ex aliqua causa sibi non-
 visa, esset eucta vt in casu nostro, in
 quo fuit Domina Sarra priuata di-
 ctis fiscalibus functionibus, & fuerūt
 cōcessæ Illust. Antonio de Auria pro
 salario suarum triremium, & fuit sibi
 datum cambium super Dohana me-
 nepecudum Apuleæ, non fuisse da-
 rus regressus Domina Sarra contra
 Magnificum Michaelēm de Giesual-
 dos, per *tex.* vbi est casus in *l. Lucius,*
ff. de euctiōibus, quia esset sequuta
 euctio pro causa de futuro, contin-
 gente post venditionem, vel insolu-
 tum dationem, & si fortè fuisset eui-
 ctio sequuta ex causa de præterito,
 contingente, & respiciente dictum
 Michaelēm pro dictis functionibus
 fiscalibus insolutum pro pecunia
 datis, non esset reuocatus, & annul-
 latus contractus, & non posset Do-
 mina Sarra redire ad primæuā suam
 actionem, sed deberet agere actione
 11 ex empto pro euctiōe, quando res
 est data insolutum, habet vim con-
 tractus emptionis, & venditionis, vt
 est *tex. in l. eleganter, in principio*, & ibi
Bart. ff. de pignor. actiō. secus si fuisset
 facta datio insolutum, non pro
 pecunia, sed pro alia re, quo casu nō
 fit emptio, & venditio, *l. si rem*, vbi
Bart. ff. de solutiōe. & in l. si quis aliam
rem, vbi *Bart. latè col. fin. nisi essemus*
 12 in casu dotis, cuius fauore, etiam si
 pro pecunia pro dote promissa, inso-
 lutum daretur alia res, etiam absque
 alio pacto conseruatiuo, vel reserua-
 tiuo iurium antiquorum, posset vir,
 cui dotes fuerunt promissæ, si illa res
 insolutum data pro pecunia pro do-
 te promissa fuisset eucta, redire ad
 suam primæuam actionem pro dote
 promissa, est *tex. singularis*, & ibi *Bar.*
& Doctores omnes, & in l. qui res,
ff. de solutiōibus, *Bartol. in d. l. si res,*
& in d. l. si quis aliam, & hoc fauore do-
 tis est speciale, nedum pro viro, cui
 13 dos promissa fuit, sed etiam pro vxo-
 re, viro mortuo, dotem reperente, vt
 in simili est *tex. singularis in l. si cum*

dotem, S. si mulier, il primo, vbi Bartol.
Imol. Roman. & Alex. ff. de solut. matri-
mon.

14 Secūda verò opinio probatur per
tex. vbi est casus in *l. voluntate, ff. qui-*
bus modis pignus, vel hypotec. sol. vbi
 dicitur, quòd si voluntate creditoris
 debitor pignus vendidit, & postea à
 venditione est discessum ex consen-
 su emptoris, & venditoris, ius pigno-
 ris saluum est, nam sicut debitori, ita
 & creditori ius pristinum restituitur,
 neque omnimodò pignus creditori
 remittitur, sed ita demum si emptor
 rem retineat, nec redeat venditori, &
 ponit postea *tex.* ille plures casus si-
 miles, cuius *tex.* dispositio procedit,
 nedum quando est discessum volun-
 tatiè ab emptione, sed etiam quan-
 do est ab ea discessum ex causa ne-
 cessaria, videlicet mediante iudicio,
 & subnectit *tex. in fine*, non sic quia
 dominium trāsferretur, scilicet in em-
 ptorem, dicit *glos. ibi*, idè ab empto-
 re ius recipitur, sed in pristinam cau-
 sam res redit, resoluta vèditiōe, vbi
 est casus rotundus pro decisione du-
 bij nostri, quòd quando est discessum
 à venditione, et si dominium fuerit
 translatum in emptorem per tradi-
 tionem, si postea ab ea est discessum
 partium voluntate, vel consensu, vel
 aliàs, tunc venditor, qui prius vendi-
 derat, nullum ius penitus recipit ab
 emptore, sed res in pristinā causam
 redit, & non possumus dicere, quòd
 ibi est discessum ab emptione solo
 consensu re integra, antequam fieret
 traditio, quia imò *tex.* præsupponit
 expressè, fuisse rē traditā in empto-
 rem, & in eum trāslatum dominium,
 vt ibi dicit *tex. in verbo, nec credi-*
 15 *tor rem*, sed ita demum si emptor
 rem retineat, nec reddat venditori,
 & sic erat facta traditio, quia aliàs
 non erat necessarium, emptorem ha-
 buisse rem restituere venditori, quia
 priuatio præsupponit habitum, *l. de-*
cem, ff. de verb. obligat. idem dicit ille
tex. expressè ibidem in fine, non idè
 quia

quia dominium transfertur in emptorem, idè ab emptore ius recipitur, sed in pristinam causam res redit resoluta venditione, ibi ergò erat translatum dominium in emptorem, & postea fuit ab ea discessum, non ipso iure, sed mediante retroraditione, iuxta notata in *d. l. ab emptione*, & nihilominus venditor nullum ius recipit ab emptore, neq; ab eo causam dicitur habere, sed res in pristina
 16 nam causam reuertitur, pro hac opinione est *tex. in d. l. ab emptione, ff. de pactis*, qui vult, quòd sicut solo consensu resoluitur venditio, quando non est rei venditæ factæ traditio, neque pretij solutio, ita pariformiter fit resolutio, si est facta retroraditio, & pretij restitutio, & iste distractus non est noua emptio, sed est factæ venditionis resolutio, & annullatio, vt est *glos. ibi in verbo interest*, quæ vult, quòd sicut quando re integra disceditur ab emptione solo partium consensu ipso iure, ita quando ab ea disceditur re non integra, dummodò fiat retroraditio rei, & pretij restitutio, adeòque illa venditio est annullata vt ex tunc, & non vt ex nunc, vt ibi optimè declarat *Paul. de Cassr. colum. 2. & idem in l. 1. colum. fin. C. quando liceat ab emptione discedere*, vbi dicit, quòd quòd ad partes illa prima venditio est infecta, idem dicit *glos. paruula in d. l. voluntate*, vbi dicit, quòd est resoluta venditio, ac si facta non fuisset, ad idem *tex. in l. 1. C. quando nõ liceat ab empt. discedere*, vbi dicit *tex.* quòd re integra solo consensu vtriusque partis ab emptione, & venditione recedi potest, quando solo consensu fit contractus, tunc solo consensu resoluitur, sed post traditionem interpositam, nuda voluntas non resoluit emptionem, nisi actus quoque priori similis retroagens venditionem intercesserit, & sic ibi est casus similis *l. ab emptione*, prout supra induxi, & dicit ibi *Bald. colum. 2.*
 17 quòd non sunt duo contractus, sed

solum primus resolutus, quia secundus non vocatur contractus, sed penitentia, ex quo nulla potest de nouo adduci obligatio, quia contractantes, qui solum per pactum intendunt resolvere contractum, non intendunt, neque volunt facere nouum contractum, & nouam obligationem inducere, est casus ibi, *Bart. & Iason* post alios, & omnes in *d. l. ab emptione, ff. de pactis*, dicunt, quòd non sunt duæ venditiones, sed vna resoluta, & per consequens non soluuntur duæ gabellæ, dicit ibi *Satic. idem Ias. in d. l. ab emptione, colum. penult. in fin. cum sequentib.* in casu nostro non est dubium, quòd fuit pactum resolutiuium dationis insolutum, quæ habetur loco venditionis, quia fuit dictum in illo met instrumento dationis insolutum, quòd si exactio dictorum introituum, quomodocunque, & qualitercunque impediretur, quòd dictus Michael teneretur soluere illos ducatos 3900. pro quibus fuerunt dati insolutum dicti annui introitus 390. functionum fiscalium, & sic quòd omninò resolveretur dicta datio insolutum, & sic fuit resolutio ex pacto, & voluntate ambarum partium, cum igitur fuerint functiones amotæ à dicta D. Sarra per Regiã Camerã, fuit contractus resolutus, & si non ipso iure, tamen mediante sententia, & retroraditione tam illorum 390. annuorum ducatorum datorum per Regiam Cameram super Dohana menepedum, quàm illorum ducatorum 3900. dotiũ dictæ D. Sarra, & sic in terminis habet locum *d. l. si voluntate*, vt supra inducta, vbi est casus expressus pro decisione nostri pucti, vnà cum alijs supra per me allegatis, & idè cum habeo casum legis pro me, non oportet aliter respondere ad contraria, sed solum dicere, quòd illa loquantur in casibus suis logè diuersis à casu nostro, possum tamen respondere particulariter ad ea, quæ supra in contrarium adduxi, quæ vi-
 19 dentur

19 dentur obstarè, primò ad notata per *Bart. in d.l. si res*, & in alijs locis, vbi distinguit, quòd si fit resolutio ex causa voluntaria, pignus non extinguitur, secùs si fiet ex causa necessaria, quia dico, quòd in casu nostro resolutio fit per pactum expressum ex causa præcedente mediãte voluntate vtriusque partis, quòd non erat in casibus *Bartol. in dictis tribus locis*, imò solùm fiebat resolutio ex voluntate vnius solùm, pro hac solutione est casus formalis in *l. si debitor*, quæ est statim post *d.l. si res, ff. quibus modis, pign. vel hypothec. soluitur*, ibi, dum dicit *tex.* nisi ex voluntate vnius solùm, pro hac solutione, nisi ex voluntate creditoris, hoc factum est, & *glo.* ibi allegat *tex.* pro cõcord. in *d.l. voluntate, eodem tit.* Dico & secundò, quòd in casu nostro Domina Sarra egit ex causa necessaria, quia Regia Curia ab ea eripuit functiones fiscales, etiam in vita, & idè coactè ex iusta causa necessaria egit pro recuperandis suis dotibus, quia aliàs non egisset, & sic sumus in terminis, & in

20 opinione *Bart.* Nec obstat, quòd ipse in dictis locis opponit de *l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem*, de illo, qui emit cum pacto de retrouendendo, & postea cogitur vigore pacti retrouendere, quòd pignus medio tẽpore factum extinguitur, cum poterat vẽditor pretium iustum supplere, quia opinio *Bart.* non est vera, vt per *Bald. & Salic.* qui tenent contra *Bart. in d.l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor.* & latius per *Negusant. in tractatu de pignoribus, in quinta par. in 1. memb. fol. 34. nu. 53. cum sequent.* vbi per optimas rationes tenet con-

21 trà *Bartol.* & benè, vt potes per te videre. Non obstat dũ dicebatur, quòd in casu nostro nõ per solum pactum, quando est sequuta traditio non fit resolutio contractus, nisi fiat retrotranslatio, quia hoc est verum in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, & in alijs casibus, in quibus

ipso iure, & absque traditione transfertur dominium, vt latè, & subtiliter *Aretin. in l. qui absentis, S. si quis, col. 2. & fin. ff. de acquir. possess. Salic. in l. traditionibus, C. de pact.* & latè *Alex. in cons. 10. in primo volum.* & ista est cõmunis opinio, vt dicit *Cuman. in d. l. 1. ff. de donation. & Alex. in d. consil. 10.* tamen hoc non obstat, quia, vt supra dixi, quòd ad resolutionem contractus paria sunt, quòd resoluator solo cõsensu, quando res est integra, vel quando res non est integra, resoluator mediante retraditione, per *tex. in d.l. voluntate, & in l. ab emptione, & in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* quia eo modo resoluitur contractus, & res redit in primam causam, & ille primus contractus resoluitur, & annullatur, & venditor in his dicitur habere ab emptore, vt est casus in *d. l. voluntate.*

Omnia supra allegata benè procedunt de iure, sed factum in casu nostro deficit, quia resolutio contractus non est facta in casu nostro, quia cum ex illo pacto supra relato in fauorem Domina Sarra non inducatur resolutio contractus, sed solùm quia ipsa eo casu, quo sibi vel de iure, vel de facto moueretur lis super functionibus fiscalibus, ipsa posset habere recursum pro suis dotibus, hæc non sunt verba resolutiua, quòd datio insolutum sit non facta hoc casu, vel quòd sit ipso iure nulla, & similia, de quibus per *Salic. in d. l. traditionibus*, dixi etiã supra, quòd præterquam in pactis legis commissoriæ, & adiectionis in diem, & alijs casibus, in quibus ex legis dispositione ipso iure trãsfertur dominium, nunquam in alijs pactis, seu contractibus ipso iure absque retrotranslatioe retrotransferatur dominium,

22 quia licet hoc possit facere lex, non potest tamen facere homo, nisi lege ita permittente, & disponente per supra allegata, autoritate *Salicet. in d. l. traditionibus, Aret. in d. l. si absentis, S. 1.*

S. i. ff. de acquir. possess. & Alex. in d. conf. 10. in 1. volum. cum alijs pluribus locis, vbi latè materia tractatur, ideò videmus, quod etià in *l. voluntate supra allegata, & in d. l. prima, C. quādo liceat ab empt. discedere, & in d. l. ab emptione* nunquam receditur solo consensu à contractu emptionis, quādo res est tradita, nisi res eodem partium cōsensu, & voluntate retrotradatur, sed in casu nostro neque adest pactū resolutiuum, neque adest retrotransmissio, quia functiones fiscales, de quibus nunc agitur non fuerunt retrotraditæ, vel quasi Michaeli Giesualdo, sed remanserunt etiam hodiè penès Fiscum, ideò non militat in casu nostro *d. l. voluntate* cum alijs supra allegatis, & si dominium harum fūctionum fiscalium esset penès Dominam Sarram, postquam habuit ipsa suum intētum, quia habuit suas dotes super introitibus Peschi Paganis, existentes penès eam dictæ functiones fiscales sine causa, ideò possent per Dominum Fabium de Giesualdo, vt filium, & hæredem dicti Michaelis condici per conditionem, sine causa *l. 1. & l. penultima, C. de adilit. actio. & omnia supra allegata* procedunt in rebus burgenfaticis, & allodialibus. Nos verò loquimur in rebus feudalibus, quo casu si præsupponimus, quòd in datione insolutum facta Dominæ Sarræ de dictis functionibus fiscalibus per dictum Michaelē interuenit Regius assensus simpliciter, res esset sine dubio, quia dominium in eam Regis assensu translato, non potuit retrotransferri in Dominum Michaelē, nisi mediante nouo contractu, & nouo assensu, quo casu non potest dici, quòd ex causa antiqua redierint hæ functiones fiscales in Dominum Michaelē, sed solum ex hac noua causa, & nouo contractu, & sic non ex primo titulo emptionis, ideò non potest tractari de collatione pretij, si verò dicimus, quòd si in hac datione

insolutum facta Dominæ Sarræ solum fuit assensus Capituli Neapoli cōcessi per Regem Catholicum gloriosæ memoriæ, quòd pro dotibus mulierum Neapolitanarum bona viri feudalicia censeantur obligata cum assensu dicti Capituli, est dubium, vtrum ille assensus sufficiat, quando vir, aut eius hæres dat vxori insolutum, & pro soluto pro dotibus suis bona, quæ erant ei pro dotibus suis obligata cum assensu dicti Capituli, *Afflic. in decis. 335.* videtur tenere, quòd sufficit ille primus assensus obligationis, quia censetur præstitus etiam ad alia, quæ veniunt, & sequuntur pro executione dictæ obligationis, idem dicit, & clariùs in *Constitutione. Si quis possit litem, num. 13.* Ego autem dubito, an hoc sit verum, quia fortè quòd dicit *Afflic.* procedere possit, quando mulier agit actione hypothecaria super feudo, & petit assistentiam in forma, tunc quotidie videmus, quòd Iudex dat assistentiam cum adiudicatione, & facto appretio transfertur dominium in vxorem, absque nouo assensu, in casu autem voluntario, quando hæres viri virtute obligationis, & assensus Capituli vult insolutum dare vxori, vel mulieri vnā ex rebus cum assensu Capituli obligatam, sine alio assensu non videtur posse fieri, quia si est datus assensus à Domino directo, vt possit feudum obligare, non tamen poterit vendi vigore illius assensus, cū aliud sit pignori, aliud vendi, ita *Andr. & omnes in vulgato cap. imperialem, in principio.* Datio insolutum vim venditionis habet, vt supra dixi per iura vulgaria, *l. si prædium, C. de emptionibus*, si ergò non habuit assensum hæc datio insolutum, non fuit per eam translato dominium in Dominam Sarram, ergò remansit penès Dominum Michaelē, & sic oportet dicere esse locum collationi pretij, postquam ex illa prima causa reperiuntur illæ functiones fiscales

penès Michaelē, quæ non exierunt a suo patrimonio, licet omnes Domini de Sacro Consilio tenuerint, prout aliàs fuit votatum in fauorem Domini Fabij, tamen non aperuerūt supradictam difficultatem, imò pro hac ratione satis dubia in fauorem dicti Fabij votauerunt, & cum alia
 26 ratione sequenti, quia Dominus Michael in suo testamento instituit hæredem in omnibus bonis feudalibus Dominum Fabium eius primogenitum, & signâter in Terris Peschi Paganis, & alterius Castri, videlicet Rubi, & in bonis burgenfaticis instituit hæredes omnes tres fratres, ex hac hæredum institutione constat de voluntate Domini Michaelis excludere alios filios à parte pretij dictarum functionum fiscalium, postquam Fabium hæredem instituit in omnibus bonis feudalibus, & alios in burgenfaticis, & disposuit de suo patrimonio, prout ius disponit, vt in feudalibus, in quibus Iure Francorum viuunt, succedat primogenitus iuxta *Cōstitutionem Regni, Vt de successione*
bus, in alijs verò bonis burgenfaticis succedat omnes pro æqualibus portionibus, non enim sunt grauati alij filij, postquam à patre in burgenfaticis instituti fuere, & Fabius in omnibus feudalibus, idè ex eo quòd Fabius fuit institutus in omnibus feudalibus, oportet dicere, quòd pater voluit excludere alios fratres à parte pretij, aliàs non esset institutus in omnibus feudalibus, quia soluendo partem pretij alijs fratribus, non haberet in effectu omnia bona feudalialia, quòd esset expressè cōtrà mentem testatoris, & si mihi diceretur,
 27 licet de iure antiquo collatio non habebat locum, quando quis succedebat ex testamento, sed solum quādo ab intestato, vt est *lex. in l. 1. C. de collat.* hodiè verò habet locum tam ex testamento, quàm ab intestato, nisi expressè per testatorem sit prohibita collatio, vt est *lex. in athen. ex*

testamento, eodem tit. sed in casu nostro non apparet, quòd dictus Michael in suo testamento prohibuerit collationem, ergò debet habere locum, non obstante institutione facta, quia respondeo, quòd sufficit prohibitio expressa verbis generalibus, & non requiritur expressa verbis specialibus, seu in diuiduo, prout habetur in *glos. in l. fin. C. quod cum eo*, quòd expressum dicitur tripliciter, vt per *Bars. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi *Aret.* & omnes Moderni, idem *Aret. in l. eum, qui, ff. si certum petatur, & in l. illud, ff. de acquir. heredit.* in quibus duobus vltimis locis declarat, quomodò dicatur expressum illud, quòd supra dixi, magis expressè confirmatur ex notatis per *Angel. in l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar.* vbi dicit, quòd licet *lex. in S. si verum expressum, in athen. de hered. & falcid.* dicat, quòd testator potest prohibere
 28 falcidiam, si hoc expressè dicat, si tamen diceret testator in suo testamento, mando hæredi restituere Titio totam hæreditatem, ex his verbis censetur prohibita detractio trebellianicæ, seu falcidiæ, & tamen non est prohibita verbis specialibus, sed benè verbis generalibus, quòd sufficit, & ibi latè per *Aretin.* qui tenet hanc opinionem, & subtiliter discutit ibi, *num. 10.* ita est in casu nostro, quòd per verba supra adducta institutionis omnium bonorum feudalium censetur prohibita saltim verbis generalibus detractio falcidiæ, & tantò magis est amplectenda ista opinio cum opinione *Andr. in repet. capit. imperialem, S. pratered Ducatus, num. 29. in 2. addit.* est satis dubia, vt latissimè ibi ad partes eam disputat latè *Camer.* quæ licet in iudicijs sit acceptata, Ego tamen in puncto iuris, & de eius rigore, cum ea nō procederem, sed potiùs ex quadā æquitate, vt filij secundogeniti, qui sunt exclusi à successione feudi, in quo solum primogenitus succedit, quando in

do in eo Iure Francorum viuitur, idè voluit æquitas, ex qua mouetur *Andr.* vbi supra, vt aliquã partem pretij, quo feudum novum fuit emptum haberent secundogeniti, quia si emptum non fuisset, hoc pretium, 30 reperissent in hæreditate, in qua omnes succederent, quæ æquitas in casu nostro cessat, quia iam ipsi in burgenfatico hæredes instituti fuerunt, & tantò magis, quia hæc functiones fiscales venerunt in hæreditatem ratione feudi de Martano, & Calimera, quæ erant feuda, in quibus nullam partem secundogeniti habuissent, tum etiam quia hæc doctes fuerunt solutz Dominæ Sarre super introitibus Peschi Pagani, quod est feudum antiquum, totum spectas ad primogenitum, & sic opinio hæc iure fundatur, sed etiam pro se habet magnam æquitatem.

Alia etiam ratione mouebat Ego pro hac opinione, quia hæc functiones fiscales, de quibus nunc agitur, non sunt illæ datæ in solutum Domino Michaeli per Manilium Buccali, quia erant super Terram prædictam, & Sua Maiestas Cæsarea illas eripuit à manibus, & dominio Domini Michaelis, & in eius excambium, seù in vim permutationis dedit ei totidem introitus functionum fiscalium super Ciuitate Muri, & de illis nunc agitur, quæ non erant in patrimonio dicti Michaelis tempore eius mortis, quia illæ per Regiam Curiam captæ erant, & in earum excambium erant datæ functiones super Ciuitate Muri, istæ ergò non possidentur titulo emptionis, seù dationis in solutum, quæ vim emptionis obtinet, vt supra dixi, sed illas possidet titulo permutationis, qui est contractus de per se, & contractus innominatus, & non habet vim emptionis, vt est *sec.* & ibi *Bar. & Ias. in l. Lucius, ff. de rerum permutationibus.*

Et si diceretur, quòd in excambium illarum pecuniarum functionum fi-

scialium datæ erant istæ secundo loco, ergò debet introire in eundem locum, & causam, vt dicantur etiam haberi illo primo titulo dationis in solutum, prout à Manilio Buccali datæ fuerunt, dico, quòd imò quando vna res data est per Regem alicui in excambium alicuius feudi principaliter per viam contractus excambij, seù permutationis, quod idem est, non subintrat in locum illius primi feudi, imò si hæc res, quæ datur in excambium alterius feudi, non datur in feudum, non erit feudum, vt dicit *Andreas in cap. 1. cap. si verò probatur, de controvers. inuestr.* & ibi benè declarat *Loffred.* idem tenet *Iacob. de Agello in tract. de adob. & releuo, in verbo excambium*, qui dicit, quòd hæc est communis opinio, facit quod similiter de eo, quod datur pro transactione, dicit *Andreas in cap. 1. S. si vasallus, colum. penult. & fin. si de feud. defunc.* in casu nostro licet nõ succedant hæc vltimæ functiones fiscales in locum primarum, sed habentur titulo particulari permutationis, tamen fuerunt expressè datæ in feudum, & sic fuerunt vt feudales in patrimonio Domini Michaelis ex nouo titulo, & noua causa, & non ex illo primo titulo dationis in solutum.

Est etiam animaduertendum, quòd licet Regia Curia ceperit exactionem harum functionum fiscalium, vt eas pro salario triremium Domini Antonij de Auria consignaret, & dedit in excambium earum alios ducatos quingentum super Dohana Menepecudum Apuleæ, non tamen eripuit animo auferendi dominium dictarum functionum à dicto Fabio, sed solum exactionem, & perceptionem, quia prouisio Illust. Proregis, & Collateralis Consilij ita expressè dicit, quòd nihil intelligatur esse innouatum circa eorum privilegia, quæ remaneant in suo robore, & efficacia, donec aliter fuerit prouisum per Suam Maiestatem, vel per dictum Illust.

lust. Proregem, quę verba sunt suspensiva ad tempus solum respectu exactionis, prout illa prouisio loquitur iuxta notata per *Bart. de istis dictionibus, donec, quousque*, & similibus in *l. fin. S. fin. ff. ad Tertull. & Arstin. in l. si quis posthum. S. si filium, colum. 2. & 4. ff. de liberis, & posthum.* benè dico, quòd postquā dominium harum fiscalium functionum remanet, & remanet hodiè penès eundem Fabium, & solum earum exactio, & fructus sunt capti per Regiam Cameram, in quorum excambium fuerunt dati totidem fructus super dicta Regia Dohana Menepecudum, isti fructus erant feudales, quia succedunt in locum illorum, qui percipiuntur per Regiam Cameram à dictis functionibus fiscalibus, vt per *Andr. in tit. quę sint regalia, in verbo & plaustrorum*, & meliùs declarat *Loffred. in d. cap. si verò, de controu. inuestit.* & ibi refert, quòd ita aliàs fuit iudicatum per Regiam Curiam in causā Pauli de Sangro, qui loquitur in casu simili huic nostro casui, idem * declarauit Regia Camera in casu nostro, quę fecit soluere releuium istorum introituum Regiæ Dohanæ per mortem Domini Michaelis eius patris, & soluit etiam adoham, & ita, ut supra fuit votatum in fauorem dicti Fabij per omnes DD. Regentes dictam Regiam Cancellariam, & per totum Sacrum Consilium Capuanæ, prout aliàs per idem Consilium fuit * decisum, dempto D. Bermudez dicti Sacri Consilij Consiliario.

S V M M A R I A

- 1 *Antepbatum, siue donatio propter nuptias non compensatur cum legato factò per virum uxori, & decisio ponitur sub num. 7.*
- 2 *Tex. in l. si cum dotē, S. si pater, ff. solut. matrim. & tex. in l. vnica, S. se-*

cundum, C. de rei vxor. action. circa cōpensationem legati, & antephati, siue donationis propter nuptias, concordantur.

- 3 *Donatio propter nuptias constituta secundum leges dicitur debitum legale, secus quando est constituta, non secundum leges, sed ex voluntate, quia dicitur debitum voluntarium.*
- 4 *Tex. in authent. dos data, C. de donat. propter nuptias, declaratur.*
- 5 *Vxor mortuo viro quando efficiatur usufructuaria, vel proprietaria donationis propter nuptias, declaratur.*
- 6 *Filij in donatione propter nuptias succedunt vt filij, non vt heredes, nisi aliter sit dispositum in capitulis matrimonialibus.*
- 7 *Mariti hodiè ex generali consuetudine Italia non coguntur, neque tenentur constituere donationem propter nuptias, siue dotarium vxoribus.*
- 8 *Valor monete aucta in presio tantum, non autem mutata in forma, neque in materia, attendi debet tempore contractus, non autem solutionis.*
- 9 *Qualitas vita durante, vel donec vixerit, vel quotannis super fructibus, apposta in legato, quando censeatur repetita, & faciat legatum annuum, ponitur.*
- 10 *Legatum super fructibus feudi, vel super statu feudorum an valeat sine assensu, & concluditur, valere in actione personali contra possessorem feudi, & nam. 11. vbi decisio.*
- 12 *Fœmina pendente solutione paragij possunt petere alimenta, non autem fructus paragij.*
- 13 *Vita, & militia quomodo, & quanta fuit taxata, refertur, & ponitur decisio, & sub num. 15. & refertur secundum legitimam pro numero filiorum.*
- 14 *Actio hypothecaria pro vita, & militia contra possessorem feudi competit secundogenito, & decisiones referuntur.*
- 16 *Dos legata filia, & ea mortua, nondum nupta an spectet ad eius heredes, vel caducetur, & concluditur, quòd transf.*

*transmittitur adhibita declaratio-
ne.*

- 17 *Famina non dum nupta, & mortua
an transmittat ad hæredes para-
gium sibi debitum super feudalibus,
sed non constitutum, & concluditur,
quod transmittatur.*

ARGUMENTVM.

Legatum an, & quando dica-
tur factum animo compen-
sandi antephatum, & an,
& quando attendatur tem-
pus contractus, vel tem-
pus solutionis, si mone-
ræ valor fuerit immutatus.
Legatum quando dicatur
annuum, & an valeat, si
fuerit factum super fructi-
bus feudi absque assensu.
Quæ actiones competant
pro legato, Et an actio hy-
pothecaria datur contra
tertios possessores pro vi-
ta, & militia. Quomodo
taxatur vita, & militia, Et
an, et quando legatum re-
lictum pro dote transmit-
tatur ad hæredes.

Decisio 58. volum. 4.

IN causa Illustr. Ducissæ Ca-
strouillarum cum Illustr. Du-
ce Castrouillarum eius pri-
uigno in compromisso inter eos ini-
to fuerunt multa dubia, quæ non
potui scribere ob breuitatem tem-
poris, solum nunc fuit dubitatum,

an antephatum, seu donatio pro-
pter nuptias factum, & constitu-
tum ab eius viro Duce Castrouil-
larum mortuo, compensetur cum
quibusdam legatis relictis per di-
ctum Ducem in suo testamento dicte
Ducissæ eius vxori.

- 2 Primò videtur, quod sic, quia
testator legando suæ vxori videtur
reliquisse animo compensandi cum
donatione propter nuptias, iuxta
*textum in leg. si cum dote, S. si pa-
ter, ff. solut. matrimon. vbi late
notant Doctores omnes, & in
authentic. præterea, vbi Alexand.
Aretin. & Iason, C. unde vir, &
vxor, licet textus in leg. unica, S.
secundum, C. de rei vxor. action.*
dicat contrarium, quod si vir le-
gat vxori, non videtur legare ani-
mo compensandi cum dote, sed
vxor consequitur vtrunque, ad idem
est *textus in leg. creditores, ff. de
legat. 2. & in leg. creditorum, C. de
legat. & licet Doctores omnes ibi-
que, præsertim in dicto S. si pater,
& in dicta authentic. præterea* fa-
tis laborent circa concordiam isto-
rum iurium, tamen opinio Barto-
li in *S. si pater*, tam ibi, quam
in *dicta authentic. præterea* est, quod
si debitum est merè legale, & ne-
cessarium ex legis dispositione pro-
ueniens, vt est in *dicto S. si pater*,
tunc censetur factum legatum ani-
mo compensandi, quia nemo in
necessitate liberalis existit, si verò
debitum est voluntarium, tunc le-
gatum non censetur factum animo
compensandi, & hoc modo lo-
quuntur dicta intra supra in con-
trarium allegata, idè cum Illust.
Dux Castrouillarum non esset de-
bitor ex legis dispositione, sed ex
causa donationis propter nuptias,
quæ est inducta ex legis dispositio-
ne ipso iure absque facto hominis,
vt est *textus in authentic. dos data,
C. de donat. propter nuptias*, ergò le-
gata

gata facta à dicto Duce suæ confor-
 ti, & vxori, non censentur facta ani-
 mo compensandi, Ego tamen credo,
 hoc non esse verum in casu nostro,
 quia hæc donatio propter nuptias
 facta à Duce Castrouillarum eius
 vxori, censetur esse debitum vo-
 luntarium, & ortum ex contra-
 ctu, & non ex legis dispositio-
 ne, quod apparet, quia ita fuit con-
 uentum in capitulis, & sic oritur
 actio ex contractu, & ex promif-
 sione, at in casu *authentic. dos data*
 4 nihil fuit promissum, sed lex di-
 sponit, quòd dos data meretur do-
 nationem propter nuptias, imme-
 diatè quando dos est data ab
 vxore, tunc ipso iure lex vult, quòd
 censetur constituta à viro dona-
 tio propter nuptias, æqualis in om-
 nibus doti, & in quantitate, in
 modo, & in tempore, & in alijs,
 sed in casu nostro secus est, quia
 hæc donatio propter nuptias à
 Duce promissa Ducissæ suæ vxori
 est minor in quantitate, quia est
 solum ducatorum auri quinque mil-
 le, & tamen dos erat vltra ducatos
 centum mille, & sic inæqualis in
 5 quantitate, idem in qualitate, quia
 ex legis dispositione vxor mortuo
 viro non efficitur domina dona-
 tionis, sed tantum vsufructuaria,
 vt est *textus in authentic. in dona-
 tione, C. de secund. nupt.* & tamen
 in casu nostro Domina Ducissa sta-
 tim effecta est domina donationis
 propter nuptias, imò censetur pu-
 ra donatio facta, & præsumitur fa-
 cta in pretium amissæ pudicitie,
 per *textum in leg. res vxori, C. de
 donation. inter vir. & vxor.* quem
 Baldus dicit esse notabilem ad hoc,
 vt apparet per instrumentum ca-
 6 pitulorum, item in donatione pro-
 pter nuptias omnes filij succedunt
 vt filij, & non tanquam hæredes,
 vt est *textus in authentic. lucrum
 hoc, C. de secund. nupt.* tamen in ca-

su nostro acquiritur donatio pro-
 pter nuptias filijs Ducissæ, & hæ-
 redibus, vt est dispositum in
 capitulis, & sic vides, quòd hu-
 iusmodi donatio propter nuptias
 promissa à viro vxori suæ, est omni-
 nò diuersa ab illa, quæ à lege di-
 sponitur, ergò non est idem, vt est
*textus, & ibi Baldus in leg. ius civile,
 ff. de institution. & substitution. notat
 Bartolus in l. 1. in princip. vbi omnes
 Doctores, præsertim Alexand. ff. ad
 leg. falciid.* vbi si statutum disponit
 idem, quòd ius commune, erit noua
 dispositio statutaria, & orietur actio
 ex statuto, quantò magis erit noua,
 si aliquid addit iuri communi, vt
 in casu nostro, & quòd ad terminos
 non attenditur causa originaria, sed
 causa proxima, & immediata, vt di-
 cit *Imol. in dicto S. si pater*, vbi di-
 cit, quòd non debet attendi causa
 originaria, & *Iason in dicta authent.
 prætereà, colum. 2.* vbi dicit, quòd at-
 tendi debet causa proxima ad indu-
 cendum debitum necessarium, vel
 voluntarium, & sic in casu nostro
 fuit in voluntate viri promittere do-
 nationem propter nuptias, in modo,
 in qualitate, in quantitate, & in alijs,
 & sic debitum erat voluntarium, imò
 7 hodiè ex generali consuetudine Ita-
 liæ non cogitur, neque tenetur vir
 constituere donationem propter nu-
 ptias, vel si vult minus constituere,
 vt tenet *glos. in authentic. equali-
 tas, C. de pactis conuentis, & Bal-
 dus in dicta authentic. dos data,
 colum. 1.* *Andreas de Isernia in Con-
 stitution. Licentiam, in principio*, vbi
 dicit, quòd dotarium debet con-
 stitui, & si non est constitutum,
 non debetur, *colum. 3.* dicens, *no-
 ta, quòd non habent necesse feuda-
 tary constituere dotarium, sed pos-
 sunt, si velint, & sicut volunt, nec
 debetur mulieri, si non sit constitu-
 tum, idem Baldus in leg. ex mente,
 C. de pact. conuent.* vbi dicit, quòd se-
 cun-

eundem consuetudinem non immineret illa necessitas, & in *l. si constante, C. de donat. ante nuptias, in verbo ibi interdum*, vbi dicit, nota valere contractum dotis sine donatione propter nuptias, vt est consuetudo hodiè in tota Italia, & ibidem in alia lectura dicit, quod præceptum Authenticarum de consuetudine non seruatur, idem dicit *Salicetus in dicta authentic. aequalitas*, quod hodiè per consuetudinem derogatur, quia vel nulla datur donatio, vel minus, & *Guido Papa decisio. 565. si igitur hoc debitum est voluntarium, & non necessarium, omne motuum cessat, tantò magis quòd in terminis nostris ita consuluit Baldus in consil. 58. in restitution. in secundo volum. Hispan. Io. Lopez in rubric. de donation. inter vir. & vxor. in §. 27. fol. 23. & Iason in consil. 124. in 4. volum. ex quibus breuiter concluditur, Dominam Ducissam posse petere & legata, & dictam donationem propter nuptias, & idèd fuit condemnatus*

* *Illustr. Dux ad soluendum dictos ducatos auri 5000. pro tali donatione propter nuptias.*

8 Et quia fuit æstimatio ducatorum auri in hoc Regno alterata, & augmentata, quia tempore, quo fuerunt facta, & inita capitula matrimonialia ducatum auri valebat carolenis vndecim cum dimidio, nunc autem valet carolenis duodecim cum dimidio, fuit dubitatum, an deberentur ducati vt valebant tempore contractus, an verò vt valent nunc tempore solutionis, fuit

* *decisum, quòd attendatur tempus contractus, & non tempus solutionis, quando moneta non est mutata neque in materia, neque in forma, sed tantummodò in valore, licèt sint opiniones Doctorum varix, tamen ista est opinio vera, & communis, vt habetur per Baldum in leg. cum quid, ff. si cert. petat. & latius per Franciscum Curtium in re-*

petit. dicta legis, quæ nunc intitularur tractatus monetarum, in tertia quaestione, vbi latè, & optimè, idem

* *fuit decisum per Afflictum in decision. Sacri Regij, Consilij 194. solum, aurem Dux fuit condemnatus in ducatis 5750. prout erat valor tempore capitulorum matrimonialium.*

9 Fuit etiam dubitatum in prædicta causa, an teneat legatum ducatorum quingentorum debitorum, dictæ Ducissæ super fructibus totius Status, cum dicatur, item lego Ducissæ consorti carissimæ Terram meam Roccæ Pimontis durante sua vita, & ducatos quingentum super fructibus totius Status. Primò dubitatur, an hoc legatum sit annuum, vel vnicum censeatur, vt est *text. in l. Seia, S. Caio, ff. de fundo instruct. & instr. legat. & ibi latè Bartolus, glos. est in leg. auia, ff. de condition. & demonstration. repetita illa qualitas sua vita durante, quod facit, vt tale legatum annuum reputetur, vt est *textus in leg. legatum ita, ff. de ann. legat. & licèt Bartolus ibi dicat, quòd est in illo casu speciale fauore dotis, tamen idem Bartolus in leg. qui concubinam, S. vxori, ff. de legat. 3. tenet indistinctè per illum textum, quòd appositis illis verbis, donec vixeris, vel similia, erit in omni legato legatum annuum, Imola in leg. qui hoc anno, in fine, ff. de verbor. obligation. Alexand. in addition. ad Bartolum in dicta lege legatum, Bartol. & Alexand. in leg. cum, qui, S. ita, ff. de verbor. obligation. & est communis opinio, vt ibi dicit Alexand. pro hac opinione facit *leg. fundi Trebatiani, de usufruct. legat. ad idem est textus in leg. defuncta, S. penultim. & final. ff. de usufruct. & ibi glos. vbi si lego Titio sextam partem fructuum quotannis fundi, censeatur legatum esse annuum, nisi contrarium ab hærede probe-***

10 Sed maior difficultas est in casu nostro, an hoc legatum valeat, cum sit factum super fructibus feudi sine assensu, certum est enim, quod feudum, vel eius pars, vel fructus non possunt absque assensu Regis alienari, *cap. imperialem*, vbi late *Andreas de prohibita feud. alienat. per Federicum, in cap. primo, S. donare, qualis olim feud. poter. alienar. & in Constitutione Constitutionem diuina memoria*, & per consequens non poterit feudum obligari, *leg. final. C. de rebus alienis non alienand. quia dictio super inducit hypothecam, leg. codicillis, S. instituto, vbi Bartolus, ff. de legat. secundo, leg. fundus*, vbi optimus *textus*, & ibi *Bartolus, ff. de annuis legatis, Iacobus de Sanct. Georg. & glos. in authentic. sacramenta puberum, C. si aduersus vendition. & per hypothecam inducitur ius in re, leg. eos, C. de pignor. & glos. in dicta Constitutione Constitutionem dicit*, quod feudum non potest sine assensu hypothecari, & quod concessio annua non valet in feudo de fructibus absque assensu, tenet *Ioannes Blantibus in sua summa, in secunda parte, sub titulo quibus modis, & in quibus casibus feudum amittatur*, & ibi *Cardinalis, column. 1. versicul. item nunquid, & Boer. in sua decis. 66.* vbi pluribus modis comprobatur.

Et dubium mihi videtur, an illa intelligentia sit vera, quod intelligatur facta concessio super fructibus à solo separatis, quia hoc primò est supplere, & poterat exprimi à testatore, si non expressit videtur neglectum, *leg. apud Labeonem, ff. de iniur. tum maximè, quia poterat dicere, lego ducatos quingentum de fructibus, vel ex fructibus, quo casu intelligeretur de fructibus redactis à Statu, & sic à solo separatis, vt est textus in dicta leg. defuncta, S. penultim. & final. ff. de usufruct.* si autem dicit, super

fructibus totius Status, & sic perinde est, ac si diceret, obligo omnes fructus totius Status pro ducatis quingentum annuis, quos lego vxori meæ, vt est *text. in l. fundus*, & ibi notat *Bartolus, ff. de ann. legat.* Sed pro alia parte facit, concedendo omnia supradicta esse vera respectu iuris indicti super feudo, seu in eius introitibus feudi, & ideò quod si Ducissa vellet agere actione hypothecaria super feudo, vel fructibus eius non separatis à solo, non posset per supra allegata, sed non video, quin saltim sit inducta actio personalis contra Ducem pro legato, pro quo consequendo tres actiones competunt, scilicet personalis, hypothecaria, & realis, *leg. prima, & secunda, C. commun. de legat. S. in nostra, Institution. de legat.* notant omnes *leg. prima, ff. de legat. primo*, hoc feudum, de quo agitur est hereditarium, in quo filius, qui in eo vt hæres succedit, & aliter in eo succedere non potest, vt notat *Andreas in cap. primo, an agnatus, & in pluribus alijs locis, Loffredus in consil. primo*, quod tenetur ad debita, & legata contracta, & relicta per defunctum, *Andreas, & Loffredus vbi supra, Andreas in capitulo imperialem, in fine principij, de prohibita feud. alien. per Federicum, Aluan in cap. 1. de successione feud. & Afflictus in dicto capit. imperialem, column. tertia*, quia si non potest acquiri ius in re, saltim acquiritur actio personalis, *leg. tutela, S. final. ff. de aliment. & cibarij legat. & leg. Caius, ff. de ann. legat.* vbi *glos. & Bartolus*, ergò dum in testamento dicitur, lego ducatos quingentum vxori meæ super fructibus totius Status, debet intelligi super fructibus à solo separatis, sicut dicit *textus in dicta leg. defuncta, S. penultim. in fin. ff. de usufruct.* vbi in *versicul. non usufructum, sed ex eo, quod*

reda-

reddendum erat, &c. tunc etiam quia si Nos præsupponimus ratione illius dictionis *super* quod sit inducta, actio hypothecaria, ergo prius erat orta personalis, quia à principio nõ potest oriri actio personalis, licet ex post facto possit sine ea manere, vt declarat *Aretin. in l. Pomponius, S. fin. colum. 1. ff. de acquir. possess.* vt habetur in *l. fideiussor, S. final. ff. de fideiuss. & in l. usura, ff. de pignor. Imol. in l. si constante, in princip. col. pen. ff. solut. matrim.* si igitur fuit orta actio personalis pro legato, licet hypothecaria non teneat *super feudo sine assensu*, remanebat personalis, rãquam principalis, & valida, quia ipsa principalis, & non hypothecaria cum ab accessorio non regulatur principale, sed benè è contra, vt notat *Aretin. in l. aduersus, C. de furt. & benè Innoc. in cap. ex parte, de concess. prab.* vbi dicit, quod rupto principali censetur ruptum accessorium, non sic è contra, quod rupto accessorio censetur ruptum principale, facit quod optime dicit *Aretin. per illum tex. in l. si actor, ff. de iureiurand.* quod obligatio principalis potest esse sine accessorio, ergo non valet ista consequentia. Ego non sum obligatus ex causa accessoria, ergo non sum obligatus ex causa principali, ex quibus omnibus concludo, Ducem esse obligatum, actione personali ad soluendum dictum legatum ducatorum 500. singulis annis durante vita dictæ Ducissæ
 * eius noueræ, & ita fuit conclusum, per omnes Compromissarios, vt dictus Ill. Dux condemnetur in actione personali.

12 Fuit etiam petitum pro parte aliarum filiarum quondam Ioannis Andreæ Caraccioli, tunc Baronis Mesurachæ, quod à tempore mortis eorum patris, quo tempore Dux Castrouillarum fuit eorum Balius, dentur eis fructus pro eorum paragijs debitis in omnibus feudis earum.

patris, tamen ipsæ dum petunt fructus, non benè agunt, sed debuerunt petere alimenta, iuxta *tex.* valde notabilem, & ibi notat *Bald. in l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. debet.* per quem *tex. Bald.* ibi notat, quod si statuto cauetur, quod stante masculino foemina non succedat, sed à masculino dotetur, debet interim frater sororem alimentare, & ita *Socin.* latè hoc tenet, & prosequitur in *conf. 53. colum. 3. & 8. in 4. vol.* vbi vult, quod etiam si soror fuerit alimentata ab alio, quàm à fratre, poterit nihilominus petere alimenta præterita à fratre suo, tamen in casu nostro fuit dictum, quod Dux debet absolui, quia huiusmodi sorores fuerunt nutritæ, & alimentatæ à Duce, vt est benè probatum in processu, & Dux successit in locum eius vxoris, quia totum feudum fuerat datum in dotem, adeò quod illud ius alimentandi, quod competebat Ducissæ, vt primogenitæ, & succeditrici totius Status, postquam illas sorores alimentauit, nõ procedit petitio, & ita fuit Illust. Dux absolutus ab hac petitione.

13 Fuit etiam dubitatum in hac causa, quomodo debet taxari vita, & militia fratrum secundi matrimonij, quæ debetur ex fructibus feudi, in quo succedit primogenitus, quod feudum licet non sit hypothecatum pro vita, & militia, attenda *Constitut. Regni Comitibus*, licet ibi habeatur, quod vita, & militia sit onus feudi, tamen hodiè per *Capitulum Regni Alienationis actus* bona feudalia sunt obligata pro vita, & militia, &

14 potest secundogenitus agere actione hypothecaria contra tertios possessores feudi, vt fuit pluries conclusum, & decisum in Regia Camera in causa D. Ioannis Michaelis Saraceni filij quondam Baronis della Torrella, idem in causa Marci Antonij

15 Guarino, & in alijs pluribus, redeundo nunc ad propositum fuit decisum

sum, quod vita, & militia taxetur pro modo legitimæ, quia sic determinat *Andr. in d. Constitutione Comitibus, colum. 2.* vbi dicit, quod debet taxari vita, & militia, sicut paragiū, vt habeat minor tertiam partem partis suæ, in qua succederet, hoc intellige quando sunt quatuor filij, vel pauciores, si verò essent quinque, vel plures, tunc erit semis illius partis, quam haberet, & in qua succederet ab intestato, vt in paragio dicit idem *Andr. in Constit. In aliquibus, in final. concl.* ibi, dum dicit, vltra verò suam portionem, quantum scilicet est si succederet pro medietate, vel tertia considerato numero filiorum, & sic vult ibi *Andr.* quod paragiū debetur, prout legitima, iuxta *authen. nouissima, C. de inoffic. testam. & in corpore, vnde dicta authen. sumitur*, videlicet, quod si sunt quatuor filij, vel pauciores, sit legitima tertia pars eius, quam quis haberet, si ab intestato succederet, si verò sunt plures, puta quinque, vel vltra, sit semis illius partis, in qua ab intestato succederet, & ita ibi dicunt omnes Doctores, & in *l. plane, S. si duobus, ff. de legat. 1.* & ita fuit taxata vita, & militia, habita consideratione ad nouem filios, quos tam masculos, quam feminas reliquit dictus Dux, etiā quod esset vna nupta, etsi nō admitteretur ad partem, bene facit partem, vt notant *Bart. Alex. Iason. & omnes in d. S. si duobus*, & posui latè in quadam mea decisione in principio, quando fui effectus Præsidentis in Reg. Cam.

16 Fuit etiam dubitatum in hac causa, quia dictus Dux reliquit Andriæ eius filix ducatos 8000. pro eius dote, quæ mortua fuit antequam nuberet, an hoc legatum transmiserit ad hæredes, puta ad matrem suam, & fratres, iuxta *tax. in authen. defuncto, C. ad Tertull.* ista est alta quæstio, & in ea sunt varij Doctores, non intendo eam aliter disputare, quia non

adeest mihi tempus, *Bartol. in l. Titio centum, S. Titio, ff. de leg. 2.* quādo mouet hanc quæstionem, & determinat, quod hoc legatum tanquam conditionale non transmittitur, per *tax.* vbi idem tenet ibi *Imol. & Paul. de Castro in l. Sancimus, C. de nupt. Paul. de Castr. & Ias. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. Paul. in authen. nouissima, C. eod. tit. & Aret.* licet clare non firmet in *conf. 43. Bald. in l. generaliter, la 2. C. de Epist. & Cler.* vbi latè, & plènè alij Doctores, quos refert *Loffredus in conf. 26.* contrariam opinionem, quod hoc legatum sit purum, & transmittatur ad hæredes si decedat, antequam nubat filia, tenuerunt *Riccard. Malumbr. Bald. & Salic. in d. l. Sancimus*, idem tenet ibi *Alber.* latissimè disputans articulum, & refert *Dynum*, ita tenuisse in quadam sua disputatione, *Imol. in l. final. ff. de condit. instit.* Idem *Ioannes Andr. in rubr. de testibus, in addit. ad Specul. in vers. scire debes, Alber. in suo tract. Statut. quest. 305.* aliàs in *2. par. quest. 104.* & latè *Alex. conf. 55. in 2. volum. & Angel. in S. fuerat, Instit. de act. & resoluendo*, & non disputando, dico primò, quod si loquimur in meris terminis iuris communis, circumscripta omni statuti dispositione, si pater in suo testamento legat filix suæ centum pro dote, hoc legatum quatenus est infra legitimam erit purum, & statim poterit peti, & ad hæredes si antequam nubat, moritur, transmittitur, quia quoad legitimam omne grauamen, & dilatio tollitur, *d. l. quoniam in prioribus*, & ita hoc casu tenent communiter Doctores in locis supra allegatis, & ea res non habet dubium, quia hic non potest cadere illa ratio, quod statutum potest tollere, vel minuere legitimam, quia cum non adsit aliquod statutum, sed solum sumus in mera testatoris dispositione, vanum est disputare de hoc casu, cum testator quoad legiti-

mam

nam non potest disponere, neque in totum tollendo, neque in partem diminuendo, neque in re, neq; in tempore, vt in *l. omnimodo*, & in *l. quod nuper*, & in *l. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* & miror valdè, quomodò *Bart.* teneat contrarium in *d. S. Titio*, in 2. colum. ibi in *vers. sed in patre*, in extraneo autem, & in illo, qui non tenetur de iure relinquere legitimam, prout excedit legitimam, legatum erit conditionale, & non transmittitur, vt per *Bart. in d. S. Titio*, in 1. & 3. colum. si verò Nos loquimur in terminis statuti, videlicet, quòd stantibus masculis filia non succedant, sed debent dotari à fratre, & sumus in burgenfaticis, in quibus debetur legitima filiabus, & secundum magis communem opinionem, vt non potest in totum tolli, nec in parte minui, & notant communiter *Canonista in cap. Raynaldus, extra de testamens.* tunc dico, vt in præcedenti conclusione, quòd legatum, prout est intra legitimam erit purum, quia statutum non tollit, neque intendit diminuere legitimam, imò hoc in casu dos succedit loco legitimæ, vt omnes Doctores supra relati tenent, & idè transmittitur ad hæredes tale legatum, cõtrà opinionem *Bart.* quia hæc opinio est verior, & magis communis, & in se habet magnam æquitatem, quia non solum esset auferre partem legitimæ, sed totam tollere, quia moriente filia antequam nuberet, in totum priuaretur legitima sua, quia nihil ad suos hæredes transmitteret, vt considerat *Bald. in d. l. sancimus, C. de nupt.*

¶ 7 Tertius casus est, & magis dubius, quid in feudalibus, si est exclusa à successione feudi mulier, debet tamen à fratre dotari, vt in *Constit. In aliquibus*, & hoc casu si antequam dotetur, moriatur, trãsmittit ad suos hæredes dotem, saltim vsque ad legitimam, dubium in hoc casu facit, quia in feudis non consideratur le-

gitima, si non consideratur legitima, & in feudo non debetur, sed solum per statutum debet dotari soror, quòd si moriatur antequam dotetur, vel nubat, non transmittat legitimam, non quia non debetur, vt supra dixi, & in feudis dos nequaquam, quia nondum fuit constituta, neque matrimonium contractum, & dos sine matrimonio esse non potest, *l. fin. C. de donat. ante nupt.* tamen adhuc Ego credo in hoc casu legatum esse purum, prout est infra dotem, quia licet in feudo, vel ex feudo non competat legitima in feudis dignitatum, & indiuiduis, tamen per hæredem debet solui legitima in pecunia, ita tenet *Guid. Pap. in dec. 476. & in decis. 487.* & sic hoc casu dos succedit loco legitime, hanc opinionem clarè tenet *And. in d. Constit. In aliquibus, col. 2. ibi*, dum dicit, nam paragium est portio, quã habet de bonis paternis, quam habere debet sine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum subsidij, *l. quoniam, C. de inoffic. testamens. ibi idem, colum. 4.* & paragium dotis fit pro portione legitimæ sororis, & sic non astringitur pactione, clariùs hoc dicit in *colum. 10. vers. dis quod in legato*, vbi expressè dicit, quòd in paragio, seu legato paragij non est sicut in legato dotis, in quo requiritur, quòd illa nubat, sed in hoc legato non est sic, quia non est merè legatum hoc paragium, imò debetur filia vigore *dictæ Constitutionis*, sicut portio hæreditatis, quia repellitur à successione, & est loco legitimæ portionis debitæ iure naturæ, vndè quãdo est hæc portio paragium, est eiusdem iuris, sicut legitima, & sine onere debetur liberè, *d. l. quoniam, C. de inoffic. testamen.* & sic vult ibi *Andr.* quòd hoc paragium est loco legitimæ, à qua omne grauamen deducitur, & per consequens transmitteretur, vt latè concludit *Loffred. in d. constit. 26.* qui articulum latissimè, & ad partes disputat, & tandem concludit.

dit, quod legatum dotis, seu paragi, prout est infra legitimam erit purū, & per consequens trāsmiffibile; cū igitur in casu nostro habeamus *And. & Loffred.* Doctores Regnicolas peritissimos, nō est ab eorum opinione * discedendum, & ita Nos omnes determinauimus, quod dicta soror mortua transmiserit hoc legatum dotis, non integrum, sed prout intrat paragium liquidatū in ducatis quinque mille ad suos hæredes.

S V M M A R I A.

- 1 Fatalia omnia currunt per lapsum quinquennij.
- 2 Fatalia currunt non obstante impedimento tertij, & declaratur.
- 3 Fatalia currunt impedito, si non adit Iudicē pro remouendo impedimento.
- 4 Fatalia quando currunt aduersus nullitates oppositas aduersus sententiam.
- 5 Renūcians uni remedio ex duobus, non censetur renunciare alteri.
- 6 Fatalia decursa aduersus sententiam per lapsum biennij, vel triennij non dicuntur decursa aduersus nullitates sententia.
- 7 Appellatione, & nullitate opposita, prius debet cognosci de nullitate, & deinde de appellatione parte opponente.
- 8 Nullitas aduersus sententiam potest opponi incidenter, & principaliter, & opposita incidenter non prohibetur opponi principaliter.
- 9 Appellatio & si iniusta, & indebita, si fuerit admissa, debet expediri.
- 10 Indultus plenissimus restituit etiam personas delinquentes non exceptuatas.
- 11 Vita, & militia per rebellionem secundogeniti an per cap. Regni Neapolitani trāseat ad Fiscum, vel consolidetur primogenito, & nu. 12.
- 12 Ususfructus per rebellionem ususfructuarij extinguitur, & nō transt ad Fiscum.
- 13 Vita, & militia ius extinctum per rebellionē reuiuiscit per restitutionem generalissimam, & nu. 18.
- 14 Dominium amissum per rebellionem, lata sententia non acquiritur Fiscu sine traditione.
- 15 Rebellionē commissa, & non ad huc probata, dominium rebellis transit in Fiscum, sed reuocabiliter, quod declaratur.
- 16 Proprietate legata usufructuario extinguitur usufructus, qui deinde reuiuiscit recuperata proprietate per heredem testatoris legantis.
- 17 Regula, quod actiones semel extincta nunquam reuiuiscant, declaratur.
- 18 Restitutio quando extendatur ad bona alienata per contractum, vel per sententiam, vel delictum, vel ipso iure, declaratur.
- 19 Clericus non dicitur committere rebellionem respectu Principis secularis, & an in crimine lese Maiestatis, declaratur n. 30. 31. & seqq. ad fin.
- 20 Clericus conspirans contra Dominum temporalem degradatur.
- 21 Clericus ratione feudi est subiectus Domino, a quo feudum tenet.
- 22 Vita, & militia non est feudum, nec pars feudi, num. 26. & 29. & debetur Clericis, etiam constitutis in sacris, & ita sapius iudicatum.
- 23 Secundogenitus tenetur coadiuuare fratrem primogenitum seruientem Domino.
- 24 Vita, & militia datur secundogenitis ratione exclusionis a feudo.
- 25 Vita, & militia non transmittitur ad heredes.
- 27 Adopā non soluitur pro vita, & militia.
- 28 Vita, & militia non diminuitur ob reuoluum.
- 29 Iuramentum fidelitatis non praestatur a secundogenito ob vitam, & militia.
- 30 Dominium per rebellionem non amittitur ipso iure, sed per sententiam, & num. 32. 36. 37. & 38. secus per felloniam, ut ibi.

- 31 *Tex. in l. nullum, C. de testibus an procedat in delictis Clericorum, declaratur.*
- 33 *Clericus feudatarius committens feloniam, siue rebellionem priuatur tantum feudo per Dominum temporalem, & num. 35.*
- 34 *Liber, in quo notantur homagia, siue iuramenta uasallorum quando faciat fidem.*
- 35 *Testes examinati inter diuersas personas an probent inter alias.*
- 38 *Dominium non amittitur ipso iure per feloniam, scilicet per crimen lese Maiestatis.*
- 39 *Cap. Nuper apud Tranum, & Bona damnatorum loquuntur in proditore Regis.*
- 40 *Clericus ratione feudi non potest committere rebellionem, & declaratur.*
- 41 *Rebellio differt à crimine lese Maiestatis.*

Deciso 11. vol. 5.

IN causa vite, & militie N. cum Regio Fisco, & Comite Torellæ, quia sumus in causa reuisionis, & reclamationis, fuit pro parte dicti D. Ioannis Michaelis dictum, causam appellationis esse desertam, quia nedum fuit elapsus annus, & biennium, sed etiam sunt ferè quinque anni à die interpositæ reclamationis vsq; ad tempus, quo incœpit Comes agere, & reclamationem introducere, quo casu omnia fatalia sunt decursa, *Clem. sicut, de appell. authent. ei, qui, C. de tempor. appell. Rota decis. 102.* & Fiscus opponit, quòd ideò non egit, quia sententia lata in fauorem dicti D. Ioannis Michaelis nò erat exequuta, & creditores Terræ Torrellæ agebant contra D. Ioannem Michaellem ad impediendam exequutionem, & ipse semper instabat, quòd nullatenus procederetur in causa reclamationis, nisi prius integraliter exequuta sententia, stante hoc impedimèto dicit Comes, quòd fatalia non currunt, & est præsupponendum, quòd hæc sententia erat ià exequuta hoc modo, videlicet quia pecunia erat deposita penès Bancum Cosmi Pinelli ad ordinationem Regiæ Cameræ, & creditores instabant, quòd non liberaretur dicto Io. Michaeli, quia dicta pecunia ad eos spectabat, & super hoc fuit factus processus, & dictus D. Ioannes Michael dicit, quòd fatalia sunt de iure, quia istud impedimentum non fuit præstitum, neque ex parte sua, neq; Iudicis, sed ex facto tertij, quo casu fatalia currunt, sed datur actio de dolo contra illum tertium, qui dedit impedimentum, vt est *tex. in l. arbitrio, §. dolo, vbi Bart. & Bald. & in l. fin. §. de eo, per quem fact. erit,* & etiam hoc casu nò datur restitutio, nisi qui causauit impedimentum, non esset soluendo, quia tunc aduersus lapsum fatalium daretur restitutio, vt ibi habetur

ARGUMENTVM

Appellatio, reclamatio, siue reuisionis an, & quando per lapsum temporis ad appellandum, seu fatalium dicitur deserta. Vita, & Militia debita Clerico an, & quando dicatur amissa per rebellionem primogeniti sæcularis, & an rebellio possit considerari respectu Clerici contra Regem sæcularè Dominum feudi, ex quo ipse Clericus secundogenitus recipit vitam, & militiam. Et an vita, & militia censeatur recuperata per indultum, siue restitutionem generalem Regis concessam rebellibus.

berur per *glos.* & cæteros DD. tenet *glos. in authent. item si appellationem, C. de tempor. appell. Bald. in d. cap. ex ratione, & Aretinus in cap. cum venerabilis, colum. 2. de iudic.* hoc in casu impedimentum fuit præstitum à tertio, putà à creditoribus, ergò fatalia fuerunt decursa, propterea illud impedimentum est frustratorium, quia ipsi habuerunt sententiam in contrarium, vt in terminis dicit *Rosa decis. 102. in nouiss. Bald. & Salic. in antib. ei, qui, C. de tempor. appell. Bald. & alij in l. contra maiores, C. de inoffic. testamen. & propterea dictus Comes à principio, lata sententia contra eum, à qua appellauerat, non obstante contradictione creditorum, debebat introducere reclamationem, quia postquam ex parte sua sententia erat exequuta, quia pecunia erat in Banco deposita, nihil obstabat, quin ipse potuisset causam appellationis prosequi, prout debet facere summa ope, & summo conatu, vt est *tex. in l. final. S. illud, C. de temp. appell. declarat Aret. in d. cap. cum venerabilis, de iudic. facit optimus tex. in l. quibus, in princ. ff. de condit. & demonstrat. per quem ibi concludunt Bart.**

3 *Angel. Castr. & Socin.* quòd si quis est impeditus, etiam iusto impedimento, & potest adire Iudicem, vt tollatur impedimentum, tunc si hoc non facit, currunt sibi fatalia, facit optimè *glos.* & ibi *Innoc. in cap. quia diuersitatem, de concess. praben. & Felin. in cap. 1. colum. 5. de prescript.* vbi si quis potest facere, quòd impedimentum tollatur, & non facit, imputatur sibi, & per hoc tollitur quod dicit *Iason in S. rursus, Instit. de act. per tex. in d. cap. quia diuersitatem, in casu nostro si Comes fuisset prosequutus appellationem, seu reclamationem, sine dubio obtinuisset, quòd potuisset procedi in causa reclamationis, non obstante oppositione facta per creditores aduersus executionem, sicut fuit factum per Regiam*

Cameram, quia quando Comes egit prosequendo reclamationem, non obstante oppositione Archiepiscopi, fuit processum in causa, & videtur quòd per Comitum stetit, ergò fatalia cucurrerunt.

Sed fuit postea dictum, quòd in casu nostro licet sint decursa fatalia respectu reclamationis, seu appellationis, vt ex supra aductis apparet, tamen non sunt decursa fatalia quòd ad nullitatem, quæ est deducta principaliter cum appellatione, putà si est appellatum à sententia hoc modo, dico sententiam nullam, & si qua est appello, licet *glos. in l. 1. C. quando prouoc. non sit necessar.* dicat, quòd etià hoc casu nullitas censetur deducta incidenter, & ibi sequuntur *Bald. Salic. & Ang.* tamen *Iacob. Butrig.* ibi tenet cõtrarium, quòd semper quòd fit mentio de nullitate separatim ab appellatione, vt putà, dico sententiam nullam, & si qua appello, tunc nullitas deducitur principaliter, & non venit incidenter, quando est inclusa sub appellatione, vt ex *tex. in cap. Carmelia pia, ff. de iur. patron. & in l. quodam ff. famil. erciscund.* hanc opinionem sequitur *Bart. & Imol. in d. l. si expressim, de appellation. & Philipp. Franc. in repet. cap. dilecto, quæst. 43. de appell.* quæ sententia est verissima, & tantò magis, quia in casu nostro fuit expressè dictum de nullitate, ergò licet sint decursa fatalia respectu appellationis, non tamen erant decursa respectu nullitatis, vt concludit *Bart. & latè ibi sequitur Imol. in d. l. si expressim, Ant. de Butr. in cap. ex ratione, de appell. Imol. & Abb. in d. c. dilecto, & ibi Franchus in 33. quæst.* qui allegat alias cõcordantias, vbi per eum, & hanc opinionem comprobatur duabus rationibus, primò facit, quia quando alicui competunt duo iura, seu duo remedia, si renunciat vni, non censetur alteri renunciare, *l. si domus, vbi Bar. & Florian. ff. de seruit. urban. prædiorum,* licet ergò per lapsura

sum biennij sit tacitè ex lapsu temporis renunciatum appellationi, quæ solum vno anno, vel triennio ex causa durat, vt supra dixi, non tamen erit renunciatum nullitati, quæ durat triginta annis, vt in *d.l. expressim*, & in *d. cap. ex ratione*, & *cap. dilecto*, licet ergo quando Comes introduxit appellationem, & nullitatem, fuit set deserta appellatio, tamen quando durabat nullitas, quæ potuit prosequi, & illa deuoluit totum negotium ad Iudicem, ad quem, sicut ipsa appellatio, vt dicit *Bartol. in d.l. si expressim*, & *Butr. in d. cap. si ex ratione*, & *cap. dilecto, circa finem*, & ibi sequitur *Imola*, idem tenet *Bartol. & Bald. in l. sicut proponis, C. quomod. & quando Iudex, Salicet, in l. si Praeses, eodem tit. Anton. Butr. in d. cap. dilecto*, *Bartol. & Bald. in leg. si ut proponis, C. quomod. & quando Iud. delegat. Salicet. in l. si Praeses, eod. tit. Anton. de Butr. in d. cap. dilecto*, & late ibi *Philipp. Franch. in 10. q. & Abb. in cap. ex literis, de off. iud. deleg.* ergo sequitur, quod licet esset sublata appellatio per lapsum fataliũ, remansit nullitas, quæ fuit prosequuta, & sub ea fuit deuolutum totum negotium, & sic potest Iudex ad quem ex eisdem actis, vel ex nouiter deductis confirmare primam sententiam, vel eam reformare, & corrigere, vt per DD. supra proximè allegatos, & sic dicebatur, quod non potest cognosci de causa principali, quia prius determinatur articulus, an sit nulla sententia, quia est præiudicialis, quoniam si sententia non est nulla, & per lapsum fatalium est deserta appellatio, non potest amplius cognosci de iniustitia causæ, vt ponit *Bartol. in l. cum querebatur, ff. de de iudic.* quia dico, quod hoc est verissimum, parte opponente, si autem pars nõ opponit, procedit iudicium, vt optimè *Philipp. Franch. in d. cap. dilecto, in quest. 10. vers. ulterius*, nunc in casu nostro statim potest cognosci de nullitate, quia processit ex eo,

quod non fuit lata sententia eodem die, quo fuit intimatum ad audiendam sententiam, vt per *Imol. & omnes Canonist. in cap. consuluit, de offic. deleg.* & si dicebatur, prout dicitur in casu nostro, fuit cognitum de huiusmodi nullitate, quia fuit aliàs in iudicium deducta, & allegata, & per Regiam Cameram fuit iudicatum, esse procedendum ad executionem sententiæ, non obstantibus nullitatibus allegatis, vt apparet per decretum in processu creditorum, ad hoc responderetur, quod licet sit deducta nullitas per viam exceptionis ad vnum effectum, scilicet vt impediretur executio sententiæ, vt fuit iudicatum, tamen non obstante hoc, non impedit, quin postea per viam principalis petitionis posset nullitas deduci, vt annulletur processus, & declaretur sententiam esse nullam, vt notat *Philipp. Franch. in d. cap. dilecto, in quest. 26.* quia quamuis vnum est deductum in iudicio per viam exceptionis, & est de ea plenè cognitum, potest postea idem in iudicium deduci per viam principalis petitionis, vt notat *Bar. in l. qui Roma, S. duo fratres, in 5. opposit.* quem ibi omnes sequuntur, *ff. de verbor. obligat. & facit l. duobus, vbi glos. Bartol. & Paul. ff. de except. rei iudicat.* & tantò magis hæc procedunt, dato quod sententia non esset nulla, licet fuisset deserta appellatio tempore litis motæ in causa reclamationis, quia tamen postquam pars appellata passa est, vt appellatio admitteretur, vt ad minus est, & vtraque pars probauit, potest Iudex appellationis sententiã iniquã reformare, & *tex.* est singularis in *d. cap. dilecto, Innoc. in cap. cum Bertoldus, col. 3. versic. vel dic, de re iudicat.* vbi dicit, quod licet à principio possit repelli, & deberet, si tunc admissus de facto, & appellet, sententia non benè lata reuocabitur, cuius opinionem ibi sequitur *Butr. Imola, Abb. & communiter Canonistæ, & las. in l. 1. in princ.*

col. 3. ff. de nou. oper. nunciat. & ita fuit
 * per omnes Dominos de Camera cū
 Dominis Regijs Consiliarijs adiun-
 ctis votatum, esse procedendum ad
 expeditionem causæ, & de reclama-
 tione sententiæ, & nullitatibus alle-
 gatis in decisione causæ habebitur
 ea ratio, quæ de iure habenda erit.

- 10 In discussione præsentis causæ cir-
 ca eius merita fuit expositum de
 rebellionem, & per N. fuit allegatus
 indultus Sux Maiestatis plenissimus,
 per quem omnes illi, qui non sunt
 exceptuati, cēsentur plenissimè resti-
 tuti ad omnia bona, vt *leg. 1. & fin. C.*
de sent. pass. notat glos. & omnes *DD.*
in l. Gallus, S. & quid si tantum, ff. de lib.
& posth. & post hos *Card. & Imol. in*
cap. quia diligenter, de elect. hoc dicūt,
 quòd indultus non trahitur ad bona
 alienata, prout expressè dixit Sua
 Catholica Maiestas, Dicitur pro par-
 te dicti Archiepiscopi, quòd hæc bo-
 na feudalia non sunt alienata ex re-
 bellione dicti N. sed ex rebellionem
 Io. Fabritij Saraceni eius fratris,
 ergò non obstat declaratio Sux Ca-
 tholicæ Maiestatis, *cap. suspectum*
 cum materia, *de rescriptis in 6.* no-
 tat *Andr. in cap. moribus, si de feu-*
dis defuncti fuer. controuer. inter dom.
& agnat. vasall. dicitur pro parte Re-
 gij Fisci, & Comitis Torrellæ conces-
 sionarij, quòd in casu nostro eo ipso,
 11 quòd est commissa rebellio per di-
 ctum N. ipso iure per *Regni Cap. Nup-*
per apud Trantum, & cap. Die mercurij
 fuit ius Fisco acquisitum, vel fuit ex-
 tincta vita, & militia, & consolidata
 eum proprietate, prout dicimus de
 usufructu in *l. corruptionem, C. de usu-*
fruct. declarat *Roman. & Alex. in leg.*
si finita, S. fin. de vectigal. vbi dicunt,
 quòd si quis ex dispositione hominis
 12 habeat usufructum alicuius rei, &
 cōmittit rebellionem, illud ius usufructus
 non confiscatur, neque in
 Fiscum transit, sed extinguitur, & suæ
 proprietati consolidatur, per *tex. in d.*
l. corruptionem, quia ista est maxima

- capitis diminutio, & sic totum feu-
 dum liberè peruenit ad Fiscum sine
 aliquo onere vitæ, & militiæ, quia
 fuit extincta, vt supra dixi, per rebel-
 lionem secundogeniti, & consolida-
 ta cū proprietate totius feudi, quod
 fuit postea ad Fiscum deuolutū ob
 rebellionem primogeniti, ergò resti-
 tutio generalis non resuscitat ius se-
 mel extinctum, *l. qui res, S. unam, ff. de*
solut. vt videtur in materia feudali
 dicere *Bald. in consil. 326. in 2. volum.*
 13 posset dici, quòd licet hoc ius vitæ,
 & militiæ sit extinctum per rebellio-
 nem, tamen postea reuiuiscit per re-
 stitutionem generalem, vt in termi-
 nis dicit *Afflic. in Constit. Comitibus*,
 secus esset secundum eum *ibi*, quan-
 do esset concessa sola indulgentia,
 quæ tantum tollit delictum, & non
 restituit bona, *leg. 2. & per totum titu-*
lum. C. de sent. pass. in casu nostro fu-
 mus in generalissima restitutione,
 quæ restituit bona etiam alienata,
 cum sit plenissima restitutio, vt tenet
Cardin. & Imol. in d. cap. quia diligen-
ter, & Alex. in d. S. & quid si tantum,
 & licet istud ius vitæ, & militiæ dica-
 tur extinctum, tamen per restitutio-
 nem reuiuiscit, quia hoc, quod fuit
 acquisitum feudo, siue domino feudi
 per rebellionem, est contrà regulam
 iuris, quia regulariter dominium non
 non acquiritur sine traditione, *l. tra-*
 14 *ditionibus, C. de pact.* etiam in crimi-
 ne læsæ Maiestatis, *l. questum, ff. qui,*
& à quibus, vbi est casus, & notat
Bartol. in l. post contractum, ff. de donat.
 quòd dominium non ipso iure ex re-
 bellione amittitur, sed demum lata
 sententia hoc dominium acquiritur,
 mediantibus *Capitulis Regni* supra al-
 15 legatis, & sunt exorbitantia, & tale
 dominium, seu ius, quod fuit acqui-
 situm Fisco ignoranti, fuit reuocabi-
 le, non enim sciuit Fiscus rebellio-
 nem commissam per dictum N. quia
 non fuit contrà ipsum capta infor-
 matio, neque contrà eum aliquid
 actum, neque ex eius rebellionem fue-
 runt

rūt bona sua alienata, ergò adueniente postea indulto, & generali restitutione, illa vita, & militia ipso iure reuiuiscit, & fuit recuperata, argumento *tex* optimi in *leg. legatarius*, S. primo, ff. de legat. primo, vbi dicit *textus*, quòd si legatarius, cui aliqua res testatoris est legata, repudiat legatum, perindè est, ac si sibi nūquam fuisset legatum, & ideò dicit ibi *tex*. *si fortè prædium mihi legatum debebat seruitium prædio meo*, adeò quòd respectu legati confusæ essent actiones, & seruitus extincta, & tamen dominium rei legatæ erat ipso iure in me translatum, *leg. à Titio*, ff. de furt. notant omnes in *leg. prima*, ff. de legat. primo etiam me ignorante, *leg. cum pater*, S. fundo, ff. de legat. 2. vbi omnes, maximè *Imol. & Alexand. in leg. si tibi*, S. cum seruus, ff. de leg. primo, & propterea dicunt DD. maximè *Aretinus in dicta leg. legatarius*, quòd quando dominium fundi seruiens acquiritur fundo dominanti reuocabiliter, non confunditur seruitus, neque extinguitur, sicut si esset reuocabiliter relictum, quod facit valdè ad propositum nostrum, non enim erat irreuocabiliter extincta vita, & militia, quia Rex ignorauit rebellionem, & postea indulgit, & sic remittit rebellionem, ergò

16 perindè est, ac si nunquam commissa fuisset, pro his est *tex. in leg. dominus, in principio* ff. de usufruct. vbi si fundus est legatus quòd proprietatem usufructuario, quo casu est extinctum ius usufructus, si postea proprietatem fundi est amissa per legatarium, quia filius testatoris proprietatem fundi legati recuperauit, quia per querelam inofficiosi testamenti testamentum rumpit, & fundum habuit, tunc usufructus extinctus, nunc per consolidationem proprietatis iam amissæ reuiuiscit, idem tenet *Paulus de Castro* post *Baldum*, & *Antiquos in leg. si maritus*, C. de

inoffic. testamen. qui decidit, quòd extinctæ actiones per aditionem hæreditatis reuiuiscunt, si postea adimitur hæreditas per querelam inofficiosi testamenti, quia dicit ibi *Paulus de Castro*, quòd omnia reponuntur in pristinum, sicut per restitutionem in integrum, non obstat *textus in leg. qui res*, S. aream, ff. de solut. quòd

17 actiones semel extinctæ nunquam reuiuiscunt, quia hoc fallit, quando per restitutionem in integrum, vel per querelam res reducit in pristinum, & fingitur retrò, quòd censeatur nūquam fuisse extinctam, pro hac opinione est *tex. in leg. siue libertus*, ff. de iure patron. vbi si patronus amisit ius patronatus per deportationem, & fuit postea restitutus, recuperat ius patronatus, quod erat extinctum, & alteri acquisitum super liberto, cuius erat patronus, & per illum *textum* dicunt DD. communiter, putà *Bald. Cyn. Angel. Alexand. Aretin. & Iason in leg. Gallus*, S. & quid si tantum, ff. de liber. & po-

18 ssumis, quòd licet per restitutionem in integrum non recuperentur bona per Fiscum alienata, & in alium translata, tamen secus est, quando alienatio processit immediatè ex confiscatione, seu ex sententia confiscante, sine aliquo facto hominis, quia tunc sicut ex legis dispositione ipso iure fit alienatio, ita ex eadem legis dispositione per restitutionem in integrum fit recuperatio, & ius illud extinctum reuiuiscit, per *dictam leg. siue libertus*, idem latè *Felinus in cap. inter quatuor*, colum. penultim. de maior. & obed. *Andr. de Ifern. in cap. 1. S. 1. colum. 3. versicul. utrum autem restituatur ad ea, de vassall. decrep. etat.* & ibi optimè determinat, & fortè meliùs quàm alibi, quòd quando ex sententia, vel ipso iure, vel quando ex delicto bona alteri acquiruntur, recuperantur ipso iure per restitutionem in integrum,

secus verò quando ex facto hominis alienantur, puta quia Rex alteri vendit, vel alteri concedit, quia tunc non recuperantur per restitutionem in integrum, vt ibi latius per eum, & *Afflic.* qui ibi idem dicit, & allegat multas concordantias, sed non refero, & alios allegat, vide *Alexand. & Iason. in dict. S. & quid si tantum.* & *Felin. vbi supra*, sufficit mihi, quòd hæc sit communis opinio, quæ clarissima ratione fundatur, quia Princeps hoc casu nemini facit iniuriã, cum ex legis dispositione ipso iure, vel ex delicto, vel ex sententia bona erant alteri acquisita ex legis dispositione, cum postea per restitutionem pariformiter ipso iure recuperantur ex legis dispositione, sine aliquo facto hominis, *dicta leg. siue libertus*, & *leg. fin. in principio*, vbi *Bartol. Bald. & Salyc. C. de sentent. pass.* vbi pater, qui ex delicto, seu ex sententia ipso iure amiserat ius patriæ potestatis, quod habebat in filium, illud recuperavit ex eiusdem legis dispositione, mediante restitutione in integrum, est etiam *textus in leg. sed si hoc, S. liberos, versic. sed & si per pœnam*, vbi *Baldus* notat. *ff. de in ius vocand* sed quando Princeps vendit, vel donat bona, tunc si in restitutione hæc venirent, faceret alteri iniuriam, quia veniret contra suum contractum, contra *capit. primum*, & quod ibi notatur *de partit.* cum simili, idè in casu nostro non est dubium, quòd hæc vita, & militia fuit extincta, & ipso iure alteri acquisita, scilicet feudo ex delicto commisso, ergò pariformiter fuit recuperata ipso iure mediante in integrum restitutione amplissima, & hoc in terminis tenet *Afflicus in Constitutione Comitibus*, quòd si vita, & militia fuit extincta, per rebellionem secundogeniti, & acquisita feudo in beneficium primogeniti, si per Principem est restitutus secundogenitus, recuperat vi-

tam, & militiam, & pro isto dico, quòd si in casu *leg. corruptionem, C. de vsufruct.* vbi in fine dicitur, quòd si per maximam, vel dimidiam capitis diminutionem in metallum vsufructus est extinctus, & consolidatur cum proprietate, si ille ita damnatus restituitur, recuperat talè vsufructum per supra allegata, & videtur *glos. iuncto tex. in l. sicut in annos, in princip. in glos. in verbo rebellando, ff. quib. mod. vsufruct. amitt.* & pro hac opinione vide omninò quòd ponit *Afflic. in cap. 1. S. 1. col. 3. de feud. samin.* quòd non amittuntur bona, quæ sunt ipso iure acquisita, si nondum sunt à Fisco assignata, non dicuntur esse Fisci, vt ibi latius dicit.

19 In hac materia etiam dicebatur, quòd dictus N. tempore obsidionis huius Ciuitatis, & multò ante erat Clericus beneficiatus, vt constat per Bullas productas in processu, & sic tanquam non subditus non committit, ita *Bart. & glos. in extrau. ad reprimendum*, *Io. Fab. in S. alia deinde, Inst. de publ. iudic. clem. pastoralis, de re iudicata*, & in dicto loc. hoc expressè tenet *Card.* quòd respectu Domini temporalis non committit crimen læsæ Maiestatis, *Card. in cap. vergentis, de heret. Barbat. in conf. 31. in 3. volum. Abb. in repet. cap. quoniam. col. 191. in paruis, vers. septuagesimo fallit, de heret.* Ego enim non dubito, quòd non subditus non potest committere crimen læsæ Maiestatis, vt est *tex. in d. extrauag. ad reprimendum*, subdit etiã *Bart.* ibi in *verbo temerè, in fin. Bald. in l. nihil, C. de ind. lib. toll. in l. 2. C. de falsa monet. Io. Fab. in d. S. alia deinde, Inst. de publ. iudic. Paul. & Alex. & omnes Canonistæ in d. clem. pastoralis* per illum *tex.* vbi casus *de re iudic.* sed Clericus nõ est subditus Imperatori, nec alicui Iudici temporali, *c. et si Clerici, in prin. c. cū nõ ab hom.* vbi oēs notat, extrã *de iudic. c. Ecclesia S. Maria extrã de constitut.* Imò non solum de iure

iure positio est exemptus à iurisdictione Imperatoris, sed de iure diuino ab ipso Deo, vt in *cap. 2. de maiorit. & obedient.* per *textum* iuxta *glos. in cap. si Imperator, 96. distinct.* Baldus in *authentic. Statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* ex quo infert Abbas in *dict. cap. 2. de maiorit. & obedient. & in dict. cap. Ecclesia Sancta Maria*, quòd Papa non posset facere, quòd laicus iudicaret Clericum, ex propria potestate, neque quòd non esset sibi subiectus, & hoc sequuntur infiniti Doctores, quos refert, & sequitur Felinus in *dict. cap. Ecclesia Sancta Maria, colum. 2. & 3.* vbi vide, si non est subditus Clericus, ergò non potest committere crimen læsæ Maiestatis contrà Imperatorem, quia statim quòd est effectus Clericus, mutauit domicilium, vt est *glos.* communiter approbata in *leg. nemo potest, ff. de regulis iuris*, & hoc tenet latè *Aff.* post *Andream ibi in Constitution. De personis*, quòd non potest lex Ciuilis, seu statutum Imperatoris disponere, quòd Clericus etiam pro crimine læsæ Maiestatis puniatur coràm Iudice laico, & ibi satis inuehit, quòd non potest committere contrà Imperatorem crimen læsæ Maiestatis, idem *Cardin. in dict. cap. vergentis, & Bartolus in consil. 71.* & latissimè, & optimè *Albericus vbi supra*, & meminit *Abbas in dict. cap. At si Clerici, in fin.* vbi dicit, quòd

20 si Clericus fecit conpirationem contrà Dominum Terræ, potest ex hoc degradari per Iudicem suum, & Doctores omnes ibi dicunt, non quòd propterea sit commissum crimen læsæ Maiestatis in dominum temporalem, sed quia conspirare est grauissimum peccatum, & ex his grauissimis peccatis Clerici degradantur, vt dicit ibi *Abbas*, tamen hæc opinio non tenetur communiter, vt ibi per *Modernos*, & latè per *Aresinum in d. cap. at si Clerici, in prin-*

cipio, vbi vide, quia solùm ex tali graui crimine potest deponi, non autem degradari actualiter, vt tradatur Curie seculari.

- 21 Et si fortè dicebatur, quòd hic sumus in feudo, pro quo etiam Clericus est subiectus Domino temporali, à quo tenet feudum, *cap. ceterum, de iudicijs*, vbi omnes, *cap. ceterum, & cap. ex transmissa, de foro competent.* ad hoc responderetur dupliciter. Primò, quòd hic non tractatur
- 22 de feudo, sed de vita, & militia, quæ non est feudum, neque pars feudi; nec ius feudale, quia vita, & militia debetur Clerico etiam in sacris constituto, vt per *Afflictum in Constitut. Comitibus*, & sæpè iudicauimus in Regia Camera in personam Abbatissæ Zuroli, & præsentis Archiepiscopi, idem *Paris in suo tractatu de reintegr. feud. cart. 394. versic. nunc videntum*, qui tamen non succedit in feudo, *cap. 1. de milit. vasall. qui arma bellic. deposuit, cap. qui Clericus, si de feud. defunct. fuerit controuers. inter dominum, & agnat. vasall.* Secundò feudatarius tenetur pro feudo seruire domino, *Andr. in cap. 1. versic. fatit, de prohib. feud. alienat. per Lo-*
- 23 *thar.* Tamen secundogenitus non tenetur seruire domino pro vita, & militia, *Afflictus decision. 252.* nisi quando seruiet ad coadiuuandum fratrem primogenitum expensis ipsius primogeniti, & sic non tenetur domino seruire ex persona, & ratione feudi, tenet *Luc. de Penn. in leg. nullus, C. de veteran. lib. 12.* sed tenetur coadiuuare fratrem in seruitio domino faciendo, iuxta *glos. in Con-*
- 24 *stitution. Comitibus.* Tertiò probatur, quia ratione exclusionis à feudo, in quo solùm succedit primogenitus, datur alijs fratribus vita, & militia, quæ non est feudum, neque portio feudi, sed solùm soluitur ex fructibus feudi, vt considerat *glos. & Andr. in d. Constitut. Comitibus*, qui fructus, & commoditates non sunt

feudum, nec pars feudi, sed extrâ naturâ feudi cōsiderantur, vt dicit *Paris vbi supra*, vbi latius scribit, & est de mente *Afflic. in d. Constitut. Comitibus*. Quartò, si vita, & militia esset feudum, vel portio feudi, transmitteretur ad hæredes saltim sanguinis, prout transmittitur feudum, vt in *Constitution. Vt de successioneibus*, notat *glos. in l. ex facto, S. fin. ff. ad Trebell.* tamen vita, & militia extinguitur morte, & non transmittitur etiam ad filios, sicut dicimus de vsufructu, vel alimentis, vt dicunt *Andr. & Afflic. in dict. Constitutione Comitibus*.

36 Quintò, si vita, & militia esset pars feudi, sequeretur quòd vbi viuatur Iure Francorum feudum diuidetur in sex partes, quia primogenitus non succederet solus in feudo, & tamen hoc est falsum, quia vbi viuatur Iure Francorum, feuda sunt indiuidua, sicut feuda dignitatum, *S. preterea Ducatus*, vbi *Cambr. lit. B.* notatur in *cap. 1. quis dicatur Dux, Com. vel March.* & in *Constit. Vt de successioneibus*, vbi *Andr. col. 1.* Sextò, si vita, & militia esset feudum secundogeniti, pro ea soluerent adhoam, sicut feudatarius soluit, & tamen hoc est falsum, vt latè *Afflic. decis. 252.* & *Iacob. de Gell. in suo tractatu de Iure Adoha.* & *Releuo*, & in Camera hoc est indubitatum, & seruatür indistinctè.

38 Septimò, nunquam secundogenitus soluit integrum releuium, & à releuio non deducitur vita, & militia, sed solùm primogenitus soluit integrum releuium, *Iacob. de Ayell. vbi supra*, vt seruatür in Regia Camera, sine dubio, & indistinctè. Octauò,

39 feudatarius tenetur præstare sacramentum fidelitatis domino, *cap. 1. de form. fidelis.* & *cap. 1. de nou. form. fidel.* & tamen Ego non reperio, quòd secundogenitus teneatur præstare domino feudi pro sua vita, & militia iuramentum fidelitatis, & pro hac opinione, quòd vita, & militia non sit feudum, neque pars feudi est

tex. in cap. Alienationis actus, de vita, & militia, vbi expressè dicitur, quòd licet primogenitus vendiderit feudum, potest secundogenitus agere contra emptorem pro vita, & militia, quia eius præstatio est realis, & debetur in bonis, & super bonis, quæ verba important vel Ius Reale super feudo, vel hypothecam, & sic nõ potest dici feudum, quia rei suæ ratione non potest esse, nec potest Clericus esse subiectus Domino Imperatori, cum verè non sit subiectus,

30 sed si non est subiectus, non potest ergò rebellionem committere, dico fortiùs, quòd dato, quòd esset feudum, & teneretur à domino temporali, tamen quia Clericus erat subditus Papæ, idè non potuit committere crimen rebellionis, seù læsæ Maiestatis contra Imperatorem, & idè *Cardin. ibi in vers. precibus*, seù rursus in *3. notab.* dicit, quòd licet aliàs aliquis sit vasallus, tamen si nõ est aliàs subditus domino, non potuit committere crimen læsæ Maiestatis respectu domini, sicut sic dicitur de Rege, idem tenent ibi *Doctores*, & *Ioannes de Imol. in 2. colum. sex. 1. in 4. notab.* dicit, quòd Clericus non habet superiorem, nisi ratione feudi, vndè solùm superior ille potest procedere ad priuationem feudi, & non vltèriùs, idem dicit in *3. colum. notab. 3.* quòd non subiectus non potest committere crimen læsæ Maiestatis, idem dicit in *glos. super verbo non sufficit, colum. penult.* vbi dicit *glos.* & ex litera colligit, quòd non subiecta persona non potest committere crimen læsæ Maiestatis, etiam si ipse non subiectus esset aliàs vasallus, istud latius tenet *Oldrad. in cons. 43. colum. penult.* & *fin.* qui benè disputat articulum, idem *Alber. in l. quisquis, col. pen. & fin. C. ad leg. Iul. Maiestatis*, qui de verbo ad verbum refert *cons. Oldrad.* & videtur cum eo transire, idem latè *Alber. in loco supra allegato*, vbi benè, & vide, & rationem.

assignant *Oldrad.* vbi supra, & *Alber.* quia crimē læsæ Maiestatis committitur ratione supremæ potestatis, *l. 1. cum seq. ff. ad leg. Iul. Maiestatis.* quam non habet Dominus feudi in vasallum, si aliàs non est subditus, idem in simili tenet *Franciscus de Aret. in cap. cum à nobis, colum. 2. de testibus,* & latius, & melius in *conf. 165. col. 4.* vbi dicit, ea, quæ pertinent ad Principem ratione supremæ potestatis, non possunt fieri ab eo, qui non est subiectus, nisi ratione feudi, & illi tali non creditur de literis narratiuis, seu assertiuis, iuxta *Clem. 1. de probat.* & etiã si sit Papa, vel Imperator, neque potest supplere defectus ex plenitudine potestatis, ergò non posset in eum committi crimen rebellionis, seu læsæ Maiestatis, per *text. ind. Clem. Pastoralis,* & idem latè, & optimè tenet *Socin. in conf. 27. in 3. vol. col. 1. & 2.* vbi omninò vide, non enim reperitur, quòd lex feudalis imposuerit aliam pœnam, quàm priuationis feudi, vt dicit *Innoc. in cap. caterum, col. pen. de iudic. & licèt Andr. in Conf. De personis* videatur velle, quòd Clericus pro feudo potest in crimine læsæ Maiestatis conueniri coràm Iudice laico, vt in *cap. Regni Item Statuimus,* & idem dicit *Afflic. in cap. 1. S. si Clericus, col. fin.* quia hoc non est verum, & contrarium tenet *Paris in suo tract. de reintegrat. feudor.* vbi intelligit *d. cap.* prout loquitur *Innocent. in d. cap. verum,* quando agitur ciuilitè pro feudo, sed quando agitur criminaliter, vel ciuilitè ex causa proueniente ex delicto, nunquàm, inquit idem *Lucas in l. nullus, C. de veteran. lib. 12.* nec isto casu potest agi via ordinaria coràm suo Prælato, quando agitur criminaliter contra Clericũ, & etiã si agitur ciuilitè ad priuationem feudi, prouenientem ex delicto, vt in indiuiduo tenet *Io. Andr. in cap. verum, de foro compet. cum quibus omnes transeunt,* idem tenet *Lucas in l. nullus, de veteran. lib. 12. & Paris in suo*

tractatu de reintegrat. feud. cap. an citatus, fol. 127. & dicit idem Lucas in l. 1. C. de reis postul. sed melius loquitur in d. l. nullus.

Et si dicebatur, prout dicitur, quòd *Constitut. Item Statuimus* nihil operatur, dum vult, quòd cõuentum fuit inter Regem, & Papam, quòd solum possit Rex cognoscere de causis Clericorum respectu feudi, si hoc intelligitur, quando agitur solum ciuilitè ex causa non proueniente ex causa delicti, nihil ad *Constit.* quia iam hoc erat prouisum. Vndè debet dici, quòd solum debet agi coràm Iudice laico, quando agitur ciuilitè, vtputà quia Clericus, qui tenet feuda à laico, vendidit illa, irrequisito Dño, vel aliter in simili, tunc agitur coràm Iudice laico domino feudi, sed si agitur ex delicto, etiã commisso in Dominum, tam criminaliter, quàm ciuilitè, ex cuius delicto veniebat Clericus feudatarius priuandus feudo, tunc non potest cognoscere Dominus feudi laicus, sed hæc cognitio spectat ad Prælatus, qui si condemnat Clericum ex delicto, tunc ex illa sententia, Dominus feudi poterit capere feudum, & si Prælatus absoluit, nõ poterit ampliùs molestare vasallum Clericum Dominus feudi laicus.

Ex quibus infertur vna conclusio necessaria, quòd etsi *cap. Regni Bona damnatorum, & cap. Die mercurij,* quæ disponunt, quòd bona prædictorum statim commisso crimine, ipso facto absque sententia trãseant in Fiscum tam respectu proprietatis, quàm possessionis, non loquatur de Clerico, etiã quòd teneat feudum à Rege, quia, vt supra dixi, illa iura loquuntur in manifesto proditore, tamen, vt supra dixi, Clericus non potest committere crimen læsæ Maiestatis, quia non subditus.

Item quia de hoc crimine etiã quòd ad portionem feudi non potest cognosci per Iudicem laicum, etiã

Dominum feudi, sed solum per Prælatū Clerici, ergo in illo iudicio solum attendimus, vel iura Canonica vel consuetudinem feudalem, postquam causa agitur in foro spirituali, per notata per *Bart. in l. cunctos populos, C. de sacrosanct. eccles. & in cap. Clericis, extra de foro competen.*

31 De iure enim communi etiam in crimine læsæ Maiestatis inquisitus de tali crimine non amittit ipso iure dominium bonorum suorum, sed per sententiam, *leg. quesitum, ff. qui, & à quibus, Bart. in l. si debitor, ff. de his, qua in fraud. credit. & in leg. post contractum, colum. pen. ff. de donat. Castr. in leg. si quis potest, & ibi Aretin. ff. de testam.* optimè idem *Aretin.* qui ibi articulum discutit in *leg. qui à latronibus, S. 1. col. 1. ff. eod. tit.* allegat optimum *tex.* vbi est casus in *l. transfuga, ff. de acquir. rerū dominio, idem Castr. & Aret. in l. Pantonius, S. rei, col. 2. ff. de acquir. hered.* hæc opinio est vera, & communis, licet *glos. & Io. Andr.* teneant contrarium in *capit. cum Christus, de heret. in 6.* sed etiam si attendimus leges feudales, per feloniam commissam à vasallo in dominum, non priuatur vasallus ipso iure feudo, sed per sententiam, vt optimè *Andr. in cap. Sancimus, quo tempor. miles, col. 2. & in cap. 1. col. 1. de vasall. decrepit. etat.*

32 Sed videtur, quòd de iure communi feudorum ex sola fellonia ipso iure vtile dominium amittatur à die cõmissi delicti, & sententia nõ est necessaria, nisi quòdã reuocadã possessionem, vt latè tenet *Andr. in cap. 1. S. fin. col. penult. & final. de feud. sine culp. non amittend. & in cap. Sancimus, ibi 2. col. penult. & final. quo temp. miles.* & idem ibi tenet *Afflic.* per feloniam commissam in committendo amittitur feudum ipso iure, sed quãdo committitur in omittendo requiritur sententia, vt ibidem tenet *Afflic.*

Ad hoc oportet respondere altero

de duobus modis, vel quòd *Andreas* videatur contrarium tenere in *d. cap. 1. de vasall. decrepit. etat.* vbi distinguit, quòd aut erat commissã fellonia tantum, & tunc non amittitur ipso iure feudum, aut commissum crimen rebellionis, & tunc ipso iure est amissum, quod verius videtur per *text. in d. cap. 1. de feud. sine culp. non amittend.* Vel dicamus, vt supra diximus, quòd de hac culpa non fuit cognitum, de qua non potest cognosci, nisi coram Iudice Ecclesiastico, & idem credo, quòd si agatur, vel deducatur delictum excipiendo, vt factis innuit *Innoc. in d. cap. verum,* dum dicit incidenter, quòd non potest esse, nisi excipiendo, facit quod notat *Alex. in l. quasi, col. 3. ff. solut. matrim.* & quòd non posset cognoscere Iudex sæcularis de crimine Clerici, etiam per viam exceptionis, etiam quòd agatur ciuilitè, & sic Dominus feudi, tenet *Io. Andr. Butrius, Abbas, & Imol. in d. cap. at si Clerici, in princip.* in illa quæstione, an sit locus reconuentioni, quando agitur ex delicto etiam ciuilitè coram Iudice laico, & ibi tenent omnes Canonistæ, quòd Iudex sæcularis non potest cognoscere de delicto Clerici etiam ciuilitè moto, siue agendo, siue excipiendo, etiam quòd sit Dominus feudi, allegatur *Innocent. in d. cap. verum,* vbi dicit, neque directè, neque indirectè, quia idem est, quod dicere excipiendo.

Et non obstat quod opponitur de notatis in *l. nullum, C. de testibus,* vbi potest per viam exceptionis cognosci de delicto Clerici, qui deposuit vt testis coram Iudice laico, quia respondetur clarè, quòd non obstat ex multis.

Primò, quia multi DD. tenent cõtrà, vt *glos. Felin. & alij in d. cap. verum,* & omnes DD. in *d. c. at si Clerici,* sed dato, quòd sit vera opinio illa, non facit ad casum nostrum, quia ibi solum cognoscitur de illo delicto ad esse-

effectum, vt depositio illa reddatur nulla, quo casu non tractatur de puniendo Clerico, vel de præiudicio Clerici, sed solum de præiudicio producentis illam, ex quo eius depositio redditur nulla. Secus est in casu nostro, vbi tractatur de mero damno, & præiudicio Clerici. Ego credo, quòd etsi ista opinio sit vera, in se, tamen fortè in Regno præualebit, stante *d. cap. Item statuimus, & d. Andr. in d. Constitat. De personis Clericorum, sub tit. vbi Clericus in maleficijs debeat conueniri, & Afflic. in d. cap. 1. S. si qui Clerici, de pace tenend. & eius violator. & in S. bona, tit. qua sint regalia, & cum essemus in feudo ve-*

33 ro, quod Clericus teneret à Rege, & pro eo iuramentum fidelitatis Regi Curie præstitisset, si contra Regem, committebat crimè læsæ Maiestatis, posset cognosci à Iudice laico, tam agendo, quàm excipiendo, ciuilliter tamè ad meram priuationem feudi.

Ita videbatur inclinare maior pars Dominorum votantium in hac causa, sed quia hic non fuit benè probatum delictum, quia solum de hoc crimine erat quædam procuratio facta in personam N. à Domina Hippolyta Saracena eius matre ad iurandum homagium pro ea, & erat scriptura priuata nullatenus comprobata, quæ nullam faciebat fidem, *l. instrumentum, ff. de probation. l. nulla ratio, vbi Bartol. & Imol. latè, ff. de donat. cap. 1. & 2. vbi Innoc. & omnes de fide instrument. latissimè per lason. post omnes in l. admonendi, ff. de iureiur.*

34 De libro præstantium homagia etiam non fuit habita ratio, quod erat solum sine alijs adminiculis, quia similiter erat scriptura priuata, & non scripta à Notario, nec ab Officiali ad hoc deputato, ergò non facit fidem, vt latissimè, & subtiliter habetur per *Aret. in cap. eum causam, col. 4. extrà de probation.*

35 De testibus etiam examinatis non fuit habita ratio, quia non fuerunt

examinati neque à Fisco, neque à Commendatore, sed sunt examinati à creditoribus, & sic non faciunt fidem inter diuersas personas, per regulam, quam ponit *Innocent. in cap. causam, que, de testibus, & quod notat latè Alex. in l. 2. C. de edend. propterea illæ attestaciones sunt ipso iure nullæ, quia receptæ à creditoribus, respectu quorum dictus D. Io. Michael erat indultatus, & Sua Maiestas expressè in indulto annullat omnes processus factos, & faciendos, & tollit iurisdictionem à Iudicibus, quod potest facere, *l. iudicium soluitur, ff. de iudic. ergò sequitur, quòd omnis processus factus contra indultatum est nullus ipso iure, l. non dubium, vbi sua materia, C. de legibus.**

Ex quibus maior pars Dominorū Votantium, putà omnes Domini Regentes Regiam Cancellariam, videlicet D. Hieronymus de Colle, D. Ciccus de Loffredo, & D. Ioannes Martialis tenebant, quòd hoc delictum non est probatum benè contra dictum D. Ioanem Michaellem, idem dicebant Dominus Marinus Frecia Regius Consiliarius, Hieronymus Albertinus, Franciscus Antonius Villanus, & Ego Præsidentes Regiæ Cameræ, & propterea non probato defectu, seu delicto, nō erat necessarium intrare ad alias difficultates, & etiam dato, & non concesso, quòd fuisset probatum delictū, quia, vt supra tenui, non potest dici crimen læsæ Maiestatis, quod Clericus non potest committere, etiam si feudum teneat à Domino temporali, si tantum culpam, & felloniam committit, Ego dico, quòd propter felloniam non priuatur vasallus ipso iure feudo, sed per sententiam, vt *d. cap. 1. de feud. sine culp. non amittend. & glos. in cap. 1. S. 1. in verbo amittere, tit. quib. mod. feud. amitt. cum qua trāseunt ibi Andr. & Aluarot. Bald. in cap. que in Ecclesiarum, de Constit. & in cap. imperialem, S. callidis, de prohib.*

*bit. feud. alien. per Frideric. & in S. denique, qua fuit prim. caus. benef. amittend. Angel. in l. eorum, ff. de damn. infect. Alex. cons. 40. col. 2. vol. 7. Franc. Curtius, qui dicit, hanc esse comunem opinionem in suo tract. de feud. p. 4. q. 2. fol. 52. & fortius dico, quod etiam in casu, quo ipso iure emphytheusis, siue feudum amittitur, vt quando emphytheuta, vel Dominus vendit feudum irrequisito Domino, intelligitur amissum, Domino volente, & petente, vt est text. in l. 2. C. de iure emphytheutic. Imol. in cap. ex parte, de feudis extra, Bal. optimè in l. final. per illum text. C. de reuocand. don. vbi ponit regulam, quod semper quod ex legis dispositione ipso iure in aliquem transfertur dominium, intelligitur, eo volente, & petente, idem sequitur Alex. in suo consilio, quem refert las. vbi supra, & ipse ibi sequitur Abb. cons. 67. col. 3. vol. 2. Cum igitur in casu nostro non tractetur de crimine læsæ Maiestatis, sed de feloniam, non transfertur dominium, nisi Rege volente, & petente, sed hic non solum Rex non egit contra Dom. Ioannem Michaellem, sed imò indulsit, ergò vita, & militia non est extincta, neque in alium translata, & tantò magis, quia fuit habitum, pro claro, quod vita, & militia non est feudum, & pro ea non fuit præstitum fidelitatis iuramentum, ergò Clericus nullo modo potuit committere crimen læsæ Maiestatis, & Cap. Nuper ad Trantum, cap. Bona damnatorum, & cap. Die mercurij loquuntur in manifesto proditore, Nos verò non sumus neque in manifesto, neque in occulto, sed in mera culpa, * seu feloniam, & ita fuit votata ista causa Me referente in Collateralibus Consil. fuerunt in voto pro hac parte suprascripti Domini Regentes, & Nos Præsidentes Regiæ Cameræ, & D. Marinus Freccia, & Dom. de Aguirra, & Doctor Guerrino fuerunt in contrario voto, Mihi verò placet*

quod dicebat Dominus Franciscus Antonius Villanus, faciendo differentiam inter crimen rebellionis, & crimen læsæ Maiestatis, & dicebat, quod Clericus ratione feudi non potest committere crimen rebellionis, per text. in d. clement. Pastoralis, in principio, allegando Bartol. in d. extrauag. qui sint rebelles. in verbo rebellando, in glos. magna, ibi dum dicit, An autem sit rebellis, quia Ego dico, quod verbum rebellio capitur in genere, & in specie, & est text. in cap. sanè, il 2. de offic. delegat. quando capitur in genere comprehendit quacunque inobedientiam, quam facit subditus, quocunque modo sit subditus, prout optimè dicit Bald. in l. si verò, S. qui ergò sunt, ff. de milit. testament. Bartol. in d. extrauagant. in verbo rebellando, col. 1. Philipp. Decius, quem omninò vide in d. cap. sanè, col. 2. & hoc modo est verum, quod Clericus ratione feudi potest committere rebellionem in genere sumptam, quia rebellio in genere sumpta comprehendit etiam feloniam, & omnem inobedientiam factam à subdito contra suum superiorem, Si verò capiatur rebellio in specie, tunc idem est, quod crimen læsæ Maiestatis, vt est text. in d. extrauagan. qui sint rebelles, in Rubro, & in Nigro, prout ibi declarat Bartol. & Decius, vbi supra, quo casu sicut Clericus ratione feudi non potest committere crimen læsæ Maiestatis contra laicum, à quo feudum tenet, ita non potest committere crimen rebellionis in specie sumptæ, quæ idem est, quod crimen læsæ Maiestatis, & hæc est veritas, & ita Bartol. in d. verbo, an autem sit rebellis loquitur de rebellionem in genere sumptam, aliàs esset sibi contrarius ad ea, quæ supra dixerat in eadem glos. distinguendo verbum rebellio in genere, & in specie, idem tenet Bal. in l. si verò, S. quid ergò, ff. de milit. testament.

S V M M A R I A.

- 1 *Secundogenitus ex feudo Iuris Francorum habet vitam, & militiam ratione exclusionis.*
- 2 *Vita, & militia duplex non debetur ex eodem feudo eidem, & eodem tempore, etiam si feudum transiret ad fratrem.*
- 3 *Legitima non debetur fratri in bonis fratris, quod limitatur, quando turpis persona est instituta.*
- 4 *Alimenta à fratre non debentur fratri, quod limitatur, quando non habet, vnde se alat.*
- 5 *Vita, & militia non debetur de feudo fratris, & sic in linea collateralis.*
- 6 *Secundogeniti possunt petere partem meliorationum factarum feudo, & pōderatur tex. in cap. si vasallus, hic finitur lex.*

ARGVMENTVM!

Vita, & militia an debeatur in linea collateralis, Et de meliorationibus in feudo factis.

Decisio 6. volum. 6.

Magnificus Annibal Sarcenus, petijt in Regia Camera vitam, & militiam in bonis feudalibus Magnifici quondam Ioannis Camilli eius fratris, petijt etiam meliorationes, quas dictus eius frater fecit in feudo pro sua portione, cum ipse sit pro sua parte hæres in bonis burgensaticis sui patris. Non est dubium, quin in bonis feudalibus patris in Regno filius secundogenitus habet vitam, & militiam, quia ibi viuitur Iure Francorum, de quo iure filius secundogenitus excluditur à successione feudi, in quo solum primogenitus succedit, vt in *Constitut. Vi de successibus*, quo

casu ratione exclusionis ab hæreditate etiam à legitima datur sibi vita, & militia, vt viuat, vel ratione legitimæ, vel alimentorum, vt in *Constitut. Comitibus*, vbi *Andreas, & Loffred. in cap. 1. S. præterea Ducatus, de prohibitis.*

2 *feud. alienat. per Frideric.* & ideo si iam in bonis patris sui secundogenitus habuit vitam, & militiam, quæ sibi debetur, vt supra dixi, ad quam consequendam habet hodiè ius reale, per *cap. Regni Alienationis actus*. Si iam illam est consequutus, non potest amplius illam petere super eisdem bonis, dato quòd bona penès fratrem dicantur bona fratris, & non patris, postquam est adita hæreditas, *l. sed et si plures, S. sed in arrogato*, vbi notant omnes *DD. ff. de vulg. & pupill. & in l. 1. S. veteres*, vbi etiam *DD.* notant *ff. de acquir. possess.* Sed in bonis fratris non debetur legitima fratri, neque hæreditas, nisi in vno casu. scilicet quando est instituta turpis persona, vt est casus iuxta *glos. in S. primum, in authent. de hæred. & falcid. est tex. in l. fratres, C. de inoffic. testam.* dicit *Bald. in l. 1. colum. 3. C. de impuber. & alijs substitutionibus, & in authent. ex causa, col. 1. C. de liber. præterit.* neque etiam fratri debentur à fratre alimenta, nisi casu, quo non habet, vnde se alat, *l. qui filium, ff. vbi pupill. educar. debet*, iuncta *glos.* & notant *DD. in l. 1. ff. sol. matrimon.* quo ergò iure debetur fratri in bonis feudalibus vita, & militia? si in dictis bonis non debetur neque alimenta, neque legitima, & cum à dictis bonis nullo iure excluditur, ergò ei non debetur vita, & militia, postquam in dictis bonis nullum ius habet, & ita in hoc primo puncto fuit per omnes Dominos de Regia Camera conclusum in fauorem creditorum, qui sunt graduati in supradicta Baronia.

Quòd secundum caput, an fratribus secundogenitis cōpetat ius pro meliorationibus, quas fecit pater in feudo, cum ipsi omnes sint hæredes

in

in bonis burgenfaticis, iuxta dispositionem *tex. in cap. si vasallus, hic finitur lex*, qui *tex.* loquitur, quando ex linea finita feudum est apertum Domino, qui Dominus directus debet permittere, ut hæredes defuncti in bonis burgenfaticis auferant ædificium, seu meliorationes, vel eas dictis hæredibus soluant, licet *tex.* ille non loquatur in casu nostro, tamen videtur, quod sit eadem ratio in casu nostro, ut filij secundogeniti sint hæredes in burgenfatis tantum, & tunc primogenitus, qui habet feudum, vel soluat meliorationes, vel permittat, quod ab eis tollatur ædificium, licet *DD.* ibi non forment quæstionem, tamen *Loffred.* eam format in *d. c. imperialem, § praterea Ducatus, versicul. & non impertinenter etiam quæri potest,*

vbi licet expressè non determinet quæstionem, tamen per allegata ibi per eum videtur decidere, quod filij secundogeniti foueant ius, & ita Ego credo verum, quia, ut supra dixi, est eadem ratio casus *d. S. si vasallus*, & quia est decisio *Andrea*, & ibi latissimè *Loffred. in d. S. praterea Ducatus*, quod si pater emit feudum, licet in eo succedat primogenitus, quando succeditur Iure Francorum, alij filij possunt petere partem pretij, quo feudum fuit emptum, ergò per eandem rationem debent filij secundogeniti posse petere meliorationes, quia est eadem ratio. Hic casus non fuit decisis, quia non fuit reperta petitio harum meliorationum, sed quod supra scripsi est verum,





D. ANNIBALIS MOLES

PRÆSIDENTIS REG. CAM. SVM.
Deindè Regentis Regiam Cancellariam
DECISIONES ALIQVOT

Manuscriptæ circa Vitam, & Militiam, quæ passim
sic circumferuntur.

*In Releuio an deducenda sit Vita, & Militia,
quæ soluitur secundogenitis.*



S V M M A R I A.

- 1 In releuio non deducitur vita, & militia, & ratio ponitur.
- 2 In adoho nec deducitur vita, & militia.
- 3 Decisiones Regie Camera in hac re ponuntur.
- 4 In releuio non deducuntur expensæ etiã factæ pro custodia Castri.
Vita, & militia debetur patruo, sub eodem nu.
- 5 Vita, & militia & si sit onus feudi, & sit loco legitima, adhuc in releuio non debet deduci.
- 6 Deductio solet fieri pro rata rei separata à feudo cum dominio.
- 7 Deductio releuij fit, cum Regia Curia potest exigere releuium tẽpore mortis ab illo, cuius occasione fit nunc deductio.
- 8 Secundogenitus habens vitam, & militiam non habet dominium aliquod in feudo, nec soluit releuium in morte sua.
- 9 Actio pro vita, & militia non est realis, sed personalis in rem scripta, & condictio ex lege.

QVAESTIO QVARTA.

- 1 **H**aec quæstio ponitur per Iacob. de Ayello in tract. de Iure Adoha, in finalibus verbis, & dicit per Cameram sæpè fuisse iudicatum, quòd non fiat deductio, & ita his temporibus sæpè iudicauimus in Camera, ea potissimum ratione, quia vita, & militia potius est onus propter feudum, quàm onus feudi, & per alias rationes traditas per

per *Afflicti. decis. 252*. vbi firmat, quòd
 2 nec in adoho fit deductio vitæ, & militia, & per *Loffred. in cap. imperialem, S. firmiter, de prohib. feud. alienat. per Frideric.* vbi in *col. 2. in versic. prædictis tamen non obstantibus* firmat, quòd nec à releuio debet fieri hæc deductio vitæ, & militia, per rationē
 3 ibi per ipsum traditam, & ita nouissimè decidimus pluries in Camera, & videbis decreta in *lib. notamentorum die 26. Iunij 1565.* in releuio Ducis Andriæ, vbi idem fuit iudicatum de vita, & militia, quæ debetur patruo feudatarij, & idem iudicauimus in releuio Comitis Sereri, & idem iudicatum in releuio Princepis Sulmonis referente Magnifico Io. Francisco de Arminio Rationale die 6.
 4 Octobris 1569, & ita etiam fuit sæpius iudicatum quòd alias expensas similes, quæ fiunt pro custodia Castri per decisionē *Claudij à Seyfello in l. fructum, ff. solut. matrim. & Angel. in l. Turres, C. de oper. public.* quæ est decisio singularis, amplius aliqui ex
 5 Dominis Præsidentibus tenuimus, quòd posito, quòd vita, & militia sit, & dici possit onus feudi, ita quòd ob id possit feudum vèdi, ad tradita per *Andr. in cap. 1. S. quid ergo, tit. de re aliena facta, & in Constit. Si quis possit litem.* & transeat cum eodem onere ad emptorem, & tertium possessorem, per *tex. in l. 1. & 2. C. si sine causa, vel reliquis fundum compararit, leg. hæc tenus. & l. quæro, ff. de usufructu,* & per eundem *Andr. in Constit. Regni In aliquibus,* & per *Afflicti. in l. imperialem, S. præterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Frideric. num. 52.* & posito etiam quòd sit, & succedat hæc vita, & militia loco legitimæ, quæ est pars, & quota bonorum iure naturali debitas, adhuc firmatur, quòd non per hoc debet deduci à releuio, quia deductio prædicta nunquam consuevit
 6 fieri, nisi pro rata rei separata à feudo cū dominio, ita, & taliter quòd hæres in illo anno non perceperit

7 fructus illius ratæ, & quòd sumus in casu, quo Curia possit suo tempore percipere releuium pro hac rata, quæ deducitur tempore mortis illius, cuius occasione fit deductio, quæ omnia cessant in vita, & militia, & in secundogenito eam prætendente, qui
 8 nullum habet dominium, nec quotā, nec partem in feudo, nec per eius mortem debetur releuium Fisco, quia nullum habet ius formatum in corpore feudali, sed tantum habet actionem personalem contra primogenitum, & in rem scriptam contra feudum, ex qua causatur onus feudi, argumento *tex. in l. fundus, S. quamquam, ff. de reb. eorum, l. metum, S. cum autem, ff. quod met. causa, l. adeo, S. si ff. ad exhibend. Bald. in l. si pupillus, S. se obligauerit, ff. de rebus eorum,* & hoc est, quod introduxit *cap. Alienationis actus.* quæ omnia ita declarat *Andr. in Constit. Regni Comitibus, in 1. & 2. lectura, vbi Afflicti.* & idem *Andr. in Constit. In aliquibus, & in cap. 1. S. item quòd dominus, quæ sit prima caus. benefic. amittend.* vbi semper firmat, quòd actio pro hac vita, & militia non est realis, sed cōdictio ex lege illa, vel capitulo, & actio personalis in rem scripta, vt supra.

QVAESTIO ADDITA.

An vita, & militia diminuat releuium.

S V M M A R I A.

- 1 *Vitam, & militiam non minuere releuium ex antiqua obseruantia, sibi, & consuetudine Regia Camera, & num. seqq.*
- 2 *Dobtori asserenti de consuetudine est credendum.*
- 3 *Consuetudo, & obseruantia iudicandi attendenda est, etiam quòd contraria opinio sit verior.*

4 Feu-

- 4 Feudatarius dicitur obligatus ex contractu feudali, cuius successores ad omnia illa, qua veniunt in contractum, vel secundum naturam contractus, sive de consuetudine, & stilo, & num. seqq.
- 5 Adoha est certa pars fructuum feudi.
- 6 Releuium an sit onus feudi, dubitatur, & resoluitur, quod sit ex obseruãtia, & practica, & datur actio realis contra tertium possessorem, & n. 7.
- 8 Contractus presumitur initus secundum consuetudinem loci.
- 9 Consuetudo Prouincia seruetur in praestationibus.
- 10 Quod sibi non cauit, ei imputandum est.
- 11 Cap. Alienationis actus non fuit editum in prauidicium Fisci, sed in fauorem secundogenitorum.
- 12 Feudatarius in Regno ob non petitam inuestiturã iuxta annum nõ amittit feudum, sed componitur.
- 13 Solutio pro recognitione domini nullã recipit diminutionem.
- 14 Expensa in cultura terra, & recollectione fructuum diminuunt releuium.
- 15 Fœmina pro paragio habet hypothecariam contra tertium possessorem discussio principali.
- 16 Paragium non diminit releuium.
- 17 Vita, & militia est loco portionis feudi aliã debita secundogenitis, & non diminit releuium, & sic de stilo, & obseruantia Reg. Cam. nu. 19.
- 18 Vita, & militia debita patruo an diminuat releuium.

QVAESTIO ADDITA.

Illud hodiè ponitur in dubium, an vita, & militia diminuat releuium Fisco debitum, taliter quod quasi onus super re, à qua releuium debetur, debeat deduci.

Et credo hæud quanquam id fundari posse, & primò Fiscus præterdit, antiquam, & nouissimam obseruationem Regiæ Cameræ esse, & fuisse, vt tale vitæ, & militiæ onus ininimè minuere possit ius releuij, de qua ob-

seruantia, & stilo fidem facit, non tãtum Doctor, sed qui multò tẽpore fuit in Tribunali Iudex Iacobus de Ayello in suo tract. de Iure Adoha, & Releuij in fin. & Doctori asserenti de consuetudine est credendum, iuxta tradita per Bartol. in l. de quibus, ff. de legibus, per Decium in cõs. 402. 420. & 440. per antiquum Stephan. Lambert. in tract. de contractibus, cap. 11. nu. 26. Tiraquell. in tract. de cõsuetudinib. par. 5. num. 6. Anton. Maria Corasus in tract. de com. opinion. n. 6. in paruis. Hæc iudicandi consuetudo, & obseruantia attendi debet, etiam quod contraria opinio verior esset, nam cum non tãtum semel, & bis, sed pluries sic fuit iudicatum, inducta est consuetudo sic iudicandi, ad quam consuetudinem inducendam sufficit binus actus, l. 3. C. de Episcop. Audient. Napod. in Cõsuetud. Si de bonis, in versic. non habet, sed plus dico, non sine causa, & maxima cum ratione fuisse sic iudicatum, & ita semper iudicari debere, quando casus euenerit, & nunc credo, quod pro lege decretum per Cameram interponendum, erit seruandum. Considero, quod dum ab initio hic contractus initus inter feudatarium, & Regem, obligat feudatarium, & omnes successores in feudo ad ea, quæ in hoc contractu veniunt, vel secundum naturam contractus, vel quæ de consuetudine à stilo venire debent, in quibus Rex concedens feudum cæteris anterior dicitur, & quibuscunq; præferri debet, cum primò contraxerit, cum ex inobseruantia promissionis resolui possit contractus, quasi causa data, causa non sequuta, hinc est, quod vita, & militia non diminuit ius adohæ Fisco debitum, quod integrum persolui debet, non obstante quod soluatur vita, & militia.

5 Et licet ius adohæ sit certa pars fructuum, iuxta tradita in cap. 1. S. præterea, de capitul. Conrad. cap. 1. S. firmiter, de probib. feud. alienat. per Frido-

 10 confirmatum † per ius Sicularum tam ex testamento, ut in *cap. Volentes, ibi, feudo ipso integro, at quo indiuiso perdurante, in tit. de alien. feud.* quàm etiam ab intestato,
 11 in quo successit † ius Francorum tam in feudis nouis, quàm in antiquis ratione prorogatiuæ sexus, & primogenituræ, ut in *cap. Si aliquem, & in cap. Constitutionem, de success. feud. verùm quia satis iniquum fuit, ut fratres minores natu sine eorum culpa priuarentur ex dispositione legis legitima portione feudi cuiuslibet eorum competenti ex dispositione iuris communis feudorum. Propterea loco portionis feudi, à qua filius secundogenitus excluditur per primogenitum succedentem in toto feudo indiuiduo inuenta, & introdu-**

12 ita fuit hæc *vita*, & *militia*, † per *tex. in d. Const. Comitibus*, per quam filius primo-
 13 genitus † tenetur fratri suo ratione exclusionis portionis feudi prestare sibi alimenta super fructibus feudi, iuxta quantitatem feudi prædicti, & numerum liberorum, prout infra latius dicitur, & hanc rationem assignat *Andr. de Isern. in d. Const. Comitibus, in prim. lect. in princ. in 1. col. vbi ponit eandem rationem de dote de paraggio*
 D * debita sorori loco portionis sibi debite
 14 in successione feudi, † ut ibi per eum, qui idè dixit in *Const. In aliquibus, in 7. col. ver. quid si frater*, de quo latius scripsi in alio tractatu meo de dote de parag. q. 1. poterit etiam alia ratio assignari, quia quotiescū-
 15 que quis priuatur † feudo ex dispositione legis sine eius culpa, * etiam ex ipso feudo deduci potest tanta quantitas fructuum, seu reddituum, que sibi sufficiat ad alimenta, *tex. est*, quem ibi notat *Alber. Ros. in 2. col. in ult. not. in cap. 1. si Episcopus, vel Abbas*, vbi mutus, vel à natura demens, qui priuatur successione feudi sine culpa sua, potest consequi alimenta super ipso feudo, propter quòd idem quotidie videmus in
 16 Baronibus † huius Regni, qui grauati mole aris alieni super feudo sine culpa eorum, sed vel ex facto antecessorum suorum, vel propter onera ipsius feudi, petunt sibi taxari plactum super feudo, ut non teneantur vltra, quàm facere possunt, iuxta *tex. in l. in condemnatione, ff. de reg. iur. de quo vide quæ ponit Affl. in Const. Si quis post litem, in 4. col. vers. sed iuxta hoc quæro de vtili, & quotidiana questione, in tit. de pan. contum. in ant. lib. 1.* & etiam vide in tractatu meo de concess. feud. in 8. q. 7. par. in 13. casu, ergo idem dicendum erit in priuatione partis, seu quotæ ipsius feudi sine culpa, ut propter hoc frater secundogenitus consequi possit alimenta, & sic vitam, & militiam, eadem ratione attenda, argumento l. qua de tota, ff. de rei vendic. Ratio autem exclusionis feudi secundogeniti à successione portionis feudi fuit fauor publicus, nè feuda diuidantur, † & ad nihilum perducantur, per ea, quæ habentur in d. cap. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fed. de quo vide *Affl. in Constit. prædicta Comitibus, in 1. col. in 3. not. in 1. quest.*

A D D I T I O.

A Inuenta] Vide *Minado. in conf. 1. nu. 1. vsq. ad num. 29. vbi multa; Burs. conf. 2. nu. 69. in 1. vol. nouissimè Surd. in tract. de alim. tit. 1.*

Vita, & militia an succedat loco legitime, vel alimentorum.

Q V A E S T I O II.

- q. 27. & tit. 8. q. 93. vbi infinitos cumulat.
- B *Affl. decis. 252.*] Adde post ipsum, quem allegat *Tiraq. de primog. q. 74.* vbi etiam quando tenetur secundogenitus contribuere alijs collectis, & subsidijs Principis, & in *num. 5.* Et an teneatur contribuere expensis belli imminētis in re feudali primogeniti, vel pro eius recuperatione, si ab ea fuerit expulsus, vide *Parid. de Put. de reintegr. feud. vers. sed pone, fol. mihi 173.*
- C *Individua*] Et ita testatur *Cannet. in cap. volentes, vers. explicitis, n. 15. fol. 39.* Cumi in *cap. Si aliquem, in vers. Francorum.*
- D *De paragio*] Et ratio est, quia par est dotis, & alimentorum causa, *Roder. in l. quoniam in prioribus, in 2. limit. num. 10.* & ante eum *Abbas in cons. 12. col. 4. in 7. dubio, vol. 1.* qui dicunt, quod sicut primogenitus tenetur alere, ita quoque sororem dotare compellitur per rationem supradictam, & vide de hoc *Ludo. Molin. de primog. Hispan. cap. 15.* vbi multa in materia.
- E *Culpa*] Vide *Parid. de Put. de reintegr. feud. car. 177. num. 29.* & in *muto Minato. in Const. In aliquibus, num. 23. fol. 5. Camerar. in cap. Imperialem, lit. G. de prohib. feud. alien. per Feder. fol. mihi 21.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M,

- 1 Vita, & militia an succedat loco legitime, vel alimentorum.
- 2 Vita, & militia, & dos de paragio æquiparantur.
- 3 Frater primogenitus, & secundogenitus pariter de iure communi admittebantur ad feudi successionem.
- 4 Secundogenitus præfertur sorori primogenita ex prerogativa sexus.
- 5 Soror de iure est incapax feudi.
- 6 Fæmina de iure Cõstitutionum Regni postponitur omnibus masculis concurrentibus ad successionem feudi in eodem gradu.
- 7 Dos de paragio succedit loco legitime.
- 8 Vita, & militia succedit loco alimentorum.
- 9 Vita, & militia morte finitur sicut alimentum, & non transmittitur ad hæredes.
- 10 Ius accrescendi non habet locum in alimentis diuisim debitis pluribus fratribus, & in eis succedit proprietarius.
- 11 Dos de paragio aequiparetur vite, & militia.

Secundò quæro, nunquid vita, & militia † succedat loco legitime, vel alimentorū, * & videtur quod succedat loco legitime, quia vita, & militia, & dos de paragio æquiparantur, † & eadem ratio exclusionis à successione portionis feudi militat in utroque, vt dixit *Andr. de Iser. in d. Const. Comitibus, in 1. & 2. lect. in princip.* & dixi supra in præcedenti quæstione, quinimò maior ratio militat in fratre secundogenito excluso à successione feudi portionis, quàm militet in sorore exclusa, quia frater secundogenitus est magis habilis feudi, quàm eius soror, ex quo de iure communi feudorum pariter admittebantur † cum fratre suo primogenito ad successionem feudi, vt in *cap. 1. §. omnes filij, si de feud. fuerit controu.* & dixi supra in præcedenti quæstione, & per Cõstitutiones Regni fuit admissus, ergo deficiente primogenito ex prerogativa primogenituræ, vt in *d. Const. In aliquibus, & in Const. Vt de successionibus, & in cap. si aliquem, & in cap. Constitutionem, & succedente casu præfertur sorori ex prerogativa sexus. †* Sed eius soror de iure communi feudorū erat pœnitus incapax, † vt in *cap. 1. §. filia verò, de success. feud. et in cap. 1. §. hoc autem notandum est, qui feud. dare poss.* & ex forma Constit. Regni fæmina † postponitur omnibus masculis concurrentibus in eodem gradu ad successionem feudi, vt in *d. cap. Si aliquem*: ergo si maius præiudicium causatur fratri secundogenito excluso ratione maioris habilitatis, quàm sorori, & dos de paragio succedit loco legitime, † vt dixi in alio tract. de dot. de parag. in q. 2. sequitur, quod fortius, vel saltim pariter vita, & militia succedit loco legitime. Cõtrarium tñ determinat *And. de Iser. in d. Const. Comitibus, in 3. col. vers. item nunquid, dum concludit, quod filio fratris secundogeniti nõ debetur*

8 vita, & militia, † quia alimentum cū vita finiuntur, l. cū hi, §. modus, ff. de transact. † & ideo

B nõ trāsmititur ad eius hæredes, * vt ibi p eū, quē refert, & sequitur *Matth. de Affl. ibi in 4. col. vers. 8. dubitatur, nu. 12. & in 5. col. vers. 12. quæro, n. 15. q. qñ* extinguitur hæc vita, & militia p mortē fratris secundogeniti.

ti, reuertitur ad fratrem primogenitum,
 10 † quia in alimentis diuſim debitis pluri-
 bus fratribus ſuper prædio non habet lo-
 C cum ius accreſcendi, * ſed ſuccedit pro-
 prietarius, l. dominis. ff. de uſufr. prout vo-
 luit *Bart. in l. 1. C. quando non pet. part.* &
 ibi per eum, de quo articulo vide *Mar.*
Laud. in tract. ſuo de primog. in 5. col. verſ.
quæro, an valeat conſuetudo, & Gugliel. de
Pern. in conſ. ſuo 11. num. 11. cum ſeq. inter
conſ. feudal. nec obſtat ratio æquiparatio-
 nis Vitæ, & Militiæ cum dote de paragio,
 11 † quia licet ſit eadem ratio excluſionis à
 ſucceſſione portionis feudi ratione eius
 indiuiduitatis, tamen militat diuerſa ra-
 tio ſubrogationis, quia Vita, & Militia
 ſubrogatur loco alimentorum, & dos de
 paragio loco legitime, vt ſuperius dixi:
 Et ratio diuerſitatis eſt, quia propter ſe-
 xus verecundiam ſoror nec debet labora-
 re, ſeu alio modo acquirere, niſi filando, &
 maſculus minor poteſt, & debet laborare,
 & de laboribus augere ſe; & bona ſua, vt
 ad melioris fortunæ compendium aſpiret,
 vt dixit *And. de Iſer. in d. Conſ. Comitibus,*
in 5. col. ideò vbi maius periculum inten-
debatur, ibi plenius fuit conſulendum,
¶ vbi periculum, de elect. in 6. cum ſimilib.

A D D I T I O.

A Alimentorum] De hac quaſtione vide,
Ludou. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap.
15. num. 2. Io. Petr. Surd. in tract. de alimen-
tit. 5. q. 1. limit. 2. num. 31. vbi allegat Iſern.
 & alios quamplures, *Mench. in conſ. 411.*
num. 4. cum ſeq. vol. 5. Buſat. conſ. 2. nu. 79.
vol. 1. cum alijs ab eis relatis, qui tenent,
 hanc Vitam, & Militiam ſuccedere loco
 legitime, & in ea opinione ex Noſtratibus
 fuit *Io. Anton. Cannet in cap. Si aliquem,*
verſ. et pariſormiter, fol. 332. Sed in cõtra-
 rium, quòd ſuccedat loco alimentorum,
 fuit *Vrſill. ad Affl. in dec. 252. Marin. Frec.*
de ſubſeud. lib. 2. fol. 264. in 19. differentia,
Ioſeph. Cum. allegans Authorem noſtrum
 in *cap. Si aliquem, in verſ. maritata, nu. 438.*
 de ſucceſſ. feud. In alia opinione fuerunt
Camerar. in cap. Imperialem, lit. G. verſ. cir-
ca ſecundum, vbi late fol. 102. de prohib.
 feud. alien. per *Feder. Pat. de Put. in tract. de*
reintegr. feud. verſ. nunc videndum, nu. 10.
fol. 177. & late Minado. in conſ. 1. nu. 31. &
56. cum multis ſeq. & in num. 67. verſ. &
 ex his omnibus, concludant omnes ſupra-
 dicti, quòd Vita, & Militia non ſuccedat
 nec loco legitime, nec alimentorum, ſed
 loco portionis feudi, à qua ſecudogenitus

per primogenitum excluditur. Pro cõcor-
 dia ita poſſet concludi, vt quatenus Vita,
 & Militia morte finitur, & extinguitur,
 ſuccedat loco alimentorum, quia alimen-
 ta morte finiuntur, & ſic ratione tantum
 extensionis in eius locum ſubrogata in-
 telligatur: quòd reliqua verò ſuccedat
 loco legitime, & ita voluit *Loffred. in cap.*
1. §. quid ergo, in verſ. vel danda. cal. 2. de
inueſt. de re alie. fac. & eum allegat, & ſe-
 quitur *Vinc. de Franch. in dec. 61. num. 7. in*
 1. par.

B Ad eius hæredes] Et ita in terminis Vitæ,
 & Militiæ tenet ex *Conſ. Comitibus Surd.*
de alim. tit. 5. q. 1. num. 33. vbi ad hoc alle-
 gat *Tiraqu. de primog. q. 74. num. 2.*
 C Ius accreſcendi] *Surd. de alim. tit. 9. q. 5. nu.*
 6. & ſeq. cum infinitis per eum relatis.
 Maſtrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Vita, & militia vtrum ſit onus feudi.
- 2 Primogenitus ſecundum ius Francorum ex
 prærogatiua primogenitura, & ratione
 indiuiduitatis feudi ſolus ſuccedit in toto
 feudo.
- 3 Feudum totum dicitur legitima iure natu-
 ra debita primogenito.
- 4 Primogenitus, qui ſolus ſuccedit in toto
 feudo, tenetur ad Vitam, & Militiam ſe-
 cundogenito ſuper fructibus ipſius feudi.
- 5 Vita, & Militia debetur iuxta numerum
 liberorum, & quantitatem reddituum tem-
 pore mortis patris, & ita taxatur.
- 6 Onus Vitæ, & Militiæ an ſit personale, vel
 reale.
- 7 Feudum an poſſit alienari pro vita, et militia.

A R G V M E N T V M.

Vita, & Militia vtrum ſit onus
 feudi.

Q V A E S T I O III.

A T Ertio quaero, vtrum Vita, & Mil-
 itia † ſit onus feudi, * & breuiter
 dicas, quòd ſic, vt dixit *Andr. de*
Iſer. in Conſ. Comitibus, in 2. lect.
in princ. & in d. Conſ. In aliquibus, in 7. col.
verſ. quid ſi frater, & in c. 1. §. quid ergo, in
2. col. de inueſt. de re alie. fact. & in c. 1. §. iſt
qui dominum, quæ ſit prima cauſa benef. amit.
 2 quia primogenitus † vel ſecundum ius
 Francorũ ex prærogatiua primogenitura,
 vel ſecundum ius Sicularum ratione in-
 di-

3 **dividuitatis feudi solus succedit in toto feudo, & totum feudum † dicitur legitima, * iure naturæ debita ipsi soli filio primogenito, vt dixit *Hofii. in cap. licet, extra de vot. quem refert, & sequitur Andr. de Iser. in Const. Dignum, tit. de iure suo Cur. observand. lib. 3. & Affb. in d. Const. Comitibus, in 3. not. & in Const. Vt de successione, in ult. col. tamen cum onere soluendi***
 4 **Vitam, & Militiam † fratribus suis, quod intelligo verum respectu fructuum, * & nō respectu proprietatis, aut utilis domini ipsius feudi, vt declarat *Affb. in Const. Comitibus, in 2. col. in vers. pro ista secūda parte, & in 3. col. in vers. nec obstat: Et ideò hanc Vitam, & Militiam super fructibus feudi percipere debet frater secundogenitus à manibus * fratris sui primogeniti, & non manu sua propria: vt dixit idē *Matth. decis. sua 252. in 1. col. post num. 2. per tex. in l. fundi Trebatiani, & ea, quæ ponit ibi *Bart. ff. de vsufr. lega. & ita seruatur in hoc Regno, quia taxatur † Vita, & Militia debita fratri secundogenito iuxta quantitatem reddituum feudi tempore mortis patris, & numerum liberorum. Et ad eam soluendam condemnatur primogenitus quolibet anno manu sua propria durante vita fratris secundogeniti, prout infra latius suo loco dicitur. Nunquid autem hoc onus*****
 6 **† Vitæ, & Militiæ super feudo, seu fructibus feudi sit personale, vel reale, * vt transeat**
 F **in tertium possessorem * feudi? vide quæ ponit *Affb. in Const. Fratribus, in 4. colum. vers. sed quero, in tit. de fratr. ali. par. feudi, lib. 2. & quæ scripsi in alio tract. meo de dote de parag. in 3. q. Et an per hoc quia Vita, & Militia est onus feudi possit feudum,***
 7 **† alienari * pro Vita, & Militia debita, & G taxata fratri secundogenito? dicam latius infra in 10. quest. vbi melius cadit.**

A D D I T I O.

A Onus feudi] An Vita, & Militia sit onus feudi, vide *Minad. in Const. In aliquibus, col. 2. num. 13. fol. 18. vbi tenet, quòd sic, & adde *Cannet. in cap. volentes, fol. 100. vers. est etiam onus feudi, & idem *Minad. dec. 10. n. 2. Par. de Put. de reintegr. feud. vers. nunc videndum, n. 7. fol. 176. Et an ex eo, quòd sit onus feudi possit dominus petere subventionē à vasallis? vide *Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 2. num. 13. fol. 264.****
B Legitima] An hoc sit verū, latè *Camerar. in c. Imperialē, de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 101. lit. V. vers. quod tenes, in fin.*
C Fructuum] Vide *Surd. de alim. tit. 4. q. 9. n. 1.*

D A manibus] Et ideò non æquiparatur usufructuario, cum eam nō percipiat suo iure, sed à manibus fratris primogeniti, *Parif. conf. 55. nu. 45. vol. 3. Surd. conf. 155. num. 3. Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. n. 60.*

E Reale] Quòd sit onus feudi reale, vide *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 50. lit. E. & fol. 102. lit. M. de prohib. feud. alien. per Fed. sed an possit agi etiam de fructibus præteritis Vitæ, & Militiæ? vide eundem, qui dicit, quòd sic, etiam contra tertium possessorem, & quòd alimenta possunt peti etiā pro tempore præterito, *Surd. de alim. tit. 5. q. 1. num. 39. et 40. Saler. in add. ad Consuet. Neap. fol. 217. lit. B.**

F Tertium possessorem] Vide *Affb. in cap. 1. §. præterea Ducatus, n. 25. de prohib. feud. alien. per Feder. Guid. Pap. q. 676. num. 1. & 2. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 12. lit. V. cum sequit. supra allegato, sed an prius debeat discuti hæreditas, quā deueniatur ad tertios possessores? vide *Boer. decis. 145. per totam, qui loquitur in legitima, sed in dote de paragio, & Vita, & Militia tradit *Andr. in Const. In aliquibus, col. 6. vers. quid si designat, & in vers. de bonis, num. 17. vbi *Affb. late, refert, & sequitur *Franch. in add. ad Consuet. Neap. fol. 217. lit. A.*****

G Alienari] Dic, quòd sic ex *Andr. in cap. 1. §. quid ergò, de inuest. de re alien. fact. & in Const. Comitibus, & in Const. Si quis post litem, quod procedit etiam in feudo ex pacto, & providentia Principis, vt in terminis tradit *Cannet. in cap. volentes, fol. 100. vers. est etiam onus feudi, num. 50. & allegat *Bald. in l. 2. C. commun. de legat.***

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

1 *Vita, & Militia quibus personis detur.*
 2 *Vita, & Militia debetur omnibus fratribus minoribus exclusis à successione feudi.*
 3 *Rex tenetur dare vitam, & militiam fratribus minoribus.*
 4 *Secundogenitus consequi debet vitam, & militiam absque aliqua exceptione, ac etiā pendente lite debet alimentari.*
 5 *Frater secundogenitus potest petere vitam, & militiam, etiam quòd sit diues, vel aliud alimentatus fuerit.*
 6 *Vita, & militia debetur fratri secundogenito, siue ex utroque parente, siue ex altero tantum.*
Et debetur etiam clerico, & monacho cuius monasterij, quod retinere potest bona in communi, num. 7.

A 3 Et

Et debetur etiam spatio, siue naturali tantum, num. 8.

Et à natura dementi, aut aliàs imperfecto, num. 9.

10 Vita, & Militia non debetur fratri à patre legitime exheredato.

11 Vita, & Militia debetur nepoti ex filio primogenito pramortuo vivente auro.

ARGUMENTVM.

Vita, & Militia quibus personis datur.

QVÆSTIO IV.

Quartò quæro, quibus personis datur Vita, & Militia: † Respondeo, debetur omnibus fratribus * minoribus natu, & exclusis à successione feudi per fratrem eorum primogenitum, qui successit in toto feudo, † vel ratione iuris Francorum, vel ratione individuitatis feudi, rex est formalis in *d. Const. Comitibus, in fin. in tit. de adiut. pro fra. mili. lib. 3. ubi glo. ponit rationem, quia sicut filij naturales, qui repelluntur à successione parentum per legitimam sobolem debent pasci à legitimis fratribus secundum substantiæ mensuram, viri boni arbitrio, ut probatur in s. oportet, in auth. quibus mod. nat. eff. sui, col. 7. Ita fratres minores natu, qui repelluntur à successione portionis feudi per primogenitum secundum dispositionem Constitutionum, & Capitulorum Regni Vitam, & Militiam sibi debitam absque alicuius repulsæ timore de bonis feudibus patris defuncti à fratre maiore natu petere, & habere poterunt. Amplio nunc, istam conclusionem procedere non solum in feudis, in quibus frater primogenitus habet utile dominium in feudo, sed etiam in Regnis, in quibus Rex † ut frater primogenitus habet directum dominium Regni, ut teneatur alijs fratribus minoribus natu prestare Vitam, & Militiam, ita dixit *Hosli. in cap. licet, extra de dot. quem refert, & commendat Andr. de Iser. in Const. Dignum, in tit. de iur. su. cur. serua. lib. 1. & Dom. Matth. in d. Const. Comitibus, in 3. not. in 1. q. Et scripsi latius in alio tract. meo de dot. de parag. q. 4. de quo articulo vide latius quæ ponit *Panor. cons. 3. incip. nitur in presenti causa, in 1. col. vers. sed his non obstantibus, & in 5. col. vers. & præterea quæ dixi, in 2. vol. Secundò amplio conclusionē***

prædictam, ut hanc vitam, & Militiam frater secundogenitus † absq; aliqua exceptione consequatur, per *tex. in d. Const. Comitibus, in fin. ibi, sine alicuius repulsæ timore, & ibi vide Matth. de Affl. in 5. & 6. col. in 4. nota. quiniò hic frater secundogenitus pendente lite * super Vita, & Militia petere potest à fratre suo primogenito, quod interim alimentetur, & habeat aliquam pecuniam, vnde faciat litis expensas, ut dixit *D. Matth. de Affl. in d. Const. Comitibus, in 5. col. vers. 10. quæro, quæ vulgò dicitur in hoc Regno pecuniola, de qua latius dixi in alio tract. meo de iud. caus. feud. q. 22. † Tertiò amplio, etiam si frater secundogenitus sit locuples, * & etiam si habitaverit extra domum fratris sui primogeniti, vel alimentatus fuerit aliunde, ut per *Andr. de Iser. in d. Const. Comitibus, in 1. lect. in 1. col. & ibid. Matth. in 2. col. vers. pro ista parte. Quartò amplio conclusionem prædictam, siue frater † secundogenitus sit ex utroque parente, siue ex altero tantum, * ut Vitam, & Militiam consequatur, nam quemadmodum frater primogenitus preferitur fratri suo secundogenito in successione feudi ex prærogatiua primogenituræ, siue sit ex utroque parente, siue ex altero tantum, ut dixit *Bal. in l. 1. in prin. in vers. & per hoc determinatur questio, C. de leg. har. de quo latissimè scripsi aliàs in tract. meo de concess. feud. in 8. q. 4. partis principalis. Ita frater secundogenitus exclusus à successione portionis feudi, consequi debet Vitam, & Militiam ratione exclusionis prædictæ, siue sit frater ex utroque parente, siue ex altero tantum, declarando prout in dicta *quest. 8. in prima ampliatione, & latius declaravi in alio tract. meo de do. de parag. q. 7. Quintò amplio, etiam si frater secundogenitus * sit clericus, vel monachus alicuius monasterij, quod retinere potest bona in communi, prout late examinat, & idem cõcludit *D. Matth. in d. Const. Comitibus, & in 2. col. in 3. q. maxime quia monachus quoad alimenta dicitur capax, & non habetur pro mortuo, prout declarat *Bart. in l. seruus, ff. de alim. & cib. lega. confirmatur hoc, quia si clericus primogenitus excludit fratrem secundogenitum à successione feudi, prout latius scripsi in tract. meo de concess. feud. in 8. q. 4. partis prin. in 2. ampliatione, ergo multo fortius clericus secundogenitus exclusus consequi poterit Vitam, & Militiam, de quo vide quæ habentur in allegat. meis in materia feudali *car. 77. & tribus seq. Confirmatur etiam ex aliò, quia si soror mo-********

nialis

nialis Baronis consequitur dotem de pa-
 ragio, vt scripsi in *tract. meo de dot. de pa-*
rag. quæst. 13. ita etiam poterit consequi
 Vitam, & Militiam per prædicta. Sexto
 amplio, si secundogenitus sit naturalis
 † tantum, seu spurius, * nam licet respectu
 F successione feudi requiratur, quod pri-
 mogenitus sit legitimus, & naturalis, vt in
 cap. 1. §. naturales, si de feud. fuer. controu.
 de quo latius scripsi in alio *tract. meo de*
edict. feud. in 7. q. 4. partis principalis, vers.
limite 2. & in 8. q. 4. partis principalis, vers.
limite 3. prærogatiua primogenituræ,
 tamen respectu Vitæ, & Militiæ sufficit,
 quod sit frater naturalis tantum, quia hæc
 Vita, & Militia successit loco alimentorū,
 vt dixi supra in 2. q. & simul cum vita fini-
 tur, l. eam ij, §. modus, ff. de transact. & de-
 clarat glos. in d. *Const. Comitibus*, quæ sum-
 psit originem ex dispositione iuris com-
 munitatis, per *tex. in §. oportet, in auth. quibus*
modis naturales efficiuntur sui, col. 7. & si-
 cut naturales filii, qui repelluntur à suc-
 cessione parentum per legitimam sobolem,
 pasci debent à fratribus legitimis, vt dixit
 glos. in d. *Const. Comitibus*, ita & in bonis
 feudilibus alimentari debent à fratre pri-
 mogenito, maxime quia frater naturalis
 respectu alimentorum censetur capax, vt
 voluit *Abb. in cap. eam haberet, de eo, qui*
daxit in uxore quam poll. per adult. ergo eo-
 dem modo respectu Vitæ, & Militiæ. Con-
 firmatur hoc, quia si soror spuria, seu na-
 turalis tantum consequi potest dotem de
 paragio iuxta vires, & qualitatem alimen-
 torum, vt scripsi latius in *tract. meo de con-*
cess. feud. in 8. q. 4. partis principalis in 1. ca-
sa, vers. 2. amplio, & in alio tract. meo de
dot. de parag. 8. q. multo fortius ergo con-
 sequi poterit Vitam, & Militiam, quæ mi-
 nus iuris tribuit fratri secundogenito, qui
 succedit loco alimentorum, vt supra in
 2. q. & conferri potest incapaci, puta Cle-
 rico, vel Monacho, prout supra dixi in
 præcedenti ampliatione, quàm dos de pa-
 ragio, quæ tribuitur sorori, quia succedit
 loco legitime, prout scripsi in d. *tract. meo*
 in q. 2. & confirmatur etiam ex his, quæ di-
 xit *tex.* & ibi *Doll. in l. uxorem, §. pater na-*
turalis, ff. de leg. 3. & Doll. in l. 1. ff. solu. ma-
 trim. Septimo amplio, etiam si frater secun-
 dogenitus reperiatur à natura demens,
 † aut aliàs imperfectus, quia licet non suc-
 cedat in feudo, tamen ex quo eius suc-
 cessione priuatur sine culpa sua, potest super
 feudo consequi Vitam, & Militiam, ita di-
 xit *Andr. de Iser. in cap. 1. in fin. 2. col. in*
ult. not. in tit. Episc. vel Abb. de quo latius

supra in 1. q. in fin. Limite autem istam con-
 clusionem, vt frater primogenitus teneat-
 tur præstare Vitam, & Militiam fratri sub
 10 secundogenito, nisi frater † suus secundo-
 genitus fuisset à patre legitime exhereda-
 tus, * ita limitat *Andr. de Iser. in d. Const.*
Comitibus, in prim. lectu. in prin. quem se-
quitur Dom. Matth. de Aff. ibi in 2. col. in
11. q. vbi allegat concordantes. Confirma-
 tur hoc, quia sicut frater primogenitus le-
 gitime exheredatus repellitur à successio-
 ne totius feudi, prout voluerunt *Hoslie. &*
Ioan. Andr. in c. licet, de vot. & Mart. Laud.
in tract. suo de primogen. in 2. col. vers. qua-
ro, an pater, & vers. sequenti, cum his, quæ
 aliàs scripsi in *tract. meo de concess. feud. in*
 8. q. 4. partis principalis, vers. limite 4. & in
 alio *tract. meo de dot. de paragio, in 7. q.* Et si
 monachus, & spurius, qui sunt incapaces
 successione feudi admittuntur ad conse-
 quendam Vitam, & Militiam, vt in 5. & 6.
 ampliatione, cur diuersum in filio exhe-
 redato. Vt sicut primogenitus exhereda-
 tus repellitur à successione totius feudi,
 ita & secundogenitus repellitur à Vita, &
 Militia consequenda, nisi fortè dicamus,
 quod exhereditatio oritur ex delicto ini-
 gratitudinis commissæ, & successit loco
 pena priuationis bonorū, ideò non mirū
 si talis exhereditatio pariter militet in utro-
 que fratre exheredato, tam primogenito,
 quàm secundogenito, quia par ratio mili-
 tar utriusque, sed incapacitas successione,
 quæ militat in spurio, & monacho, etiā si-
 ne culpa eorum ex dispositione iuris ciuili-
 lis, quæ cessat in alimentis, quæ debentur à
 iure naturali, nō mirū si spurius, & mona-
 chus, qui repelluntur à successione feudi,
 non tamen repelluntur à Vita, & Militia
 consequenda. Secundo principaliter de-
 11 berur hæc Vita, & Militia † nepoti * ex
 H filio primogenito præmortuo viuente auo,
 stante illa opinione pro vera, quod filius
 secundogenitus excludit nepotem ex pri-
 mogenito præmortuo viuente auo, ita di-
 xit *Andr. de Iser. in d. Const. Comitibus, in*
penult. col. vers. quid ergo si primogenitus
moriatur, quia sicut filius primogenitus
 tenetur præstare alimenta, & sic Vitam, &
 Militiam filio fratris sui secundogeniti præ-
 mortui viuente auo, quia tenetur ad id, ad
 quod fratri suo secundogenito teneretur,
 si viueret tempore mortis patris sui de iure
 communi, per *tex. in l. 1. vt act. contra*
har. & ab hered. ita filius secundogenitus
 tenebitur præstare huic nepoti ex filio
 primogenito præmortuo id, quod teneretur
 patri suo, si viueret, & esset secundogenitus
 de

de iure communi, per *tex. in §. cum filius, Instit. de hered. que ab intest. deferun.* circumscripto iure primogeniturę, quod est personale, & non transmittitur ad heredes, vt voluit *Io. And. in add. ad Specul. in rubr. de feud. vers. quia casus nouus est, nec lege cōprehensus, nec usu determinatus recurrendum esset ad Principem, vt declaret, & suppleat, vt ibi per eum, qui idem dicit in dote de paragio debita filię filij primogeniti pręmortui viuente auo, quę per filium secundogenitum patrum suum tempore mortis aui à successione feudi reperitur exclusa, de quo latius scripsi in tract. meo de dote de parag. q. 4. vers. 4. infero:* Et sic ex his infertur, quod non solum debetur Vita, & Militia fratri secundogenito, sed etiã nepoti tam ex filio primogenito pręmortuo viuente auo, quam etiam ex fratre secundogenito pręmortuo viuente auo suo, per prædicta.

A D D I T I O.

- A Fratibus**] Quid si frater primogenitus procurauerit aliquam prælaturam, vel officium aliud secundogenito fratri, & sic habuerit vnde se alat, teneatur ad Vitam, & Militiam? dic. quod nõ ex his, quę tradit *Paris de Put. de reintegr. feud. fol. 177. à ter. vers. attamen possit dubitari, Camil. Saler. in add. ad Cōsuet. Neap. fol. 214. lit. B. & vide Franch. decis. 178. num. 4. in 1. sed an si primogenitus ob crimen lese Maiestatis amittat feudum, teneatur ad Vitam, & Militiam secundogenito? vide *Camil. Saler. in addit. ad Cōsuet. Neap. fol. 218. lit. D.* Et an debeatur à refutatorio contemplatione matrimonij, vide *Vinc. de Anna allegat 23. per totam.* Et quid si filius secundogenitus successit in allodialibus, an debeat habere Vitam, & Militiam? vide *Afflic. decis. 138. in 2. dubio, & omnino ibi Vrsill. in addit. vbi tenent, quod sic secundum eam opinionem, itã aliã audio fuisse decisum in M. R. C. die 16. Ianuarij 4. Ind. 1545. pro Baronissa Radulæ, & itã cōcludit *Tiraq. de primogen. q. 75. n. 8.***
- B Pendente lite**] *Frecc. in addit. ad Cōsuet. Neap. fol. 226. lit. A. Vrsil. ad Aff. decis. 10. num. 4.* imò vsque ad sententiam diffinitiuam, *Ludoui. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 39. Menoch. de presump. lib. 1. q. 36. num. 34. & latè eandem sententiam prosequitur *Surd. de alim. tit. 5. q. 8.**
- C Locuples**] Et ratio est, quia priuatur ratione feudi, & ideo loco suę portionis datur Vita, & Militia, quę est causa finalis, & nõ

egestas, vt bene dixit *Paris de Put. de reintegr. feud. fol. 177. num. 28. Tiraq. citatus in superiori apostilla, vbi latè, & in eo, qui habuerit aliundè in terminis Vitę, & Militię itã tradunt, & latè *Surd. de alim. tit. 7. q. 15. num. 22. cum seq. Menoch. conf. 411. num. 6. Pern. in conf. 111. num. 10. & Aff. decis. 138. num. 4. vsque ad finem.**

D Ex altero tantum] Vide *Bald. in conf. 103. quem sequuntur multi citati à *Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 86. ff. de lib. agnosce. inter quos est *Molin. de primog. lib. 2. cap. 15.***

E Clericus, vel monachus] Et itã fuit decisum in Sacro Consil. Neap. vt refert *Paris de Put. de reintegr. feud. fol. 176.* qui hęc questionem disputat ad partes, & itã determinat, adde *Bero. in cap. Rainutius, num. 221. extra de testam. & sequitur *Franch. dec. 20. vbi vide, quia loquitur in fortioribus terminis, *Napod. in Cōsuet. Neap. nn. 4. vers. ad quid si, fol. 220. Minad. in Const. In aliquibus, num. 7. fol. 17. in 1. col. Sed quid in Milite Hierosolymitano? videtur dicendum, quod non, quia Vita, & Militia debetur ratione exclusionis feudi, seu eius portionis, in qua succederet ipse frater, quę non militat in eo, qui se ipsum exclusit, faciendo se Religiosum, ex communi opinione relata à *Menoch. in conf. 55. vbi dicit hoc verum etiam ex eorum stabilimentis, & *Hipp. Rim. conf. 527. quod miles Hierosolymitanus non succedit in feudo. Contrarium tamen est verius, quod ei debetur Vita, & Militia, quia in eius præstatione cessat seruitium, quod non posset præstare domino feudi, & licet pro Vita, & Militia teneatur ad expensas primogeniti seruire, domino, nihilominus potest hoc per substitutum facere, cum nõ sit electa industria personę, vt in clerico dixit *Paris de Put. supra allegatus, num. 11. Franc. in d. dec. 20.******

F Naturalis tantum, seu spurius] Vide *Molin. de primog. lib. 2. cap. 1. nu. 42. *Surd. de alim. tit. 1. q. 9. n. 3. & in terminis *Cannet. in cap. si aliquem, vers. Sed queritur fol. 331. qui in hoc tenet cōtra opinionem Authoris nostri hic, sed eius argumenta procedunt in dote de paragio.***

G Exheredatus] *Aff. in cap. 1. §. præterea, n. 52. de prohib. seu. alie. per *Fed. *Surd. de alim. tit. 7. q. 15. Camil. Saler. in add. ad cōsuet. Neap. fol. 226. vers. ad istam cōsuet. vbi latè, & ibi *Napod. n. 80. et 81. quę ipse allegat.****

H Nepoti] Contraria opinio fuit approbata per *Cap. Regni sub Carol. num. 113.*

Mastrillus.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 Vita, et militia super quibus bonis debetur.
- 2 Fructus, qui peruenerunt ex feudo patris dicuntur bona paterna.
- 3 Vita, & militia debetur pro patrimonij facultate, & fructibus ipsius feudi.
- 4 Secundogenito fratri debetur vita, & militia à manibus fratris primogeniti, & non à manu propria.
Et debetur tam super fructibus feudi patris, quàm materni, remissiuè, num. 5.
Et tam super feudo nouo, quàm antiquo, & remissiuè, num. 6.
Et in feudo perueniente tam ex successione ascendentium, quàm transuersalium, & remissiuè num. 7.
Et super feudo, quod fuit repertum in bonis patris tam tẽpore mortis, quàm post mortem recuperatum, & remissiuè num. 8.
- 9 Vita, & militia non debetur super feudo franco, & libero, remissiuè.
- 10 Pater relinquens unum feudum filio secundogenito an videatur compensatum pro vita, & militia.

A R G V M E N T V M.

Vita, & Militia super quibus bonis debetur.

Q V A E S T I O V.

- 1 **Q** Vintò quæro, super quibus † bonis debetur Vita, & Militia.
A Respondeo, super bonorum feudalium fructibus, * ità probat *tex. in d. Const. Comitibus* ibi, de bonis patris, quod intelligitur de feudalibus, vbi agitur de Vita, & Militia danda fratribus minoribus natu, vt declarat ibi *D. Matth. de Aff. in 6. q. vers. 9. nota*, & etiam intelligitur de fructibus bonorum feudalium, quæ fuerunt communis patris, quia fructus, † qui peruenerunt ex feudo patris dicuntur bona paterna, vt dixit *Bald. in l. cum oportet, in 2. col. vers. quæro pater dedit, C. de bon. qua liber.* Idem quando fuerunt paterna, & nunc effecta fraterna mutatione personæ, *l. Paulus, de acq. her. item* quia Vita, & Militia † debetur pro patrimonij facultate, vt dixit *glos. in d. Const. Comitibus, in gl. magna, in fin. per tex. in l. cum plures, in fin. & in l. tutor secundum dignitatem, in princ. ff. de admn. tut. & est tex. in l. Imperator, vbi Bar. ff. ad Tröbel. ergo super fructibus feudi debetur, & non*

super corpore feudi, maxime quia dicitur onus feudi respectu fructuũ, & nõ respectu proprietatis feudalis dominij ipsius feudi, prout scripsi supra in 3. q. & declarat *D. Matth. in Const. Comitibus, in 2. col. & seq.* vbi etiam infert in 4. col. *vers. sexto quæro*, quòd etiam de cõmodis pœnarum, & alijs iuribus incertis ipsius feudi debetur Vita, & Militia, & ibi per eum, qui idem dixit ibi in *ult. col. vers. in eadem*, ibi, *verbum*, post *glos.* & hoc idem voluit *Gul. de Per. in repet. c. volentes, in 7. car. vers. sed etiam*, quinimmò dico, quòd hæc Vita, & Militia debetur fratri secundogenito † super fructibus feudi pro rata sibi contingente à manibus fratris primogeniti, & non à manu propria, ità *D. Matth. de Aff. dec. 25 2.* de quo vide *Per. in d. cap. Volentes, in 7. car.* Amplio nunc, istam conclusionem procedere, vt filius secundogenitus non solum consequatur Vitam, & Militiam super fructibus feudi patris, † sed etiam super fructibus feudi materni, quia idem dicimus in dote de paragio danda sorori, non solum super feudo paterno, sed etiam materno, quia vtrobique militat eadem ratio, prout latius dixi in alio *tract. meo de dote de parag. in q. 20.* Secundò amplio, vt procedat non solum in feudo antiquo, † sed etiam in nouo, à cuius successione frater secundogenitus reperitur exclusus per fratrem primogenitum succedentem in toto feudo, quia idem prouisum est in dote de paragio debita sorori exclusæ à successione feudi, ergò erit idem dicendum in Vita, & Militia, vt tantundem frater secundogenitus etiam super fructibus feudi noui consequatur, quia par ratio militat in vtroq; , & exclusionis, & successionis feudi, prout dixi in *d. tract. 21. q.* Tertio amplio istam conclusionem, vt procedat non solum in feudo perueniente ex successione † ascendentium, sed etiam in feudo perueniente ex successione transuersalium, * vt etiam tunc secundogenitus consequatur Vitam, & Militiam, quia vtrobique militat eadem ratio, per ea, quæ latius dixi in alio *tract. meo de dot. de paragio in 23. q.* Et vide *Mod. in rep. cap. Si aliquis, in 21. q.* & vide *Dom. Aff. in Const. Comitibus, in 2. col. in 5. not. in vers. sed iuxta hoc pro declaratione quæro*, vbi determinat hoc, & dicit, quòd sic, vt ibi latè per eum. Quarto amplio, vt procedat in feudo etiã quòd non fuit repertum † in bonis patris tempore mortis, sed post eius mortem fuit recuperatum, * vt post recuperationem feudi debeatur secundogenito vita, & militia

tia, sicut debetur forori dos de paragio, prout in *d. tract. q. 25*. Limite modo conclusionem prædictam, ut non procedat in feudo franco, † & libero, in quo sicut nõ debetur seruitium militare, nec dos de paragio, ita etiam non debetur vita, & militia, quia vtrouque militat eadem ratio exclusionis feudi, ut latè scripsi in *d. tract. q. 22*. Quid autem, si pater relinquit † filio secundogenito vnum feudum, & illud cõsequitur, nunquid potest petere à fratre primogenito vitam, & militiam pro alijs feudis, in quibus primogenitus successit, D * vide quæ ponit *D. Matth. de Aff. decis. 138. incip. stante*.

A D D I T I O.

- A** *Fructibus*] Sed an debeantur tempore collectionis fructuum, dicit quòd sic *Napod. in consuet. Neap. fol. 223. in princ. vers. item qua parte, num. 48.* sed vide *Pisanel. in addit. ibid. in fin.* qui dicit, aliàs fuisse arbitratum in causa Domini Marcelli cù Antonio eius fratre, ut deberentur in tribus tertijs, stante qualitate reddituum, allegat *Bart. in l. fin. ff. de lib. agnosce. & in l. pecunia, ff. de alim. & cib. leg. Socin. cõs. 10. col. 2. vol. 2.* Sed quid si fructus ex ipso feudo per aliquos annos non perciperentur, dic quòd debentur de fructibus existentibus tempore mortis patris, ex doctrina *Minad. in decis. sua 10. per totam*, vltra Authorè nostrum hic, & per eum allegatos, vide dominum præceptorem meum in feudis *Io. Franc. de Apont. in cons. suo 79. num. 20. & per totum*, vbi doctè more suo.
- B** *Transuersalium*] Hæc est pulchra quæstio, de qua vide *Capyc. decis. sua 211. Minad. in cons. 1. per totum, Cumi. in cap. Si aliquè, in verbo maritata, q. 20. Canner. in cap. Volentes, fol. 100. Addentes ad consuet. Neap. fol. 218. Loffred. in paraphr. feud. in cap. 1. d. quid ergò, de inuest. de re alien. fact. in vers. dubitatur, si moritur auunculus, fol. 22.*
- C** *Recuperatum*] Adde *Ioan. Fran. de Apont. in cons. 79. per totum, vol. 1. & Vincen. de Franch. in dec. 61.* quæ est decisio eiusdem causæ, pro qua consuluit *Dom. Aponte* supra relatus.
- D** *Successit*] De hoc vide *Tiraq. de primogen. q. 75. in princip. & per totam, Surd. in cons. 7. num. 16. & cons. 112. num. 42. & Vrsill. in add. ad Aff. decis. 38. vers. circa secundum. Mastrillus.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Vita, & militia quo tempore debeatur.*
- 2 *Dos de paragio debetur tempore mortis patris.*
- 3 *Qualitas iuncta verbo regulari debet secundum tempus verbi.*

A R G V M E N T V M.

Vita, & militia quo tempore debeatur.

Q V A E S T I O VI.

- S** Extò quæro, quo tempore debetur vita, & militia, † dico, quòd debetur tempore mortis patris, à cuius successione frater secundogenitus excluditur per primogenitum succedentem in toto feudo, vel ex prærogatiua primogenituræ, vbi viuatur iure Francorum, vel ratione indiuiduitatis feudi, quod de iure Siculorù peruenire debet ad vnũ, & digniorem, prout est masculus primogenitus, tam ex testamento iuxrà dispositionem *cap. Volentes*, quàm ab intestato, per *tex. in cap. Si aliquem*, argumèto *l. fin. ff. de fid. instrum. & l. si qua sunt cautiones, ff. famil. herisc.* licèt dos de paragio succedat loco legitimæ, & vita, & militia loco alimentorum, prout supra in *2. q. & in hoc* habeant inter se diuersam rationem imminentis periculi in personam fororis ex fragilitate sexus, & difficultate nubendi sine dote, quæ non militat in persona fratris secundogeniti, militat tamen eadem ratio exclusionis in persona vtriusque à successione feudi, prout supra in *fin. 2. q.* Item quemadmodum debetur dos de paragio loco legitimæ tempore mortis patris, ut in *l. cum quæsitum, & auth. nouissima, G. de inoff. testam.* & latius in *d. tract. in q. 25.* eodem modo debetur vita, & militia
- 2 fratri secundogenito tempore mortis † patris, à cuius successione in feudo fuit exclusus per primogenitum succedentem
 - 3 in toto feudo, quia qualitas † iuncta verbo, regulari debet secundum tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. & A ita seruamus in hoc * Regno.*

A D D I T I O.

- A Regno**] Et ita temper fuit seruatum in Sacro Consilio *Neap. ut refert D. Io. Fran. de Apont. in cons. 79. num. 14. vol. 1. & Vinc. de Franch.*

*Franch. in decis. 61. num. 10. & per totam, qui alios cumulant. Et ibi latè quando au-
ctus, vel diminutis facultatibus post mortè
patris debeat augeri, vel diminui vita, &
militia.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Vita, & militia quanta esse debeat, & an
sit tertia pars eius, in qua succederet ab
intestato.
Et taxatur pro modo facultatum, num. 2.
- 3 Succedens in Regno tantùm dare debet suo
secundogenito, sicut Rex.
- 4 Vita, & militia debetur iuxta quantitatem
filiorum ad instar legitima.
Et debetur non deductis expensis seruitij
militaris, num. 5.
- 6 Primogenitus tenetur prestare secundoge-
nito armâ, equum, & alias expensas pro
prestando seruitium militare Domino Re-
gi cum persona sua.

A R G V M E N T V M.

Vita, & Militia quanta esse
debeat.

Q V A E S T I O VII.

SEPTIMÒ quero, quanta debeat esse
vita, & militia, † dico, quòd debet
esse tertia pars eius, * quam secun-
dogenitus habiturus esset, si succo-
deret in feudo vnâ cum fratre primogeni-
to tanquam allodiali, ita dixit *Andr. de
Iser. in d. Const. Comitibus, in 1. lectu.* duæ
verò partes eius remanebunt penès ma-
iorem, quem lex, & mores voluerunt ho-
norare ex prærogatiua primogenituræ,
vnde si totum feudum valeret ducenta quo-
libet anno, & sunt duo fratres, minor fra-
ter haberet centum pro dimidia, tunc pro
tertia dictorum centum habebit 33. & ta-
renos decem pro vita, & militia quolibet
anno, & est ratio, quia si pater priuaret fi-
lium à legitima successione citrà ius, &
causam exhæredationis, tamen deberet ei-
dem tertiâ illius tertiæ portionis pro de-
bito bonorum subsidio iure naturæ debi-
to, vt est *tex. in §. 1. in autb. de trien. & se-
miss.* ita dixit *Andr. de Iser. in d. Const. Co-
mitibus, in 2. lectu. & in 2. col.* vbi etiam di-
xit, quòd satis æqua videtur talis sententiâ,
non tamen vidit iudicare de facto, sed fre-
quenter concordare Iudices fratres maio-

res cum minoribus ad plus, & minus, sicut
sunt personæ, vt ibi per eum, quem sequi-
tur ibi *D. Matth. in 1. col. in 2. q. & idem di-
xit Andr. de Iser. in dote de paragio debi-
ta sorori, vel amite maritalitæ, in Const. In
aliquibus, in 8. col. vers. per hoc patet, & in
vlt. col. vers. vnde, & in 11. colum. vers. & si
verum est, de quo vide quæ scripsi in dicto
tract. meo in 32. q. vers. 2. casu principali, &
Guliel. de Per. in cap. Volentes, in 7. car. &
hanc sententiâ satis æquam quotidie ser-
uari videmus in M. C. huius Regni.*

Intelligo tamen, hanc conclusionem
procedere, vt hanc vitam, & militiam te-
neatur primogenitus prestare secundoge-
nito vsque ad tertiam tertiæ portionis,
quam esset habiturus, vt supra pro modo
facultatum, † vt dixit *glos. in d. Const. Co-
mitibus, & ibi D. Matth. in vlt. col.* quod
qualiter intelligatur, vide latè in *d. tract.
meo in 28. q.* non autem pro dignitate, &
parilitatè fratris secundogeniti, licet illud
attendatur in paragio sororis maritalitæ,
vt dixit *Andr. de Iser. in d. Const. In aliqui-
bus, in penul. col. vers. nos videmus, de quo
vide in d. tract. meo q. 31. & rationem di-
uersitatis ponit idem Andr. in d. Const. Co-
mitibus, in 2. col. in 2. lectu.* & sic non tene-
bitur frater primogenitus in plus presta-
re vltra illam tertiâ tertiæ portionis præ-
dictæ pro vita, & militia fratris sui secun-
dogeniti, quia semper penès maiorem
debet tantum remanere de fructibus feu-
di, vnde possit viuere sicut primogenitus
honorificè, & dominus feudi, & quòd di-
gnitas attributa primogenito non minua-
tur, vt dixit *Hosten. in cap. licet, de vot. quæ
sequitur Andr. de Iser. in d. Constit. Comiti-
bus, in 1. lectu. & in d. Const. In aliquibus, in
vlt. col. & hoc non solum procedit in fra-
tre primogenito respectu feudi, & sic utilis
dominii, sed etiam respectu Regni, † & sic
directi domini, quia succedens in Regno
tantum dare debet suo secundogenito, &
facere, sicut Rex, ita formaliter *Andr. de
Iser. in Const. Dignum, in tit. de iure su. cur.
observand. lib. 3.**

Secundò intelligo, vitam, & militiam
prestari debere vsque ad tertiam tertiæ
portionis prædictæ, attento numero libe-
rorum secundum computationem, quæ fit
de legitima † portione filiorum succedē-
tium parentibus ab intestato in bonis al-
lodialibus, iuxta dispositionem *autb. nouis-
sima, C. de inoff. testa. vt si sint quatuor fra-
tres, aut pauciores, quilibet frater habebit
tertiam tertiæ portionis sibi contingentē
pro legitima, & si sunt vltra quatuor, legiti-
tima*

tima erit medietas, & etiam hæc vita, & militia erit medietas medietatis, ita declarat *Matth. in d. Const. Comitibus, in 1. col. in 2. q.* quod qualiter intelligatur, vide latius in *d. tract. q. 29.*

- S** Tertiò intelligo, vitam, & militiam præstari debere vsque ad tertiam tertie portionis prædictæ, nõ facta aliqua deductione oneris, * vel expensarum seruitij militaris super feudo, quia tale onus seruitij militaris (vt potè reale prout declarat *Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior, in 4. col. que fuit prima causa benef. amitt. & latè scripsi in tract. meo de concess. feud. in 3. q. 8. partis principalis)* nascitur cum dicto feudo, argumento *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. nec tale onus venit sub nomine expensarum, vt deducatur de fructibus feudi, iuxta l. fructus, ff. solut. matrim.* quia non sumus in expensis gratia colligendorum fructuum, vt ex eis fiat deductio, ita declarat *Matth. de Aff. in decis. sua 252. * in 2. car. vers. nec obstat, est benè verum, quòd*
- B** tunc tenebitur frater secundogenitus ¶ ad expensas, arma, & equos fratris sui primogeniti præstare Domino Regi seruitiũ militare cum persona sua, prout dixit *glo. in d. Const. Comitibus*, quod intelligit ibi *D. Matth. in ult. col. si præsens sit, & si pro tali seruitio ei conueniat, vt ibi per eum, de quo vide in tract. meo de concess. feud. in 4. q. 8. par. princ. & D. Matth. decis. 138.*

A D D I T I O.

- A** *Quanta*] Sed an filia, quæ excluditur propter paragium, vt in *Const. In aliquibus, & in Const. Vt de successione* in computatione vitæ, & militiæ faciat partem, licet non admittatur ad partem, vide in terminis latè *Capyc. decis. 211. num. 6.* vbi dicit post multa, quòd Sacrum Consiliũ habuit hoc pro difficili ob authoritates, & iura hinc inde, & requisivit partes, vt facerent compromissum, & vide eundem in *dec. 158. Marc. Anton. Peregr. de fideicom. art. 38. num. 17.* vbi infinitos cumulat, *Minad in Const. In aliquibus, num. 12. fol. 144.* Sed an frater primogenitus faciat partem, vide *Vinc. de Franch. decis. 20. num. 3. in 1. par.* Et an taxari debeat ad instar Legitimæ, *Loffred. in c. 1. §. quid ergò, de inuest. de re alien. fact. Vrfill. ad Aff. decis. 252. vers. circa secundum dubium, vbi latè, & alios allegat Minad. vbi sup. num. 12. Franch. decis. 61. in 1. par.*
- B** *Oneris*] Vide *Frecc. de subfeud. in §. auctoritate, fol. 20.* vbi meminit Authoris nostri hic. Et an secundogenitus debeat contri-

bueri in solutione ad hoc, vide de *Franch. decis. 20. num. 21. Iraqu. de primogen. q. 74. Addentes ad consuet. Neap. fol. 216.* vbi etiã de releuio, *Pet. de Monf. in addit. ad Const. Comitibus, fol. mibi 92. num. 50. impressis cum addit. Gramm. super Const. Regni, Loffred. in suis paraphr. feud.* qui disputat hæc quæstionem in *cap. Imperiale, §. scriba*, quem allegat *Vrfill. ad Aff. decis. 252. vers. circa secundum.*

- C** 252.] Vide *Vrfill. ad d. decis. vers. circa secundum dubium.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- I** *Causa vitæ, & militiæ an dicatur causa feudalis.*

A R G V M E N T V M.

Causa vitæ, & militiæ an sit feudalis.

Q V A E S T I O VIII.

- I** **O** Ctaudò quæro, vtrum causa ¶ vitæ, & militiæ dicatur causa feudalis; * super ista quæstione non multum insisto, quia licet in hoc non reperiam expressam decisionem, satis tñ illa decidi, & terminari poterit, q sic, ex his, quæ aliàs cumulaui in *d. tract. de dote de parag. in 37. q.* quod intelligo respectu fructuum, & non respectu corporis ipsius feudi, prout est onus feudi, de quo vide quæ scripsi supra in *3. q. & dicam infra in 10. q.*

A D D I T I O.

- A** *Feudalis*] Vide *Cum. super rit. in cap. in causis, nu. 5. sub tit. de modo procede. ordina.* vbi allegat *Andr. in Const. In aliquibus, in 3. col.* hodie in Regno habemus *Capitulum Caroli sub num. 117.* vbi cauetur, quòd in ea summarie procedatur, ratio potest esse, quia causa alimentorum est summaria, post omnes, quos ibi refert dixit *Surd. de alim. tit. 8. q. 1. & 2.* Sed quid in decidèdo, an in ea debeant interuenire requisita in causis feudalibus, putà quòd in *M. R. C.* sint quatuor Indices, quòd fiat relatio Excellentiss. Præregi, &c. Dic quòd nõ ex pragmatica edita per *Don Ferdinandum Gõzaghã* olim huius Regni Præregem in die 12. mēsis Martij Ind. 11. 1537. sed cau-

si Aduocati soluerunt consulere partibus, vt in simili casu obtinuissent rescriptum à Principe pro decidenda causa ad instar allodialium, & credo ad maiorem cautelam, prout alias fuit obtentum ad instantiam Don Sebastiani, & Don Bartoli la Farina contra Don Vincencium Baronem Asperimontis eorum fratrem in causa inter eos vertente in M. R. C. Sed meo iudicio stante d. pragm. & cap. Regni nulla prorsus potest oriri difficultas, quin tam in procedendo, quam in decidendo talis causa habeatur pro allodiali, & ita hodie seruetur, & ego vidi in causa Don Mariani, & Donnæ Mariæ Corbino contra Don Blascum Baronem Baidæ eorum fratrem, dum agitabatur coram M. R. C. sedis ciuili tantum.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Vita, & militia quo iure petatur.
- 2 Vita, & militia an transmittatur ad heredes, & qualiter peti possit. Et an contra tertium possessorem, num. 3.

A R G V M E N T V M.

Vita, & militia quo iure petatur.

Q V A E S T I O IX.

Nonò quæro, quo iure † agatur ad petendam vitam, & militiam, Respondeo, quòd agitur conditione ex lege * feudi per d. Const. Comitibus ibi, dum dicit, ex consuetudine sine mora, quem tex. ad hoc ponderat And. in 3. col. in 2. lectu. vbi dicit, quòd personali actione agendum erit, & illam trāsmittit † frater ad eius heredes, vt ex persona fratris secundogeniti defuncti vitā, & militiam, quam frater defunctus non habuit, cōsequatur, & si potest iure actionis peti, non solum pro tempore futuro durante vita secundogeniti pro tempore, quo cessit dies huius debiti, sed etiam pro tempore præterito, * quo sibi præstita nō fuit, nō solum per eum, sed etiam per eius heredes, de quo vide latè per D. Matth. in d. Const. Comitibus, in 4. col. in 8. q. num. 11. & ea, quæ posuit Ias. in l. de alimentis, in 2. col. vers. ult. C. de trans. vbi etiam idem dicit in dote debita iure actionis ex forma statuti, & sic in dote de paragio, de qua

latius dicantur in d. trakt. de dot. de parag. q. 39. & seq. Quinimò non solum poterit hæc vita, & militia iure actionis transmitti ad heredem fratris secundogeniti contra ipsum fratrem primogenitum succedentem in toto feudo, sed etiam contra tertium possessorem, † in quem feudum reperitur alienatum, vt voluit Andr. de Isern. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, & D. Matth. de Aff. decis. 162. incip. pater, in 1. col. licet secus sit in dote de paragio, vt ibi pet eos.

A D D I T I O.

A Ex lege] Et ita tradit Par. de Put. de reintegr. feud. fol. mibi 177. alias 323. vers. nunc videndum, num. 27. Monob. in cons. 8. num. 20. in fin. vers. ceterum re melius, nouissime, & in terminis Surd. de alim. tit. 3. q. 1. 32 & 6. per totam, Cumi. super rit. 76. nu. 56. Et an super vita, & militia possit compromitti, dic quòd aut agitur, an vita, & militia sit debita, nec nō, & tunc sine Regio assensu nō valet laudum, nec compromissum, aut agitur de quantitate ipsius, & tunc bene potest compromitti, ita Affl. in cap. Imperialem, §. prætorica Ducatus, num. 67. & seq. de probib. feud. alien. per Feder. & in decis. 43. & 138. & ibi Vrsill. in vers. circa primum, Adden. ad consuet. Neap. fol. 218. lit. A. Frecc. de subfeud. in 29. limit. lib. 2. fol. 119. d. ter. in fin. vbi ait, ita sepius fuisse in Sacro Consilio determinatum, Gramm. in addit. ad Const. Comitibus, fol. mibi 92. nu. 4. Sed in Regno nō potest fieri compromissum in causis feudalibus, vt in cap. Carol. 85. vers. ita tamen, & de ratione huius statuti in terminis vitæ, & militiæ vide Maranta in speculo par. 6. tit. de compromisso, num. 22. & 23.

B Præterito] Addentes ad consuet. Neapol. fol. 218. lit. F. Surd. de alim. tit. 5. q. 1. num. 39. Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus feudi possunt alienari pro vita, & militia, non autem feudum ipsum.
- 2 Feudum potest alienari pro dote de paragio, & qua sit ratio.
- 3 Vita, & militia debetur tantum in vita fratris secundogeniti.
- 4 Alimenta cum vita finiuntur.
- 5 Alienatio fructuum feudi pro vita, & militia dicitur alienatio necessaria.

B Se-

- 6 Secundogenitus potest alienare suam vitam,
& militiam.
7 Feudum potest dari insolutum pro dote de
paragio, secus pro vita, & militia.

A R G V M E N T V M.

Feudum an possit alienari pro
vita, & militia.

Q U A E S T I O X.

- A** D Ecimò quæro, utrum feudum,
possit alienari * pro vita, & mi-
litia, Super hoc indubitanter
dico, quòd ex quo vita, & mili-
tia dicitur onas respectu fructuum, & non
respectu proprietatis, seu veillis domini
ipius feudi, prout supra in 5. quæst. quòd
fructus & ipius feudi bene poterunt alie-
nari pro vita, & militia, non autem corpus
ipius feudi, ita voluit *glos. in d. Const. Comi-
tibus*, quam refert, & sequitur *ibi Dom. Matih. de Aff. in vit. col.* licet secus sit in
dote de paragio, † quia est onus feudi re-
spectu corporis ipius feudi, prout dixit
Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 5.
col. vers. sed dicimus, & ideo potest ipsum
corpus feudi pro dote de paragio alienari,
tam alienatione necessaria, quam volun-
taria, prout voluit *ibi Andr. in d. Const. In
aliquibus*, in 7. col. vers. sed si medietatem
feudi, & in *Const. Si quis post litem*, in ver-
bo feudalia, de quo late in *d. tract. de dot. de
parag. q. 3.* & ratio diuersitatis esse potest,
quia dos de paragio debetur perpetuo
pro ipsa sorore, ut dixit *Andr. in d. Const. Si
quis post litem*, & in *d. Const. In aliqui-
bus*, in 5. col. & debetur in magna summa,
& in vnica solutione, vel duabus, quia li-
cèt sit tertia tertie portio, quam fuisse
soror habitura si successisset ab intestato
in filia maritata, tamen in filia maritanda
potest ascēdere ad totam tertiam portio-
nem sibi contingentem, ut voluit *Andr. de
Iser. in d. Const. In aliquibus* in 8. & 12 col.
de quo late in *d. tract. meo q. 32.* & debetur
loco legitime, ut dixit *Andr. in d. Const. In
aliquibus*, in 7. col. vers. quid si frater, & late
in *d. tract. in 2. q.* & ideo debetur in pro-
prietate, & non in fructibus, iuxta ea, qua
habentur in *auth. nouissima. C. de inoff. test.*
vbi per *glos. & Doct.* Sed vita, & militia de-
betur tantum vita fratris secundogeniti
† durante, ut est *glos. in d. Const. Comitibus*,
quia successit loco alimentorum, quæ cum
4 vita finiuntur, cum *bi. s. modus, ff. de cran-*

- sell. & supra in 2. q.* & debetur in annuo
reditu pro subministrandis alimentis pro
modo facultatum, ut *glos. in d. Const. Comi-
tibus*, & supra in 7. q. & talis alienatio fru-
ctuum feudi pro vita, & militia dicitur
5 alienatio † necessaria, ut dixit *Andr. de
Iser. in Const. Digrum in tit. de iur. su. cur.
obseru. lib. 3.* quem sequitur *D. Max. in d.
Const. Comitibus*, in 3. not. & non solum ta-
les fructus feudi vendi, & alienari poterūt
pro vita, & militia, sed etiam ipsa alimen-
ta prestanda pro vita, & militia poterunt
6 per fratrem secundogenitum † vendi, &
alienari, in *S. optimum, in auth. de duob. re.
in l. fin. C. de pigno. & in l. his verbis, §. fin. de
leg. 3.* & sequitur *idem Matih. vbi sup. in 2.
col. in princip.* Quinamò dico, quòd non
poterit feudum alienari pro vita, & mili-
tia, etiam si primogenitus possideret tria
B feuda, & velit vnum * ex illis dare fratri
suo secundogenito pro eius vita, & militia
7 insolutum, † quia non potest in præiudi-
cium successoris, de quo vide per *Moder.
in repet. cap. Volentes*, in 26. car. licet vnum
de tribus feudis possit dari insolutum pro
dote de paragio, ut in *Const. Fratribus*, de
quo aliàs melius cogitabo.

A D D I T I O.

- A** Alienari] Ità etiam tenet *Aloysius de Sep-
timo in quodam consilio suo*, incip. dubita-
tur, an frater, q̄ ego habeo ad pennam, &
allegat *Andr. in Const. Si quis post litem*, §.
quid ergò, & in *Const. Comitibus*, Cum in
cap. Si aliquem in vers. antiquis, num. 548.
inmò sine assensu Regio, ex qua fructus
feudi non sunt feudales, *Bald. in cap. 1. n. 8.
de success. feud. Frecc. de subfeud. in tit. de
auth. Baro. ergà subfeud. lib. 2. §. pluribus
eodem modis*, num. 45.
B Vnum] Quid si frater primogenitus dederit
Castrum aliquod pro vita, & militia,
durante eius vita, & in eo secundogenitus
fecerit melioramenta, an post eius mortem
heredes possint petere ista melioramenta
à fratre primogenito? dic quòd sic, *Andr.
in summa, sit. utrum edifi. super feud. qui li-
cèt loquatur in feudo*, tamen in vita, &
militia tradit *Saler. in add. ad cōsuet. Neap.
fol. 218. lit. C.* & ibi an sit locus retentioni,
donec sibi satisfiat de melioramentis, &
vide *Bald. in cap. si vassallus*, in tit. hic fini-
tur lex. Sed an primogenitus possit petere
adiutorium à vassallis pro vita, & militia,
vide *Aff. decis. 265. num. 54.*

Mastrillus.

SYM.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio, & vita, & militia an inter se differant.
- 2 Vita, & militia succedit loco alimentorum, sed dos de paragio loco legitima.
- 3 Dos de paragio est onus feudi, sed vita, & militia onus fructuum feudi.
- 4 Vita, & militia est onus reale, & sequitur tertium possessorem, secus in dote de paragio.
- 5 Dos de paragio debetur in pecunia numerata, sed vita, & militia debetur super fructibus feudi manu propria ipsius fratris primogeniti soluenda.
- 6 Dos de paragio in sorore maritanda potest ascendere ad totam tertiam portionem sibi competentem, secus in vita, & militia.
- 7 Feudum potest alienari in subsidium pro dote de paragio, at pro vita, & militia fructus ipsius feudi tantum.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio, & vita, & militia qualiter inter se differant.

Q V A E S T I O X I.

- V**ndecimò quæro, in quo differunt & inter se vita, & militia, & dos de paragio, * Respondeo plures casus reperiri posse, in quibus aliter à iure disponitur in vita, & militia præstanda, & aliter de danda dote de paragio, verum quia hoc referre magis laboriosum esset, quàm subtile, vt dixit *glos. in l. 2. ff. sol. matr.* Ideò referam eos casus tantum reminiscendi gratia, qui magis præmanibus occurrunt. Differunt igitur primò inter se, quia dos de paragio & succedit loco legitime, prout supra in 6. *quæst. &*
- 3 propterea dicitur onus & ipsius corporis feudi, sed vita, & militia succedit loco alimentorum, vt supra in 1. *q. &* dicitur onus feudi respectu fructuum, & reddituum ipsius feudi, vt supra in 3. *q.* Secundò differunt, quia dos de paragio est onus & feudi personale, & non sequitur tertium posses-

forem, sed vita, & militia est onus reale, & sequitur tertium possessorem quoad fructus feudi, vt voluit *Andr. de Ifern. in Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, de quo latè supra in 5. q. & 3.* Tertiò differunt, quia dos de paragio debetur in pecunia & numerata, & in subsidium fit exequutio super corpore feudi, vt dixit *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 5. col. vers. sed si dicamus, et in Const. Si quis post litem, & latè in tract. meo q. 3.* Sed vita, & militia debetur super fructibus feudi manu propria ipsius fratris primogeniti soluenda, vt supra in 5. *q. & preced.* Quarto differunt, quia licet dos de paragio in sorore maritata sit tertia tertiæ portionis eius, quã fuisset habitura, si successisset ab intestato in feudo cù eius fratre, tamen in sorore & maritanda potest ascendere vsquè ad totam portionem sibi competentem, vt nubat pari, artèta dignitate, & parilitate sororis cum eius viro ducendo secundum mores Ciuitatis, vbi contrahitur matrimonium, & vt declarat *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. & seq. vers. nos dicimus, de quo latius in d. tract. meo q. 30. & 32.* Sed vita, & militia non potest ascendere vltra tertiam tertiæ portionis, prout declarat *Andr. in dicta Const. Comitibus, in 1. & 2. lect. in 2. col. de quo supra in 7. q.* Quintò differunt, quia corpus feudi & potest in subsidium alienari pro dote de paragio, sed non potest ipsum corpus alienari pro vita, & militia, sed annui redditus ipsius feudi percipiuntur per secundogenitum manu fratris primogeniei quolibet anno, de quo supra in 3. *differentia.*

A D D I T I O.

- A Dos de paragio] An valeat argumentum de dote de paragio ad vitam, & militiam, vide pulchrè *Ioan. Franc. de Apont. in conf. 79. num. 1. cum seq. Vincen. de Franch. decis. 61. in 1. & nouissimè Petr. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. & 2.*

Mastrillus.

Et sic cum laude DEL



PETRI DE GREGORIO MESSANENSIS SICVLI,

ÆQVITIS, ET IVRISCONSULTI FAMOSISSIMI.

Feudistæ Magni, Ferdinandi Regis, & Caroli V. Imp. Opt. Max.
in hoc Siciliæ Regno Consiliarij satis benemeriti.

DE DOTE DE PARAGIO TRACTATVS.

Cum Additionibus DON GARSIAE MASTRILLI V. I. D.
eiusdem Authoris pronepotis.

SUMMARIVM.

- 1 *Dos de paragio quare dicatur, & propter quod fuit introducta.*
- 2 *Paragium quid est.*
- 3 *Qualitas requisita super parilitate viri, et uxoris qualiter considerari debeat, remissive.*
- 4 *Fœmina de iure communi est incapax, & exclusa à successione feudi.*
- 5 *Fœmina de iure Cõstitutionum Regni succedit in feudo, & exclusa habet paragium.*
- 6 *Statuto excludente fœminas existentibus masculis, masculi tenentur fœminam dotare, & quare.*

ARGVMENTVM.

Dos de paragio quare dicatur,
& propter quod fuit in-
troducãta.

QVÆSTIO PRIMA.

Quoniam ius petendi dotem de paragio in vtriusq; Siciliæ Regno frequens est, & quotidianum, vt altius commendatione non egeat, quod pro subueniendis fœminis repulsis à successione feudi per masculos ex prærogatiua sexus, & æquitate quadam fuerit introducãtum; Idcirco iuris eiusdem vires, & effectus, qui sparsim, & minus ordinatè vagabantur, in hoc opus in vim tractatus sub occurrentibus quæstionibus redigere constitui, ne qualescunque sint lucubrationes meæ, nisi membranam occuparent, pro facilioti reminiscencia, cum casus emergerit penitus euanescat.

Quæro igitur primò, quare dicatur dos de paragio, & propter quod fuerit introducãta, super hoc breuiter dico, quod dos de paragio dicitur † ratione parilitatis in viro, & vxore, vt fœmina pari nubere possit secundum modum facultatum, numerum filiorum, dignitatem, & conditionem viri, & vxoris, & hoc indicat hoc verbum pa-

pa-

paragij, ita declarat *Andr. de Iser. in C. 1. 1. In aliquibus, in pen. col. vers. attenditur ergo, de success. fili. Comi. & Baro. lib. 3.* nam paragi-
 2 um * est portio, † quam femina de-
 bet habere sine aliquo onere ad exemplum
 debiti bonorum subsidij, vt dixit idem
Andr. in d. Constit. In aliquibus, in 1. col. in
fi. in vers. super verbo maritare, & que qua-
 3 litates † considerari debeant super ista
 paritate viri, & vxoris in taxanda dote,
 de paragio, latius dicam infra in 27. quasi.
 & tribus sequen.

Propter quid autem fuerit introducta
 hæc dos de paragio in vtroque Regno, di-
 co, quod olim de iure communi feudorū
 4 femina velut incapax † fuisset penitus ex-
 clusa à successione feudi, *cap. 1. §. filia ve-*
rò, de success. feud. cum concordantijs,
 quas ibi scripsi, propter rationes, quas po-
 nit *Bald. in l. quotiens, in 3. col. vers. & dic,*
quod mulier, C. de suis, & leg. præterquam
in casibus, quos cumulat D. Franc. Curt. in
tract. suo de feud. in 3. par. in v. 9. & plurim-
 5 *bus sequenti.* Superuenit ius Constitutio-
 num Regni, quod habilitauit feminas †
 proximiores in gradu ad successione-
 feudi, non simpliciter, sed secundum quid,
 & seruata prærogatiua sexus, vt in *Constit.*
Vt de successione nob. in feudo, in lib. 3. &
 hoc idem introductum fuit per Capitula
 huius Regni, vt in *cap. Si aliquem, & in*
cap. Constitutionem, de success. feud. verum
 quia satis durum videbatur, vt subsistente
 masculo, & succedente in feudo femina,
 concurrens in eodem gradu penitus con-
 tra naturalem rationem iuris communis
 Romanorum excludatur à successione
 feudi, iuxta *l. maximum vitium, C. de lib.*
præteritis, ideò attendita fragilitate sexus, &
 ratione honestatis, satis commode, &
 æquum fuit visum, vt loco portionis feu-
 di, cuius successione femina est excluden-
 da per masculum superexistente, & suc-
 cedente in feudo, idem masculus ean-
 dem feminam exclusam à successione
 feudi, pro modo facultatum suarum, & su-
 perstitum filiorum numero, debeat secun-
 dum paragiū maritare, * & ita colligi-
 tur ex mente *d. Constit. In aliquibus,* ibi,
dummodo, & etiam est de mente Andr. de
Iser. ibi in 1. colum. vers. à parentum suc-
cessione, in 8. colum. & ibi per eum in Const.
Quamplurimum, in pen. colum. vers. æquum
est, in tit. de adiut. exig. lib. 3. de quo vide
Panorm. in Constit. 1. 2. incip. vt clarè, in 5.
colum. vers. septimum dubium, in 1. volum.
 tantò fortius, quia vbicunque stantibus

6 masculis femina p statutum † excluditur
 C * à successione bonorum allodialium, li-
 D cèt in statuto nihil dicatur * de dote, te-
 nentur tamen masculi feminam exclu-
 sam à successione dotare, ne remaneat in-
 dotata, ita *Bald. in l. fin. col. 2. vers. sed po-*
ne, C. de dot. promiss. cum concordant. de
 quibus per *Modernos in tract. quod exta-*
masc. quest. 69. quia intentio statuti fuit, vt
 haberet dotem loco legitimæ, & confer-
 uetur honor familiæ, ita dixit *Bart. in l.*
semper, ff. de inoff. testam. de quo vide per
Campeg. in suo tract. de dot. in 26. q. 5. partis
principalis, & vide que scripsi in alio tract.
meo de vita, & mil. tia, in 1. q.

A D D I T I O.

- A *Paragiū*] Paragiū quid sit, est *tex. in l.*
quæro, ff. de iur. dot. vide Napod. in consuet.
Neapol. fol. 93. num. 50. & ibi Camill. Sa-
ler. in addit. fol. 95. qui circa hoc duas opi-
 niones recitat, & multas allegat, & an sit
 debitum iure nature, *Alex. conf. 7. incip.*
visis, col. 2. quem, & alios refert Pisancl. ad
consuet. Neap. fol. 97. lit. D. Ad materiam
 quæstionis vide *Minado. in Const. In aliqui-*
bus, in princip.
- B *Maritare*] Quid si fuerit dotata viuente
 patre, vide *Ioan. Franc. de Aponte conf. 65.*
num. 9. vol. 1.
- C *Excluditur*] Sed quid in bonis alibi sitis,
 vide *Decianum conf. 7. 1. per totum, vol. 2. &*
 quid in bonis, in quibus diuersimodè suc-
 ceditur, *Lap. alleg. 99.*
- D *Nihil dicatur*] Immo tale statutum non
 valeret ex communi Doctorum sententia,
 quod statutum excludens feminas, & ni-
 hil eis præseruans non valet, secus si eas
 dotari disponat, vt de communi testatur
Steph. Aufre. qui dicit ita semper vidisse,
 seruari in *addit. ad Capell. Tholosa q. 437.*
incip. Item fuit quæsitum, Curt. iun. conf. 19.
incip. visa, de diligenter. & quod ita mil-
lies fuit iudicatum tradit Decian. resp. 6.
num. 13. volum. 1. qui allegat Brun. per Au-
 thorem nostrum hic tanquam modernum
 sui temporis allegatum, & alio ordine
 impressum.

Mastrillus.

S V DE M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an succedat loco legitima.
- 2 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 3 Frater tenetur ad paragium, tanquam ad portionem legitima.
- 4 Fœmina dicitur quasi hæres in dote sua.
- 5 Dos de paragio non debet taxari minus, quã sit legitima, aliàs agitur ad supplementũ remissuẽ.
- 6 Dotis de paragio petitio transmittitur ad hæredes, remissuẽ.
- 7 Dos de paragio debetur absque aliquo onere, vel grauamine, & remissuẽ.
- 8 Dos de paragio debetur, deducto ere alieno.
- 9 Dos de paragio facta à patre debetur pure, & in continenti, absque eo, quod filiu nabit.
- 10 Dos de paragio relicta à patre differt à legato dotis.
- 11 Mulieres frequenter desiderant viros, & in eis est in hoc maxima cupiditas.
- 12 Dos de paragio petitur conditione ex lege feudi Constit. In aliquibus, & remissuẽ.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an succedat loco legitime.

Q V A E S T I O II.

- S**ecundò quæro, vtrum dos de paragio ꝑ succedat loco legitime, * reperio, quod *Andr. de Ifern. in Constit. In aliquibus, in 7. colum. vers. quid si frater, & col. sequen. in tit. de succ. filio. Com. & Baro. lib. 3. dixit, quod est loco legitime debita iure naturæ, & est eiusdem iuris, sicut legitima, quia id, quod alicuius loco est, habet eãdem naturam, quam is, in cuius locum subrogatur, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. l. 1. §. hac alio, ff. si quis rest. lib. esse ius. suc. & idem dixit *Andr. ibi in 1 2. col. vers. eadem ratione si nihil, dum dixit, quod paragium erit loco legitime portionis de bonis eius, à cuius successione repellitur, & frater tenetur ad istud paragium, non tanquam merè dotem, sed tanquam portionem legitime, ꝑ quam sine onere debet habere, vt ibi per eum, qui idẽ etiam dixit ibi in 1. col. in princ. vers. super verbo maritare, de quo vide concordãtes p. D. Matth. de Aff. ibi in 1 3. col. vers. & licet in 8. q. per Campe. in tract. de dot. 26. q. 5. par. princ. & eãdem conclusionem tenet**

etiam *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, vbi scripti concordantes in pen. col. ff. de cond. & demon. vbi stãte statuto, quod existentibus maculis filia femina dotata nõ succedat, dos illa debita à lege municipali succedit loco legitime, & idem voluit *Bald. in l. fin. in 3. col. vers. item facit ad illam q. C. de pact. de quo vide per *Ias. latius in auth. nouissima, in vlt. colum. in fin. C. de inoffestam. & per *Moder. in tract. quod existentibus masculis, in q. 68. Alex. in cons. 178 incip. viso processu, in 3. col. vers. preterea statutũ, in 5. vol. & *Inol. & *Paul. de Castr. in d. §. Titio genero. vbi videtur aliter sentire. Et huius conclusionis ratio est, quia talis dos de paragio succedit loco portionis, à cuius successione femina repellitur per masculum concurrentem in eodem gradu, & succedentem in feudo propter indiuiduitatem feudi, & sentit *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in 3. col. sed talis portio debetur loco legitime, vt dixit idem *Andr. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. in fin. & seq. dum allegat *rex. in l. cum queritur, & in auth. nouissima, C. de inoffestam. ergò sequitur, quod hec dos succedit loco legitime, tantò fortius quod in tali dote femina exclusa à successione dicitur quasi hæres, ꝑ vt ad eius supplementum, sicut ad supplementum legitime conditione ex lege agere possit, itã singulariter *Ang. in l. quisquis, in vlt. col. in fin. C. ad l. Iul. Maieft. de quo vide concordantes per *Moder. in d. tract. quod extantibus masculis, q. 50. & dicam latius infra in 3 3. q.***********

Ex ista conclusionem infero primò, quod eum dos de paragio succedat loco legitime, non debet taxari minus, quam ipsa legitima, ꝑ aliàs agi potest ad supplementũ dotis de paragio, sicut ad supplementum legitime agi potest, itã per plura consuluit *Alex. in cons. 69. incip. super primo. in 1. col. in 1. vol. & cons. 7. incip. visis, & diligenter animaduersis, in 2. col. vers. preterea, in 2. vol. & cons. 83. incip. viso statuto, per totum, in 4. vol. de quo vide latius per *Ias. in auth. res, qua, in 1. col. vers. & not. post *Salyc. ibi, C. commu. de lega. & per eundem *Ias. in auth. nouissima, in vlt. col. C. de inoffestam. de quo latius dicam in q. 3 3. infra.****

Secundò infero, quod quemadmodum ius petendi legitimam transmittitur ad hæredem petentis, itã etiam & hoc ius petendi dotem de paragio transmittitur ad hæredem, ꝑ & itã voluit *Alex. in cons. 55. incip. viso tit. questionis, in vlt. col. in 2. vol. de quo vide per *Ias. in l. quoniam in prioribus, in 2. col. vers. 4. notabiliter limita, C. de**

C. de inoff. testam. & per Mod. in tract. quod extant. masc. q. 84. & latius infra in q. 39. dicam.

Tertio infero, quod sicut legitima debetur absque aliquo onere, vel grauamine, ita etiam & dos de paragio, † quæ succedit loco legitimæ, ita dixit *Andr. de Isern. in d. Const. In aliquibus, in 8. col.* dum allegat *d. l. quoniam in prioribus*, & idem dixit *Andr. ibi in 1. col. in fin. in vers. super verbo maritare*, & in 12. col. vers. eadem ratione, & idem in indiuiduo decidit *Bald. in l. fin. 2. col. vers. sed pone, quod statutum*, & ibi vide *Alexan. in apostill. C. de dot. promiss. de quo dicam latius infra in q. 32.*

Quarto infero, quod sicut legitima debetur deducto ære alieno * à toto corpore hereditatis, *l. Papinianus, §. quarta*, & ibi per *Doct. ff. de inoff. testam.* ita etiam dos de paragio, † quæ succedit loco legitimæ debetur deducto omni ære alieno totius feudi, & sic debetur, deducto prius onere seruitij militaris, & aliorum operum totius feudi, pro quibus feudum reperatur obligatum, de quo vide *Affl. decis. 252. & 123.* & ratio est, quia quado dos debetur filiis, debetur deducto ære alieno, sicut etiam legitima, quatenus verò deducitur dos de paragio soluta alteri filiz, deducitur & æs alienum, ita declarat *Bald. in indiuiduo in d. l. Papinianus, §. vnde si quis, ad fin. ff. de inoff. testam.* de quo vide concordantes per *Moder. in d. tract. quod extant. masc. q. 111.*

Quinto infero, quod hæc dos de paragio relicta à patre debetur purè, † & incōtinētī, absque eo, quod filia nubat, sed fortè velle viuere honestè domi, & sic differt à legato dotis, quod habet in se tacitam conditionem, si mulier nubat, aliàs siuè nolit nubere, siuè moriatur antequàm nubat, legatum extinguitur, *l. in testamento, & l. Titio centum, ff. de cond. & demon.* quia dos de paragio debetur à lege, seù *Const. In aliquibus*, & idè debetur etiam si mulier non maritetur, * argumento *l. 2. in fin. ff. de don. l. 3. C. de iur. dot. ex quo lex cōsiderauit frequentiam, quia frequēter mulieres desiderāt viros, & eis in hoc est maxima cupiditas, l. 2. ad l. Iul. Maiesst. & ita dixit *Andr. de Isern. in d. Const. In aliquibus, in 7. col. & seq.* & ita etiam voluit *Alex. in præallegato conf. 55. incip. viso tit. quest. in col. fin. 2. vol. post Cur. & Bald. in l. sancimus C. de nup. ibi per eum allegatos, de quo latius dicam infra in q. 13. & 22.**

Sexto infero, quod sicut ad petendam legitimam, & eius supplementum agitur conditione ex *l. omnimodo, & l. si quis si-*

*lium, C. de inoff. testam. & ibi declarāt Bart. & Doct. & Ang. in l. quisquis, in sol. fin. in fin. C. ad l. Iul. Maiesst. ita etiam ad dotem de paragio, & ad eius supplementum agitur conditione ex lege, seù *Const. In aliquibus, vt ibi declarat *Andr. de Isern. in 3. & D 7. col. de quo vide *Affl. * in dec. 162. incip. pater, in fin.****

A D D I T I O.

A Legitime] Quod stante statuto exclusiuo fœminarum tantibus masculis, & mandante, illas dotari, dos illa reseruata succedat loco legitimæ, tradit, & testatur de magis communi opinione *Decian. respon. 46. nu. 20. 30. et 40. vol. 3. noni simè omnes cumulans, Zuccard. conf. 77. in 1. Becci. conf. 112. num. 9. Surd. de alim. tit. 3. q. 1. num. 99. cum seq. & ponit diuersos casus Peregr. de fideicom. art. 38. num. 20.* Sed in terminis nostris dotis de paragio pulchra mihi visa est distinctio, quã tradit *Ioseph. h. Cumi.* & meminit Authoris nostri in *cap. Si aliquem, in vers. maritata, num. 83. & 98.* Ad materiam latè *Napod. in consuet. Neap. & ibi Ant. de Alex. in Consuet. Neap. Si moriatur, in vers. eas, in glos. in ver. paragium, Io. Franc. de Aponi. conf. 65. per totum, vol. 1. et conf. 74. num. 6. eod. Loffred. conf. 26. per totum. Canner. in cap. Si aliquem, fol. mibi 314 vers. sed quantum sit ista dos, sed an possit esse minus legitima, Minad. in Const. In aliquibus, num. 21. fol. 59. & an possit excedere, Vincen. de Franch. dec. 44. in fin. par. 1.*

B Aere alieno] Vide *Vincen. de Franch. decis. 61. in 1. par.*

C Non maritetur] *Loffred. d. conf. 26.*

D Affl.] Et ibi *Vrsill. notabiliter in addit. Mastrillus.*

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an sit onus feudi.
- 2 Feudum alienatur in subsidium pro dote de paragio.
- 3 Feudum potest dari insolutum pro dote de paragio, tam datione necessaria, quàm voluntaria.
- 4 Dos de paragio dicitur æs alienum, & vt æs alienum à feudo deducitur.
- 5 Feudi onus proueniens ex causa dotis de paragio dicitur personale, & non transit in tertios possessores feudi.
- 6 Feudum non dicitur obligatum pro dote de paragio.
- 7 Feudum si propter felloniam patris trāsferit in Fiscum, transiret absq. onere dandi dotem de paragio.

Ser-

- 8 *Seruitium militare super feudo dicitur onus reale, & sequitur possessorem feudi.*
 9 *Feudum simpliciter venditum, censetur venditum cum oneribus realibus, non personalibus.*
 10 *Vendere quis videtur in dubio rem liberam, non obligatam.*

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an sit onus feudi.

Q V A E S T I O III.

- A** **T**ertio quæro, utrum dos de paragio sit onus * feudi, † reperio, quòd *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in 5. col. vers. sed si dicamus, dicit, quòd pro dote de paragio contrahitur onus feudi, cum hoc debitum dotis per feudum sit, ut ab eius successione repellatur, ideò licet petitio, & cõdemnatio dotis de paragio fiat in pecunia ad certam quantitatem taxatam iuxta quantitatem reddituum feudi, & numerum liberorum, tamen executio sententiæ fiet in subsidium † super feudo, ut habeat illam rem feudalem s̄oror perpetuò, in qua esset facta executio, vel resignabitur sibi res feudalis pignori, quod pignus tenebit, donec sibi satisfiat de dicta condemnatione, ut ibi per eum, qui idem dixit in *Const. Si quis post litem, in verbo feudalia, in tit. de pen. contum. in civil. lib. 1. & utrobique allegat tex. in l. commodis, ff. de re iud. & sic infertur ex his, quòd potest dari feudum insolutum pro dote de paragio, † non solum datione necessaria per primum, & secundum decretum, ut supra dictum est, sed etiam datione voluntaria, ut voluit idem *Andr. in Const. In aliquibus, in 7. col. vers. sed si medietatem feudi, de quo vide quæ dicam in alio tract. meo de vit. & milit. q. 10. & ratio est, quia dos de paragio dicitur æs alienum, & deducitur ab ipso feudo, sicut æs alienum † deducitur à legitima, prout dixit signanter *Bal. & Ang. in l. Papinianus, s. unde si quis, ff. de inoff. test. dum voluit, quòd stante statuto, quòd extantibus masculis filia fœmina non succedat, quòd ad cognoscendam legitimam masculorum, prius de tota substantia deduci debet dos filia, tanquam æs alienum, & sic sicut illa dos minuit totum corpus hæreditatis, ita & hæc dos de paragio, velut æs alienum minuit dictum feudum, & prop-****

- tere à dicitur onus feudi, de quo vide concordantes per *Aff. in d. Const. In aliquibus in 13. col. vers. cui addo, & per Moder. in tract. quòd extan. mascul. in q. 111. Aduertendum est tamen, quòd feudi onus proueniens ex causa dotis de paragio, dicitur merè personale, † quia ad eam consequendam agitur conditione ex lege, ut dixit *Andr. in d. Const. In aliquibus, in 3. col. vers. & secundum istam viam, & in 7. col. vers. sed nunquid, & ideò non trãsit in alios possessores feudi, ut dixit idem *Andr. ibi in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, & Aff. in decis. sua 162. incip. pater, quia cõditio ex lege dicitur actio in personam, s. appellamus, Instit. de actio. quæ non sequitur feudum, l. fin. ff. de contrab. empt. & l. 1. s. si hæres, ff. ad Trebell. de quo latius dicã inf. a in q. 38. & propterea nõ dicitur feudum tacitè obligatum, † seù hypothecatum a lege prò dote de paragio, quia personale onus est, & non transit in tertios possessores, ut dixit *Aff. in Constit. Fratribus, in 4. col. vers. sed quæro, licet secus sit in vita, & militia, ut ibi per eum, propterea etiam dico, quòd si feudum propter feloniam, † vel culpam fratris in Fiscum transiret, quòd transiret sine onere dandi dotem de paragio, & voluit idem *Aff. in d. Const. Fratribus, in 5. col. in vers. item pone. At seruitium militare super feudo licet sit onus feudi, quia propter seruitium datur feudum, c. 1. s. sed nec est alia, quæ fuit prima causa benefic. amittent. dicitur tamen onus reale, † & non personale, & ideò sequitur possessorem feudi, quocunque vadat, ut ab eo seruitium exigatur, ut dixit *Aff. in d. s. sed nec est alia, in 2. col. vers. sed an sit realis obligatio, Alber. in l. si quis ex argentarijs, in prin. ff. de eden. ita quòd feudatarius vendendo simpliciter feudum, nulla facta mentione onerum ipsius feudi, censetur illud vendere cum oneribus suis realibus, † nõ autem personalibus, ita sentit *Bald. in simili in l. qui tabernas per illũ tex. ff. de contrab. empt. quia dicitur in dubio quis vendere † rem liberam, & nõ obligatam, ut voluit *gl. & DD. in l. ex prædys, C. de emiſ.********

A D D I T I O.

- A Onus]** Latè *Loffred. in suis paraph. feudal. in c. 1. s. quid ergò, de inuest. de re alien. fall. fol. mihi 24. vbi etiam Andr. & ibi de adiudicatione, Canner. in cap. Si aliquem, ver. at pulchra, & nodosa quæstio, num. 12. fol. mihi*

mibi 326. Napod. super consuet. Neap. fol. 210. Minad. in Const. In aliquibus, col. 2. nu. 13. fol. 18.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dos de paragio quibus personis debeat.*
- 2 *Baro quibus casibus possit petere adiutorium à suis vasallis, & remissive.*
- 3 *Primus acquisite Regni potest disponere de directo dominio Regni.*

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio quibus personis debeat.

Q V A E S T I O. IV.

Quarto, quibus personis * debetur dos de paragio, † Respondeo ponendo duas regulas generales, per quas poterunt perpendi omnes illarum personarum, quibus debetur, ex quibus inferri poterit ad personas particulares, prima igitur regula est, quod illis personis debetur dos de paragio, quæ propter existentiam masculi, vel mulieris maioris natu concurrentis in eodem gradu, & succedentis in toto feudo, repelluntur ab eius successione, & ista regula colligitur ex medulla *tex. in Constit. In aliquibus, vers. si autem, ibi, dum tamen, de success. filio. Com. & Baro. lib. 3. propter quod dixit ibi Dom. de Iser. in 8. col. in prin. quod debetur hæc dos de paragio filiarum per d. Const. sicut portio hæreditatis, quia repellitur à successione, ut ibi per eum, qui idem dixit in Constit. Quamplurium, in pen. col. vers. æquum, de adiut. exig. lib. 3. & dixi supra in 1. q.*

Secunda regula est, quod illis personis tantum debetur dos de paragio, pro quarum dote potest Baro à suis vasallis adiutorium petere, † quasi Baro teneatur eas de iuris necessitate dotare, ita quod ubi non potest Baro à suis vasallis petere adiutorium, quasi voluntarie dotauerit, ibi, *dos de paragio non debetur*, ista regula notabilis colligitur ex mente *Andr. de Iser. in dicta Const. Quamplurium, col. ult. vers. item non habet, ubi dixit, quod non habent subventionem pro maritaggio, nisi qui pro necessitate maritant, secus ubi voluntarie. ut ibi per eum, qui idem dixit in Const. Comitibus, in d. lectu. in ult. col. vers. sed si pater, in tit.*

de adiuto. exig. lib. 3. de quo latius dicam infra in q. 12.

His igitur duabus regulis sic præsuppositis, infero primò, quod dos de paragio debetur filiarum Baronis, quæ per fratrem superexistentem, & succedentem in feudo repellitur ab eius successione, ita probat *tex. in d. Constit. Quamplurium*, dum expressè dicit, pro maritanda filia Baronis adiutorium peti posse, idem etiam probat *tex. in Const. In aliquibus*, dum dicit, sorores debere secundum paragium maritari, intelligendo de sororibus fratris succedentis in feudo, licet respectu fratris succedentis in feudo dicantur sorores, tamen respectu ipsius, à cuius successione repelluntur in feudo dicuntur filiarum Baronis defuncti.

Secundò infero, quod hæc dos de paragio debetur sorori Baronis exclusæ per fratrem à successione feudi, quia in ea militat eadem ratio expulsionis ab eadem successione, ut dicit *tex. in d. Const. In aliquibus, ibi, dum tamen sorores debeant secundum paragium maritari*, & etiam militat ratio petendi adiutorium à vasallis, ut dicit *tex. in d. Constit. Quamplurium, ibi, pro maritandis filia, vel sorore, & tex. in d. Const. Comitibus, ibi, non minus quam pro sororibus maritandis, quod intelligatur verum*, etiam si exinde frater decedat relicto alio hærede extraneo in feudo, non repugnante forma concessionis, per ea, quæ ponit *Campeg. in suo tract. de dote, in 23. q. 5. part. princ.*

Tertiò infero, quod debetur hæc dos de paragio amitarum Baronis defuncti, non solum amitarum Baronis succedentis in feudo, quia utrobique militat eadem ratio, & sicut sorori Baronis debetur dos de paragio ratione exclusionis à successione feudi, per *tex. in d. Const. In aliquibus, ut dictum est in præcedenti illatione, eodem modo debetur amitarum Baronis succedentis in feudo, quia illa fuit soror Baronis fratris sui, & debetur amitarum Baronis defuncti, quia fuit etiam soror Baronis aui sui, & sic omni casu debetur hæc dos amitarum tam Baronis defuncti, quam Baronis succedentis in feudo, eadem ratione, quia fuit soror illius Baronis patris, vel aui, per quem fuit exclusa à successione feudi, & per consequens debetur dos de paragio, non tanquam amitarum, sed tanquam sorori Baronis, ita voluit *Andr. de Iser. in d. Const. Quamplurium, in pen. col. vers. quod similiter patri, de quo latius dixi in tract. meo de concess. feud. in 8. q. 7. par. vers. quartus casus, & ratio est, quia quemadmodum ius petendi dotem de paragio**

ragio (vti ius succedens loco legitime) transmittitur ad hæredem sororis actiue habentis hoc ius petendi dotem prædictã, vt declarat *Alex. in conf. 55. incip. viso tit. in vlt. col. in 1. vol.* de quo latius dicam infra in 39. q. itã etiam transmittitur passiuè in hæredem Baronis præstare debentis dotem prædictam super feudo, in quo successit, quia illud est onus feudi, vt dixi supra in q. 3, arguendo à prædicamento agendi ad prædicamentum patiendi, seu ab vno correlatiuo ad aliud, seu à priuatione ad habitum, & propterea si nepos succedens in feudo mortuus fuit relicta filia, priusquam amita fuisset mortua, debetur eidem amitæ dos de paragio, & voluit *Campeg. in d. tract. suo de dot. in q. 22. 5. partis princ.*

Quartò infero, quòd debetur hæc dos de paragio nepti * ex filio primogenito præmortuo, quæ per patrum suum secundogenitum, qui tempore mortis aui reperitur primogenitus, exclusa fuit à successione feudi, itã expressè concludit *Andr. in d. Const. Comitibus, in 2. lect. in pen. colum. ver. quid ergò si primogenito, vbi etiam subiungit, quòd potest eo casu Baro succedens in feudo pro huiusmodi dote à suis vasallis petere adiutorium, & sic concurret ratio vtriusque regulæ, de qua superius feci mentionem, de quo vide latius quæ scripsi in d. tract. meo de concess. feud. in 8. q. 7. partis, vers. secundus casus.*

Amplia nunc istam conclusionem, vt non solum procedat in filia, sorore, amita, & nepte Baronis, & sic habentis vtile dominium in feudo, sed etiam in filia, sorore, & amita Regis excludentis eas à successione Regni, & sic habentis directum dominium in Regno, vt voluit *Affl. in Const. In aliquibus, in 6. col. vers. 7. quæro, & sic ratione exclusionis fœminarum à successione Regni debetur fororibus Regis succedentis in feudo dos de paragio, & fratribus ipsius Regis vita, & militia per prædicta, & itã dixit *Andr. de Iser. in Const. Dignum, in 1. col. in tit. de iur. su. cur. obser. lib. 3.* Confirmatur hoc, quia sicut primus acquisiteur feudi potest disponere de vtili dominio feudi, prout latè scripsi in d. tract. meo de concess. feud. in 3. q. 3. par. princ. ita & Rex primus acquisiteur Regni potest disponere de directo dominio Regni, prout dixit *Bald. in proæ. decret. in verb. Rex pacificus, in 2. col. vers. Rex potest, item sicut hodiè fœmina succedere potest in vtili dominio feudi, seruata prærogatiua sexus p. Const. Vt de success. & per cap. Si aliquem, & cap.**

*Constitutionem, itã etiam succedere potest in directo dominio Regni, vt voluit *Gemin. & Imol. in cap. grandi, de suppl. negl. prala. in 6. de quo vide *Affl. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. in 1. not.***

ADDITIO.

A *Personis]* Sed an soror, quæ noluit recipere dotem de paragio promissam, & prontam à fratre, repellatur à successione feudi, vide *Andr. in cap. 1. de natur. success. feud. sed vide *Natt. qui allegat *Bald. in tract. de statut. exclud. fem. par. 1. q. 9. Brun. eod. tract. art. 6. q. 12.***

Sed quid si fuerit exclusa virtute cap. Si aliquem, vide *Cumi. in d. c. in vers. maritata, q. 20. n. 431. & ibi multa in materia huius primæ regulæ traditæ per Authorem nostrum. Et an hoc procedat, si masculi fuerint legitimati, *Menoch. conf. 272. num. 36.* An autem si filia fœmina primogenita, succedit, teneatur ad dotem de paragio secundogenitæ, *Io. Franc. de Aponi. conf. 21. num. 7. in 1. uol.**

B *Nepti]* *Minado. in Const. In aliquibus, n. 35. fol. 23. in 1. col.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeat primogenitæ, quæ succedit in feudo, non subsistente masculo.
- 2 Vita, & militia an debeat filio primogenito.
- 3 Ususfructus formalis an possit esse simul, et semel cum ususfructu causali.
- 4 Creditori remanet ius saluū in credito suo, quamuis hæres substitutus à suo debitore recusat adire.
- 5 Dos de paragio debetur primogenitæ non succedenti in feudo propter onera.
- 6 Vicinus emendo domum vicinam an habeat ius recuperandi in excipiendo aduersus alium.
- 7 Vasallus vbicunque venit priuandus feudo sine culpa sua, debet super feudo alimentari.
- 8 Baroni possidenti Baroniam grauata mole aris alieni consuevit taxari placitum loco alimentorum.

ARGUMENTVM.

Dos de paragio an debeat primogenita, quæ succedit in feudo, non subsistente mafculo.

QVÆSTIO V.

Quæritur, si primogenita, quæ succedit in feudo, non subsistente mafculo in eodem gradu, debeat dos de paragio. In hac questione reperio, quod *Andr. de Ifern. in Const. Comitibus in 2. l. l. pen. col. vers. quid ergo si primogenitus*, dixit, quod nec filio primogenito debetur vita, & militia, & nec filie primogenite debetur dos de paragio, quia ipsi succedere debent in feudo, & ipsi eas alijs fratribus, & fororibus minoribus natu præstare tenentur, quasi innuat, quod in persona filie primogenite, quæ successura erat in feudo, non possit simul, & semel assistere ius succedendi in feudo, & ius petendi dotem de paragio super feudo, eo quia ad inuicem sibi contradicunt in eodem subiecto, sicut usufructus formalis non potest esse simul, & semel eum usufructu causali, & sic cum sua proprietate, tanquam duo ad inuicem repugnantia in eodem subiecto, maxime quia in personis primogenitarum succedentium in feudo, cessat ratio exclusionis à successione feudi, & ratio petendi adiutorium à vasallis iuxta illas duas regulas, quas posui in præcedenti questione, in princ. unde sic puto fore distinguendum, quod aut hæc filia primogenita nondum successit, aut successere voluit in feudo. Primo casu licet aperiat viam alteri proximo in gradu ad successionem feudi per successoriam editionem, ut voluit *Andr. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si frater, & Moder. in vult. quod extant. mafcul. q. 5. 9. & 10.* remanet tamen sibi saluum ius petendi dotem de paragio super ipso feudo, sicut remanet saluum ius petendi creditori in credito suo, quamuis institutus à debitore suo recuset eius adire hereditatem, & aperiat viam substituto, seu venienti ab intestato, iuxta ea, quæ habentur in *l. debitoris, de pact. & in l. Vanius, ff. de fideiuss. & audivitur hæc filia in electione sua in casu predicto, ut habetur per *Moder. in d. trus. quod**

*extant. mafcul. q. 77. de quo latius scripsi in tract. meo de concess. feud. in 7. q. 4. par. in 1. limit. Auc. hæc filia primogenita successit in feudo, & propter maiora onera & feudi, quam sint redditus ipsius feudi, vel propter concursum creditorum, sibi maluerit præservari ius petendi dotem de paragio, & concurrēdi unā cū alijs creditoribus pro eius dote super feudo, & tunc si confecit inventarium, clarum est, quod tale ius petendi dotem predictam non fuit confusū, nec extinctum, sed remansit separatam, tanquam onus feudi, sicut remansit separatam ius creditoris succedentis debitori suo cū beneficio inventarij, iuxta ea, quæ habentur in *l. i. C. de iur. delib. & in d. l. debitoris, C. de pact.* si verò non confecit inventarium, & tunc licet forte ius petendi dotem de paragio sit confusum, ut ei non competat actio, poterit tamen sibi competere exceptio, & ius recedendi feudum pro eaq̃ quantitate, quæ ascendit ad dotem de paragio, sicut in simili dicimus, quod si ante statutu, quod vicinus possit venire ad recuperandam domum vicinam domus suæ alteri venditam, si tamen ipse idem vicinus emerit eandem domum vicinam, licet confundatur ius agēdi iure vicinitatis ad recuperandam, quia ipse idem non potest esse emptor, & recuperator, tamen competit sibi ius excipiendi iure vicinitatis pro ea parte, pro qua vicinus est, ita dixit in individuo *Aff. in rep. Const. Sancimus, in princ. in ult. not. vers. iuxta hęc q̃erit, Titius vendidit, in 13. col.* Confirmatur hoc ex alio capite, quia ubicunque vasallus venit privandus feudo, seu eius commoditate absque culpa sua, tunc debet saltem super ipso feudo alimentari, & retinere sibi tantam quantitatem fructuum feudi, quæ ascendat ad eius alimēta, ex quibus honorifice possit vivere, tanquam Baro, iuxta eius conditionem, prout voluit *Asuar. & alij in cap. 1. s. fin. in ult. not. extr. Episc. vel Abb. iuncto eo, quod dixit Andr. in Const. In aliquibus, in ult. col. in fin.* Hinc est, quod hodie in M. C. huius Regni consistit taxari placitum loco alimentorum: Baroni possidenti Baroniam granatam multo etiam alieni pro oneribus ipsius feudi, ex cuius fructibus vix alijs creditoribus satisfacere possit, ita erit dicendum in proposto. Si autem hæc filia primogenita, quæ successit in feudo non reperitur granata tot oneribus feudi, quæ absorbent omnes redditus ipsius feudi, sed commode potest alijs creditoribus satisfacere, tunc verum est dicere, quod ex quo successit in feudo, à quo ma-*

maiolem redituum quantitatem percipit, & plus iuris consequitur, quam sit ipsa dos de paragio, certè non debetur sibi tunc aliqua dos de paragio, obstantibus regulis, & omnibus prædictis, & ita procedit dictum *Andr. in d. Const. Comitibus, in penult. col. de quo superius feci mentionem.*

A D D I T I O.

A Succedit in feudo] De hac questione vide *Io. Franc. de Apont. præceptorum meum in feudis in cons. 62. num. 5. 2. vol. 1.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori, si masculus superexistens in eodem gradu non succedat in feudo.
- 2 Dos de paragio non debetur filia primogenita.
- 3 Vita, & militia non debetur filio primogenito.
- 4 Substitutus vulgaris admittitur, siue scriptus hæres nolit, siue succedere non possit.
- 5 Alius perfectio perficitur ex duobus necessariis, scilicet voluntate, & potestate.
- 6 Monachus, aut aliàs imperfectus an, & quando succedat in feudo.
- 7 Paria sunt non succedere in feudo, vel superesse, & succedere nolle.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori, si masculus superexistens in eodem gradu non succedat in feudo.

Q V A E S T I O V I.

A S Extò, & successiue quæro, nunquid filia, vel sorori Baronis debeatur dos de paragio, si masculus * superexistens, & cõcurrentes in eodem gradu non succedat in feudo. † Fundamentum huius questionis consistit in illa regula, quam posui supra in 4. quæst. quæ dicitur, quòd dos de paragio debetur filia, vel sorori Baronis ratione exclusionis (stãte prærogatiua sexus) à successione feudi, ex quo sequitur, quòd ubicunque filia, vel soror Baronis non succedente masculino superstitite non excluditur à successione feudi, non debetur sibi dos de paragio, quia

ipsa eadem successura est in feudo, & cessante ratione exclusionis fœminæ à successione feudi, cessat præstatio dotis de paragio, & propterea dicit *Andr. in dicta Const. Comitibus, in 2. lect. in penult. colum. in vers. quid ergò si primogenitus, quòd nec filio primogenito debetur vita, & militia,*

- 2 † nec filia primogenita debetur dos de
- 3 paragio, † quia ipsi succedere debent in feudo, & ipsi eas alijs fratribus, & sororibus minoribus natu præstare tenentur, ut ibi per eum, de quo scripsi in *præc. quæst.* Et intelligo hanc conclusionem, siue masculus superstes, & cõcurrentes nolit, * siue non possit succedere in feudo, quia casus voluntatis trahit ad se casum impotentie, & è contrã, sicut dicimus in substituto † vulgari, ut admittatur, siue substitutus nolit, siue non possit succedere, *Bart. in l. & alij, ff. de vulg. & pupill. sub col. 4. in princ. vers. hoc præmissis, maxime quia ad perfectionem † cuiuslibet actus duo necessaria requiruntur, scilicet voluntas, & potestas, ut dixit *Bal. in l. omne verbum, C. commun. de legat. & in l. quisquis, C. de iur. & fact. ignori.* Ex quibus infero, quòd si masculus concurrens in eodem gradu ad successionem feudi, vel aliquo casu nollet succedere in feudo, vel ratione alicuius incapacitatis in eo succedere non posset, ut quia fortè reperiretur monachus, † aut aliàs imperfectus, vel frater Ordinis Minorum, iuxta ea, quæ latius dixi in *tract. meo de concess. feud. in 7. q. 4. par. princ.* tum quia*
- 7 paria † sunt non superesse masculum, qui succedat in feudo, & illum superesse, & succedere nolle, vel non posse, *l. pater, ff. de inoff. testam. et s. sed nostra, Inst. de success. lib. & voluit *Andr. de Ifern. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si frater, non debetur fœminæ succedenti in feudo dos de paragio, nisi tantum, prout scripsi supra in præcedenti questione, de quo vide latius *Aff. in d. Const. In aliquibus, in 3. col. in fin. & sequen. vers. & 1. & in 4. col. vers. 2. quæro, & vide *Campeg. in tract. suo de dote, in 28. q. 5. partis principalis.****

A D D I T I O.

- A Masculus] Sed quid si soror noluerit dotari à fratre, an possit compelli recipere dotem de paragio, vide *Ioseph. Cumi. in cap. Si aliquem, in vers. maritata, q. 4. num. 175. Cænet. ibidem fol. 320. vers. sed si soror.*
- B Nolit] Et an ex hoc, quòd frater nolit succedere, sed vult, quòd succedat soror simul cum eo, præiudicet creditoribus suis
- per

per talem consensum, & admissionem, vide Bal. in l. maximum vitium, 8. col. vers. sed pone, quod frater, C. de lib. preter. Ias. in 5. itē si quis in fraudem, pen. colum. in fin. Inst. de actio. Marfil. sing. 361. vbi hoc valde commendat.

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori ex altero parente tantum.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori ex altero parente tantum.

Q V A E S T I O VII.

SEptimò quæro, vtrum dos de paragio debeatur sorori ex altero parente tantum. † In hac quæstione non me extendo, quia de ea latius scripsi (respectu successionis feudi) in trac. meo de concess. feud. in 7. q. 4. partis princ. in prima ampliat. & in 8. q. 7. part. princ. vers. & tertius casus, & vide Aff. in Const. Comitibus, in 2. not. & in d. Constit. Fratibus, in 1. not.

A D D I T I O.

Ad quætionem adde Menoch. in materia cons. 187. num. 17.

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori spuria, vel naturali.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori spuria, vel naturali.

Q V A E S T I O VIII.

QUoniam quæro, nunquid dos de paragio debeatur sorori spuria, seu naturali tantum. † In hac etiam quæstione non multum insisto, quia de ea latius dixi in d. l. c.

trac. meo de concess. feud. in 8. quæst. 7. part. princ. in 1. cas. vers. 2. amplio respectu adiutorij exigendi per eius patrem Baronem in 7. quæst. 4. par. princ. in 2. limit. iunctis illis duabus regulis, quas posui supra in 4. q.

A D D I T I O.

A Spuria] In terminis hanc quætionem tradit Ioan. Anton. Caneet. in cap. Si aliquem fol. 331. vers. sed queritur, an casu, quo, vide Bald. Nouel. de dot. par. 7. priuil. 16. Capyc. decis. 181.

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori nupta sine dote.
- 2 Dos succedit loco alimentorum.
- 3 Pater an, & quando teneatur dotare filiam.
- 4 Dos de paragio succedit loco legitima, & qualiter debetur.
- 5 Dos de paragio debetur sorori, etiam quod non nubat.
- 6 Dotem de paragio petendi ius an sit transmissibile, vel cessibile.
- 7 Dos de paragio mulieri nupta qualiter taxari debeat, remisivè.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori nupta sine dote.

Q V A E S T I O IX.

NON quæro, nunquid dos de paragio debeatur sorori nupta sine dote, † Videtur dicendum, quod non, quia ratio exclusionis à successione feudi induxit, ut ipsa maritetur, & dotetur secundum paragium, ut commodè pari nubere possit, ut dicitur tex. in d. Const. In aliquibus, sed postquam nupta est, cessat ratio paragij, ergo cessat ratio dotis constituendæ, quasi cessante causa, cesset effectus, l. à filia, s. alumnus, ff. de Trib. & cessante ratione legis, cessat eius dispositio, l. cum pater, s. dulcissimis, ff. de leg. secundo, hoc idem decidit in terminis Bart. in l. obligamur, in princ. ff. de actio. & oblig. vbi mouetur, quia dos succedit loco alimentorum, † sed non tenetur pater alimentare filiam, quando aliunde habet alimentata, † l. si quis à liberis, ff. de lib. agnosc. ergo eodem modo licet pater teneatur dotare filiam,

C

filiam,

filiam, l. *liberos*, ff. de *risu nupt.* col. fin. C. de *dot. promiss.* tamen ad eam non tenetur, quando reperitur maritata, vt ibi. **Contrarium** * tamen determinat *Guliel. à Cun.* in l. *cum his*, s. *similiter*, ff. de *cond. indeb.* post *glos.* in d. l. *obligamur*, in princ. dum voluit, quòd stante statuto, quòd existētibus masculis fœmina dotata non succedat, quòd fœmina dotari debet, etiam si maritata fuit sine dote, quòd refert, & pluribus modis confirmat *Alex. in conf. 7.* incip. *uisis*, et *diligenter animaduersis*, in 3. col. vers. *nò obstant allegat. in contrarium*, in 2. vol. & in d. l. *obligamur*, in princ. in *apostill. ad Bart* vbi ponit concordantes, & vide per *Modern.* in *tract. quòd extantibus masculis*, in q. 67. & ratio est, quia dos de paragio succedit loco legitimæ, † vt dixi supra in 3. q. & debetur cõditione ex lege, seu *Const. In aliquibus*, vt ibi dicit *Andr. de Isern.* in 3. & 7. col. & has duas rationes assignat idem *Alex. in d. conf. 7.* quo casu solum matrimonium non sufficit, quòd minus dotem conuequatur. Et de *Const. In aliquibus* dum dixit, quòd filia, vel soror Baronis debet secundum paragium maritari, respexit frequentiam actus, quia mulieres desiderant vt plurimum maritari, veluti causam impulsuam, & non finalem, quòd habeant de necessitate maritari, cum etiam si non nubant, † eandem dotem consequantur, vt dixit *Andr. in d. Const. In aliquibus*, in 7. col. & sequen. Adde, & vltra aliam rationem, quia in ea militat ratio exclusionis à successione feudi ex prerogatiua sexus, perinde ac si nupta non fuisset, iuxta regulam, quam posui supra in princ. in 4. q. ergò sequitur de necessitate, quòd ratione exclusionis habere debet dotem de paragio super feudo, etiam si sine dote nupta fuisset. Ex quo infero, quòd si soror Baronis nupserit alteri sine dote, vel cum modica dote, propter eius pulchritudinem, vel cõditionem, vel propter valorem, vel extremitatem fratris, poterit nihilominus petere dotem de paragio, vt dixit *Andr. in dicta Const. In aliquibus*, in 8. col. vers. *per hoc patet*, & in *ult. col. vers.* unde si inuenorit sibi par. vbi vide ibi concordantes per *Affl.* in 14. col. vers. *nonò queritur.* Non obstat supra allegata decisio *Bart.* in d. l. *obligamur*, in princ. quia procedit vbi quis Iudicis officio tenetur dare dotem, quia eam dare non tenetur, si reperitur soror, vel filia aliundè dotata, vel maritata sine dote, secus autem si pater, vel frater iure actionis loco legitimæ teneantur, & ita respondet *Alex. in d. conf. 7.* in 3. col. est bonè verum,

quòd hanc dotem de paragio vir eius petere non potest, ex quo sibi promissa non fuit, & imputet sibi, quòd voluit vxorem ducere sine dote, vt eam ab eius domo repellere non possit, vt dixit *Paul. de Cast.* in l. *si socr.* in princ. ff. *sol. matr.* quem sequitur *Alex. in d. conf. 7.* in *ult. col.* sed eadem dotem ipsa, vel soror Baronis petere poterit conditione ex lege, vt superius dixi, & latius dicam in 38. q. nisi fortè cesserit **C** * iura sua petendi dotem prædictam viro suo, quia tunc vir eius cessionario nomine agere poterit, quia sicut hoc ius petendi dotem de paragio transmissibile † est, vt voluit *Alex. conf. 55.* incip. *viso tit. questio nis*, in *ult. col.* in 2. vol. & dicam latius in 39. q. ita etiam est cessibile, l. *si ex pluribus*, ff. de *administ. tut.* Sed qualiter debeat hæc dos de paragio taxari † huic sorori nuptæ sine dote, an tanquam sorori innuptæ sine dote, considerato tempore cessionis factæ antequàm nupserit, an tanquam sorori nuptæ, considerato tempore petitionis, dicam latius in *quest. 32.*

A D D I T I O.

- A Nupta]** Negari non potest, quòd hæc dos debeat, sed illud est aduertendum, quòd dos, quæ erit soluenda tali sorori nuptæ, nò potest excedere legitimam, & ita in terminis iudicatum fuit in *Conf. Neapol.* vt refert, & sequitur *Io. Franc. de Apon.* in *conf. 55. n. 5. vers. super his bonis*, vol. 1.
- B Contrarium]** Et est magis communis opinio, quam refert *Paris. in conf. 28. num. 62. nol. 3.* & ratio est vltra illam, quam refert hic Author, quòd & si frater sit exoneratus onere tradendi illam matrimonio, non tamen dicitur exoneratus, & liberatus onere dotandi, ita dixit *Menoch. conf. 247. num. 41.* vbi multas cumulat ibi, & in *add. ad Bart. in d. l. obligamur*, & vide *Hip. Rim. conf. 514. nu. 1. cum seq. nol. 5.*
- C Cesserit]** Vide quæ tradit *Vint. de Franch.* in *decis. 33. per totam.*

Mastrillus

S U M M A R I U M.

- I Dos de paragio an debeat sorori, qua maritata fuit, et dotata, & dotem perdidit.**

ARGUMENTVM.

SVMMARIVM.

Dos de paragio an debeatnr sorori, quæ maritata fuit, & dotata, & aliquo casu dotem perdidit.

- 1 Dos de paragio an debeatnr sorori, quæ tēpore successōnis reperitur vidua.
- 2 Vxor̄is appellatione uenit etiam vidua in statutis.

ARGUMENTVM.

Dos de paragio an debeatnr sorori, quæ tempore successōnis reperitur vidua.

QVÆSTIO X.

QVÆSTIO XI.

D Ecimò quæro, nunquid dos de paragio † debeatnr sorori, quæ maritata fuit, & dotata, & aliquo casu dotē perdidit. * Hanc quæstionem posuit in indiuiduo *Bald. in l. fin. in 2. col. uers. sed nunquid, C. de dot. promiss. vbi concludit, quòd non debetur, etiā si casu fortuito eam perdiderit, quia sufficit semel tantum fuisse doratam, & dispositio legis loquētis de dote, intelligitur de vnica dote tantum, vt ibi per eum, sicut & quælibet alia dispositio etiam odiosa, l. boues, §. hoc sermone, ff. de uerb. signif. vbi dispositio loquens de nuptijs, de primis tantum intelligi debet, pro quo vide infinitos concordantes per *Felin. in cap. fin. in 2. col. & pluribus sequ. de trengu. & pac. vbi scrip. si. Contrarium * tamen in hoc voluit Bar. in l. si cum dotem, §. si post solutū, ff. sol. matr. quando filia, vel soror Baronis talem dotem perdidit sine dolo, vel culpa sua, per *sex. in aub. qui locum, C. de coll. de quo vide Ias. in §. fuerat, in 25. quæst. Inst. de acti. & Campeg. in suo tract. de dote, in 21. q. 5. par. princ. & Moder. in tract. quòd extatibus masc. q. 57. & Matth. de Aff. in Const. Fratribus, in 2. col. uers. 3.***

V Ndecimò quæro, vtrūm dos de paragio † debeatnr sorori, quæ tempore successōnis feudi reperitur vidua. * Et videtur dicendum, quòd non, quia dos de paragio dicitur, vt nubat pari, vt dixi supra in 1. q. & sufficit, quòd semel nupta fuerit, & semel tantum dotem consequatur, vt scripsi supra in *precedenti quæst. Contrarium tamen determinat Bald. in l. 1. in fin. C. vnde uir, et 2. vxor, quia statutum † loquēs in vxore habet locum etiam in vidua, vnde licet semel tantum dotem consequi debeat, tamen si tempore mortis patris reperitur vidua, nec dum fuerit dotem cōsequuta, poterit hanc dotem petere, non obstante quòd reperiatnr vidua, quia debetur loco legitimæ, vt dixi supra in 2. q. Et posset, si velle, contrahere secundas nuptias, vel viuere honestē domi, vt dicam in 1. q. de quo latius per *Modern. in dicto tract. quòd extant. masc. & c. q. 46. & sequ. Et vide Bernardum de Medico aliàs dictum Saccurafam in suo compen. success. feud. in tit. de success. ab intest. in 1. form. in princ.**

ADDITIO.

ADDITIO.

A De quæstione] Vide *Cumi. in cap. Si aliquē, in uers. maritata, q. 11. et q. 13. n. 318. Soc. iun. cons. 43. col. 3. uol. 1. & Brun. qui licet sit allegatus ab Authore inter Modernos tunc temporis in q. 57. tamen secundum nouā impressionem dixit in art. 6. q. 14. nu. 255. Ceph. cons. 160.*

A Vidua] Adde ad hanc quæstionem *Cānes. in cap. Si aliquem, uers. sed occurrit quæstio, fol. 308. Ias. in §. fuerat, num. 135. Inst. de actio. Cum. in d. cap. Si aliquem, in uers. maritata, num. 3. vbi alios refert.*

Mastrillus.

SVMMARIVM.

B Contrarium] Et est cōmunis opinio, quā refert *Corras. in l. qui liberos, n. 94. ff. de rit. nupt. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, limi. 9. n. 3. de uerb. signif. Rip. l. 2. §. 1. nu. 7. ff. solut. matrim. Boer. decis. 131. nu. 3. & alios retulit Menoch. de arb. iud. cas. 182. nu. 57.*

- 1 Dos de paragio an debeatnr sorori maritata, & dotata aliūdē, quā ab illo, qui eam exclusit.

Mastrillus.

C 2 Dos

- ² Dos de paragio debetur in pecunia, & non in corpore feudi.
³ Dos de paragio debetur super feudalibus, facta prius discussione allodialium.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an. debeat forori nuptæ, & dotatæ aliundè.

Q V A E S T I O XII.

D Vodecimo quæro, an dos de paragio debeat forori, quæ reperitur maritata, & dotata aliundè, quam ab illo, à cuius successione stante prærogativa sexus fuit exclusa. † In hac quæstione præsuppono primò, quòd illa demum dicitur habuisse dotem de paragio, quæ dotata fuit ab illo, qui tenebatur eam de iuris necessitate dotare, ita voluit *Andr. de Ifern. in Constit. Ut de successione, in 7. colum. vers. quid si patruus, dum voluit, quòd si patruus Baro maritavit, & dotavit neptem suam ex fratre præmortuo, illa non dicitur habuisse dotem de paragio, quòminus exindè succedere possit eidem patruo suo in feudo, ex quo idem patruus non tenebatur eam de iuris necessitate dotare, de quo vide quæ latius scripsi in tract. meo de concess. feud. in 5. q. 4. part. princip. hoc idem voluit *Andr. de Ifern. in Constit. Comitibus, in 2. lect. in ult. col. vers. sed si pater, dum dixit, quòd si pater relinquat dotem nepti ex filio suo secundogenito in testamento, & filius primogenitus eam maritavit, & dotavit, illa neptis non dicitur habuisse dotem de paragio, quia non de necessitate iuris, sed de mandato testatoris filius primogenitus eam dotavit, & ideo non deberi dicit eo casu subventionem, & adiutorium Baroni à vasallis suis, ut ibi per eum, qui idem dixit in *Constit. Quamplurimum, in ult. colum. vers. item non habeat subventionem, ubi dixit, quòd non habet subventionem pro maritaggio, nisi qui ex necessitate maritat, secus si voluntariè, ut ibi per eum, de quo etiã scripsi supra in 4. q. Secundo præsuppono, quòd dos de paragio † debetur forori Baronis in pecunia numerata, & ad pecuniam Baro condemnatur pro dote de paragio, & non in ipso corpore feudi, & in executione sententiæ facta prius discussione bonorum mobilium semoven-***

tium, & stabilium, allodialium, iuxta ordinem datum in l. 2. Dico Pio, * §. in venditione, & §. si pignora ff. de re ind. in subsidium deuenitur ad feudum, & fiet executio pro eadem dote taxata in pecunia super corpore, seu fructibus feudi, ita expressè voluit *Andr. de Ifern. in Constit. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, ibi, verius est, ut condemnetur frater ad pecuniã pro paragio, & ibi in 5. col. vers. quid si requisitus, ubi scripsi, & in *Constit. Si quis post licentiam, in tit. de pen. contum. in civil. lib. 1. & in cap. 1. §. quid ergo, in 2. col. de incest. de re alien. fact. & vide latius per *Matth. de Ass. in d. Constit. In aliquibus, in 9. col. & sequent. vers. 5. queritur. His igitur sic præsuppositis respondeo, sic distinguendo duos casus, & primò dico, quòd si hæc soror Baronis reperitur maritata, & dotata ab eo, qui debuit eam de iuris necessitate * dotare, iuxta illas duas regulas, quas posui supra in 4. q. & tunc siue dotem habuerit in pecunia de proprio patrimonio Baronis dotantis, siue super fructibus, & corpore feudi, satis est, ut repellatur à peritione dotis de paragio, quia sufficit semel fuisse dotatam ab illo, qui debuit eam de iuris necessitate dotare, ut dixi supra in 10. q. quia dos de paragio personaliter debetur in pecunia, & non super ipso corpore feudi, nisi in subsidium, ut superius dixi, & ideo si Baro pater, habens filium, & filiam, eandem filiam maritavit, & dotavit de suo proprio patrimonio, seu de redditibus Baronie separatis à solo, qui sunt ipsius Baronis, & de quibus tenetur ipsam filiam dotare, ut dixit *Bald. in cap. 1. §. donare, in 1. not. quali. olim feud. poter. alien. & inde mortuus fuit pater, eo casu filius masculus succedens in Baronie non tenebitur huic forori suæ dare aliam dotem de paragio super ipsa Baronie, quia sufficit semel fuisse dotatam à patre, qui debuit eam de iuris necessitate dotare, à cuius successione per fratrem succedentem in feudo reperitur exclusa, de quo vide per *Modar. in tract. quòd extant. m. l. c. q. 25 & 26. q. sequ. & scripsi latius in tract. meo de concess. feud. in 5. q. 4. part. prius. Secundo verò casu dico, quòd si ista soror Baronis dotata fuit ab alio, qui non tenebatur eam de iuris necessitate dotare, sed eam voluntariè dotavit, vel propter affectionem, vel coniunctionem sanguinis, prout explicat *Andr. de Ifern. in d. Constit. Ut de successione, in 7. col. de nepte ex fratre præmortuo, quæ dotata fuit à patruo * suo Barone, qui non tenebatur eam de iuris necessitate dotare, &******

tunc

tunc talis dos non dicitur dos de paragio, nec operatur exclusionem huius mulieris à successione feudi, ut dicit *Andr. de Iser. ibi*, & sic non habet impedire ipsam mulierem, quòminus aliam dotem de paragio à fratre suo Barone, per quem fuit exclusa à successione feudi, petere possit, præsertim quia tenetur frater iure actionis, & conditione ex lege sororem suam maritare, & dotare, ut dixit *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 3. & 7. colum.* & dicam latius in 38. q. quo casu non sufficit, eam fuisse dotatam aliundè ab extraneo, quòminus datam dotem superueniètem, & sibi debitam iure actionis consequatur, ità voluit *Alex. in cons. 7. incip. visis, & diligenter animaduersis, in 3. col. vers. non obstant, in 2. vol.* dum respondet ad decisionem *Bart. in l. obligamur, in princ. ff. de act. & obl. & hoc satis benè confirmari potest ex eo, quod voluit Bart. in l. libertis, q. 5. §. 1. ff. de alimen. & cib. leg. vbi alimenta prædicta, quæ debentur iure actionis, peti possunt non obstante quòd petens illa fuerit alimentatus aliundè, ut ibi per eum, & latius per *Ias. in l. de alimentis, in 2. col. vers. vlt. C. de transact.* Confirmatur etiam hoc ex alio, quia si hæc dos de paragio filiæ data fuisset à patre, qui tenetur eam de iuris necessitate dotare, minus, quàm sibi iure legitimæ competisset, posset tamen agere ad supplementum dotis, sicut ad supplementum legitimæ, ut voluit *Alex. in 1. vol. d. cons. 7. in 2. col. vers. præterea, & latius dicam infra in 23. q. ergò multò fortius agere poterit hæc filia ad totam dotem de paragio, sicut ad totam legitimam, quando ad nihil reperitur à fratre dotata, à quo iure actionis dotem loco legitimæ consequi debet. Ex præmissis igitur infero primò, quòd si hæc filia, vel soror Baronis dotata fuisset à patre de bonis paternis, non prohiberetur postea succedere matri in feudo materno, ità etiam & non prohiberetur posse petere dotem de paragio super eodem feudo materno, à cuius successione per masculum superexistentem repelleretur, licet aliam dotem de paragio super feudo paterno petere non posset, ex quo quòad feudum paternum reperitur maritata, & dotata ab illo, qui debuit eam de iuris necessitate dotare, de quo vide per *Campeg. in suo tract. de dote, in 35. q. 5. par. princ.* & scripsi in *d. tract. meo de concess. feud. in 5. q. 4. part. princ.* Secundò infero, quod si hæc filia, vel soror Baronis dotata fuisset de bonis maternis, & sic de bonis eius, qui non tenebatur eam de iuris necessitate**

dotare, poterit nihilominus petere dotem de paragio super feudo paterno, attendente ratione prædicta, de quo vide per *Moder. in tract. quòd extant. masc. q. 63.* & in *tract. meo prædicto, & quest. prædicta.* Tertiò infero, quòd si hæc filia, vel soror Baronis dotata fuisset de bonis suis proprijs, de quibus non tenebatur se ipsam de iuris necessitate dotare, poterit hoc non obstante petere dotem de paragio super feudo paterno, attendente ratione prædicta, de quo vide per *Moder. in d. tract. quòd extant. masc. q. 55. et in d. tract. meo, in prædicta quest.* Quartò infero, quòd si hæc soror Baronis dotata fuisset à fratre viuente patre, poterit nihilominus post mortem patris petere dotem de paragio super feudo paterno, cum reperiatur dotata ab illo, qui non tenebatur eam de iuris necessitate dotare, per prædicta, de quo vide *Matth. de Aff. in d. Constit. In aliquibus, in 14. col. vers. 10. quarto, & vers. sequen.* & multò fortius esset, si hæc filia, vel soror Baronis sine dote uupra fuisset, per ea, quæ dixi supra in 9. q. de quo vide per *Moder. in d. tract. quòd extant. masc. q. 67.* & in *d. tract. meo de concess. feud. in 5. q. 4. par. principalis.*

A D D I T I O.

- A** Aliunde] Vide *Io. Vincen. de Anna in alleg. 81. & alleg. 70. in 1. par. vbi dicit, secus esse de consuet. Neap. nam sufficit, quòd semel fuerit dotata à quolibet, & vide Vinc. de Franch. decis. 171. & 73. num. 19. vbi multa ad materiam huius quæstionis, Cumi. in cap. Si aliquem, in vers. maritata, num. 381. cum mult. seq. & meminit Authoris nostri *Cannet. ibidem, vers. sed discutiendum est, fol. 300. à ter. & in vers. his explicitis, in fin. fol. 299. qui testatur de communi opinione, Corn. cons. 74. nu. 8. vol. 1. Becc. cons. 112. num. 17. Minad. in Const. In aliquibus, num. 61. fol. 51. & cons. 21. num. 5. Et an dotata à patre excludatur à successione matris, *Mench. cons. 3. in 1. Thesau. decis. 62. vbi late, & ponit plures notabiles casus.***
- B** A Diuo Pio] *Tex. hic qualiter procedat in feudis, Camerar. in cap. Imperialem, fol. 49. lit. A. de prohib. feud. alien. per Feder. & vide Menoch. cons. 293. num. 3. & 4. & in Regno habemus cap. Carol. 246. in tit. quòd feudatarij.*
- C** Necessitate] Quid si fuerit dotata à matre tutrice, dic quòd censetur dotata de bonis proprijs, & non excluditur ob talem dotem ab eius successione, *Cannet. vbi sup. vers. et quia, f. 304. Minad. cons. 12. n. 18. Hip. Rimi.*

conf. 514. num. 2. vol. 5. Menoch. conf. 335.
num. 35. Pern. conf. 12. num. 50.

D Patruo] Vide Cannet. ubi sup. vers. & consequenter sol. mihi 304.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori, quæ fuit Monasterium ingressa.
- 2 Legatum dotis factum mulieri cū hoc, quod prius nubat, an debeatur si ingreditur Monasterium.
- 3 Monasterium spirituale non debet esse deterioris conditionis, quàm temporale.
- 4 Dos de paragio illis personis debetur, pro quarum dote potest Baro à suis vasallis petere adiutorium.
- 5 Baro potest petere adiutoriū pro filia monachanda.
- 6 Dos de paragio est transmissibilis, & cessibilis.
- 7 Filia monacha est incapax successioneis feudi.
- 8 Priuatio præsупponit habitum.
- 9 Statutum laicorum quando liget clericos.
- 10 Soror tertij ordinis an debeat habere dotem de paragio.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur Sorori Monasterium ingressæ.

Q V A E S T I O XIII.

D Ecimotertiò quæro, nūquid dos de paragio debeatur sorori, † quæ fuit in Monasteriū ingressa, * Reperio quòd *Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in 7. col. vers. quid si frater, ibi, nisi Monasterium intraverit, in fortioribus terminis tenet quòd sic, non solum in dote de paragio, quæ debetur loco legitime, vt illam filia, vel soror Baronis ingrediens Monasterium consequatur, sed etiā in legato * dotis, † quod non debetur mulieri, nisi prius nubat, iuxta ea, quæ ponit *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & dem.* & tamen si non nupserit, sed ingressa fuerit Monasterium, tale legatū pro dote debetur, & trāsit in Monasterium, iuxta formam, quam ponit *Bart. in l. 1. §. si parens, in fin. ff. si quis à par. sue. man. in l. fin. in 2. col. vers. sed po-**

*ne, quòd filia, C. de dot. promiss. cum cōcord. de quibus per Matth. de Affl. in d. Constit. In aliquibus, in 13. col. vers. & fortiori ratione, in 8. quæst. & ratio est, quia non debet esse 3 deterioris conditionis matrimoniū † spirituale, quàm matrimonium temporale, §. sed hoc presentis, in anth. de Sanct. Episc. col. 9. per quem itā decidit *Bart. Bald. & Paul. Castr. in legato de mille pro dote factio filiz, si nupserit; & in legato de centum pro dote si Monasterium ingrediatur, in l. 2. ff. de bis, qua pæn. nom. vbi scripsi concordantes post Alex. ibi in apostill. confirmatur hæc conclusio ex altera regula, quam posui supra in 4. q. quia illis personis tantum debetur dos de paragio, 4 † pro quarum dote potest Baro à suis subditis petere adiutorium, vt colligitur ex mente *Andr. de Iser. in Constit. Quamplurimū, in ult. col. vers. item non habet, & in Constit. Comitibus, in ult. col. vers. sed si pater, sed sic est, quòd filia ingrediēte Monasterium, 5 † potest Baro à suis subditis petere adiutorium, * prout in indiuiduo decidit *Iac. à Sancto Georg. in tract. suo de feu. in vers. qui quidem inuestiti, in ult. col. vers. sed adhuc superest. & ibi dicit, itā consuluisse pro generosis dominis de Lucernā, & eius cōsilio præstantissimi Doctores se subscripserunt. Vndè puto, sic posse distingui, * quòd aut hæc filia, vel soror Baronis ingressa est Monasterium post mortem patris sui, itā quòd tēpore ingressus sui erat sibi quæsitum ius petendi dotem de paragio, quæ tēpore mortis patris, vt potè succedens loco legitime fuit sibi quæsitā, iuxta *L. cum quaritur, C. de inoff. test. & non est dubium, quin sibi debeat dos de paragio, quam vel potest alteri cedere, ante- 6 quàm ingrediatur, quia sicut talis dos † est transmissibilis, vt voluit *Alex. conf. 55. incip. nisi rit. quæst. in ult. col. in 2. vol. & dicam infra latius in 39. q. itā etiam est cessibilis, l. si ex pluribus, vbi *Bart. ff. de admin. vel potest in ipsum Monasterium trāsfere, iuxta ea, quæ habētur in anth. ingressi, C. de Sacros. Eccles. & in cap. fin. de success. ab intest. Aut verò hæc filia, vel soror Baronis ingressa est Monasterium viuente patre, & sic tempore, quo nōdum erat sibi ius quæsitum ad petendam dotem de paragio super feudo, & tunc ex quo postea mortuo 7 patre veluti Monialis † reperitur incapax ad succedendum in feudo, si masculus nō superesset, vt in cap. 1. & ibi per *Doct. de mil. uasal. qui arm. bel. depos. & latius scripsi in tract. meo de concess. feud. iuxta regulam, quam posui supra in 4. q. quia non dicitur********

ex.

exclusa, quia si vellet, non posset admitti, ex quo privatio † præsupponit habitum, l. decem. ff. de verb. oblig. & l. manumissus. ff. de iust. & iur. eodem modo cessat in ea ius petendi dotem de paragio, & sic eam dotem eo casu habere non potest, & hæc distinctio satis confirmari potest ex his, quæ ponit *Abb. & Felin. in cap. Ecclesia Sancta Mariae de Const. & in cap. qui clericus, de foro compet. dum distinguunt, ad hoc vt statutum † laicorum liget clericos. An introcerit vinculum antè clericatum, vel post, vt ibi per eos, vltra quos vide *Campeg. in tract. suo de dote, in 32. q. 5. par. principalis, & Matth. de Aff. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. vers. 5. quæro, & hæc inuestigatio est magni effectus ad cognoscendum, nunquid portio contingens super feudo huic filie, vel sorori Baronis ingressæ Monasterium in taxatione aliarum dotium de paragio, & vitæ, & militiæ alijs fratribus, & sororibus contingentium sit deducenda, vel accrescat ipsi Baroni, prout latius dicam infra in 29. q. vers. 3. considerari debet, de qua vide per *Moder. in tract. quoddam existant. masc. q. 40. & q. sequen. prædicta tamen intelligo, procedere posse, dummodò***

E pater viuens derulerit aliquid * Monasterio pro dote filie tempore sui ingressus, prout declarat *Campeg. in d. tract. de dote, in 31. q. 5. par. princ. intelligo etiam, prædicta procedere, quando intraret clausuram Monasterii, secus autem si efficeretur tantum soror tertij ordinis, † prout declarat *Bald. Nou. in suo tract. de dote, in 1. par. in 3. col. vers. alio modo, vt ibi per eum.**

ADDITIO.

A Ingressa] De hac quaestione vide *Vinc. de Franch. decis. 44. vbi etiam, quanta debeat esse ista dos de paragio, Cypic. dec. 204. Nat. in repet. cap. quamuis, quest. 12. de pact. in 6. Aff. decis. 348. & ibi *Vrsill. idem in Constit. Quamplurimum, in 9. col. Ferron. bene in consuet. Burdeg. de test. 5. 15. fol. 205. circa mediū, vers. an hoc statutum, Neapod. in consuet. Neap. fol. 99. num. 67. & ibi late *Addentes, & ratio videtur esse, quia *Const. In aliquibus* excludens sorores extantibus masculis, locum sibi vendicat in Monialibus, quod scilicet debeant dotari de paragio, vt cōsuluit *Alex. conf. 121. lib. 6. Soc. iun. conf. 25. num. 11. lib. 3. Ceph. conf. 95. num. 4.****

B Legato dotis] Et ita consulerunt *Decia. conf. 5. vol. 3. Sfor. Odd. conf. 19. nu. 19. Rimi. iun. conf. 85. in 1. nol. qui plures allegant.*

C Adiuutorium] Et ita fuisse decisū post multos, quos ibi eleganter allegat, tradit idem *Franch. dec. 42. per totam, Frecc. de subfeud. lib. 2. in 2. auth. in 3. casu, fol. mihi 165.*

D Distingui] Vide distinctionem, quam tradunt *Moder. Addentes in consuet. Neap. fol. 101. lit. B.*

E Aliquid] Nam Monachis minor fatis dos potest dari, quàm si sæculo nupsissent, *Hip. Rimi. conf. 466. num. 22. vbi alios cumulat nol. 4. Vrsill. ad Aff. dec. 136. num. 3.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur sorori, quæ nõ vult nubere, nec Monasterium ingredi.
- 2 Virginitatis, seu castitatis conseruatio non debet esse deterioris conditionis, quàm matrimonium.
- 3 Priuilegia uirginibus, ac uidiuis concessa, intelliguntur, quatenus caste uiuant, & non aliter.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori, quæ non vult nubere, nec Monasterium ingredi.

Q V A E S T I O X I V.

- D** Ecimoquarto quæro, vtrum dos de paragio † debeatur sorori, quæ non vult nubere, nec Monasterium ingredi, sed honestè A viuere in aliqua domo. * Hanc quaestionè extensiuè ponit *Andr. de Iser in d. Constit. In aliquibus, in 7. col. et seq. vers. quid si frater*, vbi post relatas opiniones hinc inde concludit, quòd hæc dos debetur ei, etiam si non nubat, quia talis dos debetur loco legitima, in cuius locum successit, quæ legitima debetur filie, etiam si non nubat, & illa *Const. In aliquibus* dum disposuit, huiusmodi mulieres exclusas à successione debere secundum paragium maritari, respexit frequentiam mulierum, quæ cupiunt vt plurimum maritari, non autem imposuit eis necessitatem maritandi, ve hanc dotem consequantur pro causa finali, sed impulsua tantum, maxime quia non debet esse deterioris conditionis conseruatio virginitatis, † seu castitatis, quàm coniunctio coningalis, vt ibi latius per eum, quem

quem refert, & pluribus auctoritatibus confirmat *Matth. de Aff. ibi in 12. colum. vers. 5. queritur. de quo vide concordantes per Moder. in tract. quod extant. masc. q. 76. & eundem Matth. de Aff. in Constit. Fratribus, in 2. colum. vers. & quid si, & vide Bald. Nouell. in suo tract. de dote, in 1. par. in 3. col. vers. alio modo, ubi videntur aliter sentire, & vide quæ scripsi supra in 2. q. vers. 5. infero, & vide Bald. in l. pactum, quod dotali, in 20. q. C. de coll. intelligo tamen conclusionem prædictam, quatenus prædictæ mulieres viuere volunt honestè domi, ut in ea virgo virginitatem seruet, & vidua castitatem, ad hoc ut dotem de paragio cõsequantur, & ita est de mente *And. de Iser. in Const. Statuimus, in 7. col. secus autem si minus honestè uiuerent, quia priuilegia*
B † cõcessa virginibus, & viduis à pari procedunt, * ut per *Andr. de Iser. in d. Constit. Statuimus, 2. col. in tit. de off. Mag. Iust. lib. 1. & intelliguntur eis concessa, quatenus castè, & honestè viuunt, & non aliter, ut dixit expresse Bal. in l. his solis, in fin. C. de reuod. cum concordantibus, de quibus per Felii. in proam. decret. in pen. col.**

A D D I T I O.

A Domo] Vide *Loffred. conf. 26. num. 15.*
B Procedunt] De hoc dicto vide *Vincen. de Franch. decis. 100. ubi dicit, ita sæpè fuisse iudicatum in Sacro Cõfiliò Neapolitano, num. 1. 2. 3. & 4. & per totam in materia. Mastrillus.*

S Y M M A R I V M.

I Dos de paragio an debeatur filie Baronis, quæ nupsit contrà voluntatem patris.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur sorori, quæ nupsit contrà voluntatem patris.

Q V A E S T I O X V.

D Ecimoquintò quæro, vtrum dos de paragio † debeatur filie Baronis, quæ nupsit contrà voluntatem patris. * In hac quæstione non me extendo, quia etiã ponit *Matth. de Aff. in d. Constit. In aliquibus, in ult. col. vers. sed iuxta prædicta quæro, ubi distin-*

guit, an nupsit viro digno, vel indigno, declarando virum dignum, vel indignum prout declarat *Bart. in l. cum ita. ff. de cond. & demonstr. de quo vide Alex. in l. 1. in 6. col. & sequ. vers. in glos. ibi, l. qui liberos, ff. sol. matrim. & Ias. in auth. sed si post, C. de inoff. testam. & in 5. fuerat, Inst. de actio. & Bald. Nouel. in suo tract. de dote, in 6. par. in 16. speciali priuilegio, in 5. colum. & sequ. & vult *Panorm. in conf. 12. incip. ut clarè, in 1. col. & sequ. in 1. vol.**

A D D I T I O.

A Voluntatem patris] De quæstione vide *Aff. in addit. ad consuet. Neap. fol. 92. lit. D. Soc. iun. conf. 43. nu. 12. lib. 1. Paris. conf. 29. num. 63. vol. 3. Decian. resp. 13. num. 15. & 17. vol. 1. Rui. conf. 131. nu. 5. vol. 4. & bene Corras. in l. qui liberos, n. 110. ff. de rit. nup. & de communi ultra Rui. ubi sup. testatur *Io. Petr. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 6. nu. 17. vers. sed si verum dicere fas est, Couarr. de spons. par. 2. cap. 2. §. 8. num. 5. & 7. Lup. in repet. cap. per uestras, in 2. not. §. Tertium quod habet concurrere, num. 1. & sequ. de donat. inter vir. & uxor. Molin. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 16. nu. 4. & seq. Et quæ considerari debeant, ut cognoscatur, an nupsit indigno, vide omninò *Lup. ubi supra num. 4. & 12. & ibi late à nu. 1. de importantia indignitatis alterius ex cõiugibus. An autem consensus patris sit necessarius in matrimonio contrahendo, dic quòd sic de iure Ciuili, secus de iure Põtificio, Menoch. de arbit. iud. casu 453. num. 7. & seq. & declara secundum ea, quæ tradit *Strac. in addit. Crauet. resp. 1. Et quid si excessit 25. annum, vide Bald. Nouel. per Authorè allegatum, Surd. de alim. ubi sup. nu. 24. Mastrillus.****

S Y M M A R I V M.

I Dos de paragio an debeatur filie Baronis, quæ peccauit in corpus suum.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur filie Baronis, quæ peccauit in corpus suum.

QVAE.

Q V A E S T I O XVI.

D Ecimosexto quæro, nunquid dos de paragio ꝑ debeatur filiz vel forori Baronis, quæ peccauit in corpus suum. * In hac quæstione breuiter me expediã, distinguendo, an peccauerit antè vigesimum quintum annũ, vel post, prout distinguit, & examinat *Math. de Affl. in d. Const. In aliquibus; ut. col. uers. quid autem*, quod tẽpus annorum 25. restrictum est hodie de consuetudine ad tempus annorum 20. prout declarat *Bald. Nouel. in suo tract. de dote, in 6. par. in 16. speciali priuilegio; in 5. col. & sequ. uers. sed quid si*. Quinimò potest hodie etiam restringi ad tempus 18. per *tex. in Const. Ministrum, in tit. de rest. min. lib. 2. super quo relinquo melius cogitandum.*

A D D I T I O.

*A Corpus suum] De hac quæstione vide Napod. in consuetud. In omnibus, in 1. glof. in uers. quid autem de filia, num. 7. & in addit. vide Vinc. de Franch. fol. 92. lit. A. & Affl. ibidem, lit. D. ubi ponit pulchram limitationem; & bene alios referens tradit *Surd. de alim. lit. 7. q. 4. n. 2.**

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur filia Baronis ex iusta causa exheredate.
- 2 Exheredatus an succedat in feudo.
- 3 Alimenta debentur filio exheredato.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur filiz Baronis ex iusta causa exheredate.

Q V A E S T I O XVII.

D Ecimoseptimo quæro, an dos de paragio ꝑ debeatur filiz Baronis ex iusta causa exheredate. * Super hac quæstione nõ multum insisto, sed remitto me ad ea, quæ latius scripsi in tract. meo de concess. feud. in 7. quæst. 4. par. princ. uers. 4. limbo, dum pono, nõquid filius exheredatus succedat in feudo, ꝑ quia sicut exheredatus repellitur à successione feudi, ita filia exheredata

repellitur à petitione dotis de paragio, sicut repellitur à legitima, maxime quia in ea non concurrunt ille duæ regulæ, quas posui supra in 4. q. quia filia exheredata nõ repellitur à successione feudi propter existentiam masculi, sed propter ingratitude, ergo cessante causa repulsionis, cessat dos de paragio, quæ datur ratione exclusionis à successione feudi, ut ibi dixi, nisi forte dicamus, quod quemadmodum filio exheredato per patrem ꝑ debentur alimenta per fratrem, & sic uita, & militia super feudo, ut uoluit *Barth. Capoll. caut. sua 243. incip. si pater*, ergo eodem modo dici poterit, quod dos de paragio debetur forori exheredate à patre suo per fratrem succedentem in feudo, saltem iuxta vires alimentorum, iuxta ea, quæ ponit *Panor. in cap. cum haberet, de eo, qui dux. in matrimonium, quam poll. per adult.*

A D D I T I O.

*A Exheredate] Er quod debeat, uoluit Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 16. col. 3. circa fin. quem refert *Thestur. Pedemon. decis. 192. num. 8. uers. & hæc tanò magis procedunt;**

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur forori inhabili ad successione feudi ex aliqua propria inhabilitate, quam ex prærogatiua sexus, & primogenitura.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur forori inhabili ad successione feudi ex aliqua propria inhabilitate, quam ex prærogatiua sexus, & primogenitura.

Q V A E S T I O XVIII.

D Ecimooctauo quæro, nunquid dos de paragio debeatur forori inhabili ad successione feudi ex aliqua propria inhabilitate, quam ex prærogatiua sexus, & primogenitura. * In hac quæstione etiam non multum insisto, sed remitto me ad ea, quæ late scripsi in d. tract. meo de concess. feud. in 7. q. 4. par.

4. par. principalis, in 5. col. 6. limit. dum loquor de bannitis, foriudicatis, deportatis, & excommunicatis, & fratribus mendicantibus incapacibus, & inhabilibus ad successionem feudi, ut pariformiter mulieres eiusdem conditionis dicantur inhabiles, & incapaces ad petendum dotem de paragio, prout etiam scripsi supra in 13. q. & in 4. preced. maxime quia in talibus personis non concurrunt illę duę regulę, quas posui supra in 4. q.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio pro quibus bonis debetur.
- 2 Consuetudo Regionis attendi debet.
- 3 Ius Francorum in Regno Sicilia procedit in feudi successione ab intestato tantum.
- 4 Capitulum Si aliquem Regis Iacobi fuit ante eum Papę Honorij.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio pro quibus bonis debetur.

Q V A E S T I O XIX.

A D Ecimononò quęro, pro quibus bonis* debetur dos de paragio. † Respondeo, quod *Constit. In aliquibus, in tit. de success. fil. Com. & Bar. lib. 3.* induxit prerogatiuam sexus, & voluit, masculos foeminis preferri debere in successione omnium bonorū patris decedentis, siue fuerit Francus, aut etiam Longobardus, vel miles Burgensis, & sic loquitur illa *Constitutio* vniuersaliter tam in successione Comitum, & Baronum, quam etiam Paganorum, seu Burgensium, ut ibi dicit *tex. & glos. 1. in princ. & Matth. de Affl. ibi in 17. col. vers. 14. quęro,* & propterea mandauit, filios, aut nepotes masculos excludentes sorores, aut neptes ab eorum parentum successione pro modo facultatum suarum, & filiorum superstitum numero debere sorores, aut neptes exclusas secundum paragium maritare, & sic inferitur, quod hæc dos de paragio debetur super omnibus bonis parentū, tam burgensaricis, quam feudalibus, a quorum successione foemina per masculum succedentem reperitur exclusa, quia modus facultatum suarum omnia bona tam burgensatica, quam feudalialia comprehendit. Verum quia ius Francorum, & sic prerogatiua sexus, & primogeniturę in hoc Re-

gno Sicilia vsui receptū fuit, tam per *Cap. huius Regni*, quam etiam ex antiquissima consuetudine. spatio tanti temporis induta, cuius mihi in contrarium memoria hominum non extitit, solum in successione bonorum feudalium, & non burgensaticorum ab intestato, sequitur ergo quod soror, vel neptis velut in bonis feudalibus exclusa per masculum a successione patris, in illis tantum bonis feudalibus, a quorum successione reperitur exclusa dotem de paragio pro modo facultatum ipsius masculi succedentis super ipsis bonis feudalibus tantum consequi debet, & hanc interpretationem ex antiqua consuetudine predicta recipit illa *Const. In aliquibus* in hoc Regno, & ita quotidie seruamus, maxime quia in his consuetudo † debet attendi, ut dicit *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 13. col. in fin. vers. Item in aliquibus Prouincijs, & ibi Matth. de Affl. in 16. col. in 12. q. ibi, sexto consuetudo patria,* de quo latius dicam infra in 31. q. Quod autem ius Francorum † hodie procedat in hoc Regno. Sicilia in successione bonorum feudalium tantum, & ab intestato, satis probat *tex. in Const. Ut de successioneibus, in princ. tam in rubro, quam in nigro, in tit. de success. nob. in feud. lib. 3.* vbi patet, quod ista *Constitutio*, quę loquitur in successione descendentium in feudis, & vult in ea seruari debere ius Francorum solum in feudalibus locum habet, hoc idem melius probat *tex. in cap. Si aliquem, † in tit. de success. feud. quod fuit Regis Iacobi, & ante eum fuit Papę Honorij, ut dixit Andr. de Iser. in cap. 1. in 5. col. vers. hæc essent vera, de natur. success. feud. & Aret. cons. 164. incip. diligenter, in 5. col. & sic patet ex premissis, quod ius Francorum in hoc Regno procedit in bonis feudalibus tantum, & ab intestato, & propterea dixit *Gul. de Pern. in sua rep. cap. Volentes, in 7. colum. vers. sed etiam, quod vbi viuatur iure Francorum,* in feudo, primogenitus possidens feudum respondebit de fructibus feudi fratribus minoribus natu, & sororibus suis, quatenus est dos de paragio sororum, & vita, & militia fratrum, & quod ita se habet generalis consuetudo in Regno, ut ibi per eum, & sic stat vera conclusio ex premissis, quod dos de paragio debetur in hoc Regno pro bonis feudalibus tantum, a quorum successione filia, vel soror Baronis ex prerogatiua sexus reperitur exclusa. Quia talis generalis consuetudo, & antiqua in hoc Regno corrigit legem antiquam, & sic dicitur *Const. In aliquibus* in hoc, ut intelligatur*

gatur habere locum in bonis feudalibus tantum, argumento eorum, quæ voluit glo. in s. sine scripto, in vers. imitantur, Inst. de iur. natur. & sicut prærogativa primogenituræ non habet locum in hoc Regno, nisi in bonis feudalibus tantum, ut in d. Const. Et de successione, in prin. & in d. cap. Si aliquem, ita etiam & prærogativa sexus, ut una determinatio respiciens plura determinabilia, debeat illa æqualiter determinari, iam hoc iure, ubi Doct. de vul. & pup. h. quamvis, C. de impu. maxime quia in utraque prærogativa militat eadem ratio exclusionis à successione feudi, & sicut prærogativa primogenituræ, quæ habet locum in bonis feudalibus tantum non extenditur ad bona allodialia, ut dixit Bald. in l. omnes populi, in 9. col. vers. Item si statutum dicit, ff. de iust. & iur. quæ refert, & sequitur Mart. Laud. in suo tract. de primogenitura, in 7. col. vers. quæro si statuto, vel consuetudine cavetur, ita etiam & prærogativa sexus, attentâ ratione prædicta.

A D D I T I O,

A Bonis] Et an super feudo ex pacto, & providentia, in quo soror non admittitur, vide Minad. in Const. In aliquibus, nu. 46. & 48. in fin. fol. 10. Menoch. conf. 251. num. 62. Et quid in feudo hæreditario, Bursat. cõf. 132. Menoch. conf. 251. num. 61. Et an super feudo refutato, Vincen. de Ann. alleg. 21. Et an debeat super feudo plano, & de tabula, Vinc. de Franch. decis. 7.

Mastrillus,

S Y M M A R I U M,

1. Dos de paragio an debeat tam pro feudo materno, quàm paterno.
2. Dos de paragio semper debetur super eo feudo, à cuius successione reperitur femina exclusa.
3. Onus dandi dotem de paragio est annexum feudo ex natura feudi, & ex dispositione legis.
4. Filia in Regno repellitur à successione feudi materni.
5. Dotare filiam an sit officium paternum, & quando maternum, & quid quando reperitur aliunde dotata.
6. Dotem de paragio ut non consequatur filia super feudo materno, quale sit consilium.
7. Dotis de paragio in quibus quando renunciare possit filia.

A R G V M E N T U M.

Dos de paragio an debeat tam super feudo paterno, quàm materno.

Q U A E S T I O XX.

Vigesimò quæro, nunquid dos de paragio ꝑ debeat tam super feudo paterno, quàm materno.

* Istam quæstionem latè examinat Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 1. col. vers. à parentum successione, & vers. super verbo maritare, dum ponit illâ quæstionem, nunquid filia ita repellatur à successione feudi materni, sicut repellitur à successione feudi paterni, & ibi dicit, quòd de hoc fuit magna altercatio inter Modernos peritos Regni, & adductis aliquibus motiuis pro, & cõtra, tandem concludit, quòd filia ita repellitur per fratrem à successione feudi materni, sicut à successione feudi paterni. Verùm tamen tenetur frater succedens in feudo materno dare paragium sorori, nõ sicut meram dotem, sed tanquàm portionem legitimam de bonis maternis, à quorum successione excluditur, licet dotata fuerit de bonis patris, ut ibi per eum, qui hanc eandem quæstionem latius examinavit ibi in 9. col. in fin. vers. sed nunquid filius, & col. sequ. ubi reperitis motiuis, & opinionibus utriusque partis dicit, hanc partem affirmatiuam probari per generalem consuetudinẽ, & quòd hoc verius est, si hic usus, & consuetudo probatur, quia facti est, & non præsumitur, nisi probetur, de quo vide ibi per Matth. de Aff. in 3. col. vers. 3. quæro, & latius in 14. col. vers. 11. quæro, & in Const. Fratibus, in 6. col. vers. in gl. 2. ibi in verbo sorori, ubi late confirmatur hæc conclusio, Primò ex illa regula, quam posui supra in 4. q. quia ubiunque mulier ꝑ repellitur à successione feudi per masculum superexistentem, in eodem gradu, & succedentem in feudo, illa semper habere debet dotem de paragio super eo feudo, à cuius successione reperitur exclusa, etiam si nihil expressè dictum fuerit, quòd dotetur, ut voluit Pal. in h. fin. in 2. col. vers. sed pone, C. de dot. promissi cum concordantibus, de quibus p. Moder. in tract. quòd extant. masc. q. 69. & dixi sup. in prima quæst. sed hæc filia repellitur à successione feudi materni ex prærogativa sexus, ergò sequitur de necessitate, quòd super

super eo dotem de paragio consequi debet. Cōfirmatur & secundo, quia hoc onus
 3 † dandi dotē de paragio dicitur onus annexum feudo ex natura ipsius feudi absq; eo, quòd in ipsa concessione fuerit expressum, argumento *l. qui tabernas*, & quòd ibi voluit *Bald. ff. de contr. emp.* quo casu afficit ipsum primum acquirentem, & omnes alios ab eo descendentes, & succedentes in feudo, *l. 3. §. hares, ff. commo.* vnde sequitur, quòd licet à primo acquirenti transitum faciat ad fœminam descendente ab illo in defectu masculi concurrentis in eodem gradu, & inde à fœmina transitum faciat ad eius filium masculum, tamen trāsbibit in filiam fœminam, & eius filium cū onere dandi dotem de paragio sororibus ipsius fœminæ, quia hoc onus intelligitur fuisse appositum primo acquirenti tempore concessionis, absque eo, quòd fuerit expressum in concessione, ideò ex persona hæredis huiusmodi conditio obligationis mutari non debet, argumento *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig.* Confirmatur & tertio, quia hæc generalis cōsuetudo satis militat hodiè in hoc Regno, quòd filia † repellatur
 4 ex prærogatiua sexus à successione feudi materni, & per consequens ratione huiusmodi exclusionis consequi debet dotem de paragio super feudo materno: Et modos probandi consuetudinem prædictam ponit *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in 11. col. vers. sed quomodo probabitur.* Confirmatur & quarto, quia licet paternum, & non maternum officium † sit dotare filias ratione patriæ potestatis, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & l. fin. C. de dot. promiss.* vt non teneatur pater iterum dotare filiam, quando reperitur aliundè dotata, vt dixit *Bart. in l. obligamur, in princ. ff. de act. & oblig.* Tamen illud verum est, vbi pater officio Iudicis tenetur dotare filiam, licet reperiatur aliundè dotata, quasi in hoc non attendatur patria potestas, vt voluit *Alex. conf. 7. incip. visis, in 3. col. vers. nō obstat, in 2. vol.* & scripsi supra in 12. q. sed sic est, quòd ad dotem de paragio agitur iure actionis, & conditione ex lege, vt declarat *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 3. & 5. col.* & propterea frater, & nepos tenentur maritare, & dotare sororem, & amitam, nō habita ratione officij Iudicis, aut patriæ potestatis, sed iure actionis, ergò sequitur, quòd ita erit maternum officium dotare filiā super feudo, in quo mater successit ratione oneris annexi feudo, & ex natura iuris agēdi, sicut est officium paternum dotare filiā, seu sororem super

feudo paterno: Confirmatur & quinto ex eo, quòd voluit *Paul. de Cast. in l. i. in fin. C. de legitim. her.* dum voluit, quòd stante statuto, quòd extant. masc. fœmina non succedat, ita demum excludetur filia à successione matris, si fuerit ab illa dotata, quia intelligitur exclusa de hæreditate dotantis, ergò requiritur, quòd filia dotetur de bonis maternis, ad hoc vt ab eius successione repellatur, de quo vide cōcordantes per *Moder. in tract. quòd extant. masc. q. 54.* & hoc tantò magis procederet, quādo tale statutū generaliter excluderet fœminas extant. masc. à successione ascendentium, vt habetur in *d. tract. quòd extant. masc. q. 90. sed Const. In aliquibus* generaliter loquitur, excludendo fœminas à partem successione, stante prærogatiua sexus, ergò, & c. Istam quæstionem sic confirmatā intelligo procedere non solum in feudo materno, quòd originem habuit à masculo primo acquirenti, & inde in subsidium deficiēte masculo in eodem gradu peruenit ad fœminam, sed etiam in feudo, quòd originem habuit à fœmina, & per eam fuit acquisitum, vt sicut in vtroque feudo materno superexistente masculo in eodē gradu fœmina excluditur à successione feudi, vt declarat *Franc. Cur. in tractat. suo de feudis, in 3. par. sub tit. qual. fœmin. succed. in feud. in 2. col. vers. 2. singulariter limita:* ita etiam in vtroque feudo materno fœmina taliter exclusa ratione huiusmodi exclusionis consequi, & habere debet dotem de paragio, per prædicta: Vltimò ad hoc vt soror, vel filia non possit petere dotem de paragio super feudo materno, consilium † est, quòd tēpore promissionis dotis promittatur sibi certa quantitas pro dote de paragio sibi competente pro feudo paterno, & alia certa quantitas pro dote sibi cōpetente pro feudo materno, iuxta ea, quæ habentur in *l. fin. maximè per Bald. per illum tex. C. de dot. promiss.* & quòd talis dos promittatur tam à patre, quàm à matre, si vterq; viuit, & vterq; dinersum feudū possideat, aliàs huiusmodi declaratio fiat ab altero eorum superstitē, vel à fratre dotante; nec non fiant renunciaciones † cum iuramento speciali omnium iurium sibi competentium ratione dotis de paragio, tam super feudo paterno, quàm materno, iuxta ea, quæ habentur in *cap. Quamuis, de part. lib. 6. de quo vide latius per Matth. de Aff. in d. Const. In aliquibus, in 15. col. vers. an autem.*

A D D I T I O.

A Materno] De hac quæstione vide *Pern. conf. 1. 2. num. 49. vers. venio nunc ad secundum, Ioan. Franc. de Apont. conf. 74. num. 6. cum sequ. & conf. 50. num. 3. vol. 1. Vinc. de Francb. decis. 73. num. 6. in prima par.*

Mastrillus.

S V M M A R I Y M.

- 1 *Dos de paragio an debeat tam pro feudo nouo, quàm antiquo.*
- 2 *Primus acquisite feudi quando possit mutare formam.*
- 3 *Dos de paragio eatenus debetur, quatenus fuerit à primo acquisite dispositum.*
- 4 *Cap. Si aliquem Regni locum habet etiam in feudo nouo.*

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeat tam pro feudo nouo, quàm antiquo.

Q V A E S T I O XXI.

Vigesimoprimum quæro, Vtrum dos de paragio † debeat tam pro feudo nouo, quàm antiquo, † distinguo, quòd si primus acquisite feudi noui decessit testatus, & tunc quia potest de feudo nouo disponere, † prout vult, & mutare formam † concessionis, & illa non apprehendit primum acquisite feudum, prout latius scripsi in *tract. meo de concess. feud. in 1. q. 3. par. princ.* eatenus debetur dos de paragio † forori, quatenus fuerit à primo acquisite dispositum, si verò primus acquisite decessit intestatus, & tunc quia ab intestato succedit ius Francorum tam in feudo nouo, quàm antiquo, per *tex. in cap. Si aliquem, † et in cap. Constitutionem, de success. feud.* prout latius scripsi in *d. tract. meo de concess. feud. q. 11. & quest. sequ. 4. par. princip.* sequitur, quòd stante exclusione filiarum, vel sororis à successionem feudi noui per masculinum concurrentem ex prerogatiua sexus, iuxta regulas, quas posui supra in 4. *quest.* debet hæc filia, vel soror Baronis decedentis ab intestato cõsequi, & habere dotem de paragio super huiusmodi feudo nouo: nam quemadmodum de iure feudorum huius Regni, & sic de iure Siculorum soror succedit fra-

tri in feudo, non superexistente masculino in eodem gradu, vt dixit *tex. in dicto cap. Si aliquem*, quod ita declarat *Bernard. de Medico in suo compendio success. feud. in tit. successio collateralium, in princ.* dum dixit, quòd in successionem collateralium primò frater, & in eius defectum soror Baronis ei succedit, sed *d. cap. Si aliquem* locum habet etiam in feudo nouo, per *tex. in d. cap. constitutionem*, ergò sequitur, quòd eodem modo soror exclusa per fratrem succedentem fratri in feudo nouo ratione huiusmodi exclusionis petere poterit dotem de paragio, maxime quia in hoc masculinum cõcipit femininum in subsidium eo modo, quò cessante prerogatiua sexus illud concipere potest, & sic appellationem fratris venit & soror in successionem feudi noui, & in eius defectum, iuxta ea, quæ habentur per *Iaso. post alios in l. tres fratres, ff. de partit.*, & per consequens sequitur, quòd stante fratre appellationem fratris venit etiam soror exclusa à successionem feudi noui ad petendam dotem de paragio, de quo etiã vide *Matth. de Aff. in Const. Fratribus, in 1. col. vers. secundo quæro*; & sic ex præmissis inferri potest, quòd dos de paragio debeat etiam in successionem transferralium, non solum in feudo antiquo, sed etiam in nouo, de quo latius dicam infra q. 23.

A D D I T I O.

A Antiquo] De hac quæstione *Minad. in Const. In aliquibus, num. 48. fol. 11. Octau. Corseti. præstantissimus Iurisconsultus*, & inter nostrates sui temporis haud secùsus Aduocatus, & integerrimus Consiliarius super rit. huius Regni, *lib. 2. quest. 1. vers. & multi sunt casus, fol. 6.*

B Formam] Vide *Cannet. in cap. Volentes, vers. quibus explicitis, f. 79. cum multis sequ. Bero. quest. 45. num. 2. Io. Thom. Marinus in commentarijs feudorum, lib. 1. tit. 3. de feudo ex pacto, & prouidentia nouo num. 16. Nat. conf. 475. num. 12. et 14. Menoch. conf. 504. num. 3. vol. 6.* Et quid si feudum est cū clausula iuris Francorum, vide nouissimè *D. Fran. Milane. in decis. M. R. C. huius Regni Siciliae 8. num. 23. cum multis sequ. & ibi per totam, vbi multa in materia, lib. 1.*

Mastrillus.

S V M M A R I Y M.

- 1 *Dos de paragio an, & quando debeat de feudo franco, seu ad francum allodium concessa.*

D

2 Feud-

- 2 Feudum francum non obligat vasallum, nisi ad contenta in iuramento fidelitatis.
- 3 Seruitium militare est onus feudi reale.
- 4 Dos de paragio est onus feudi personale.
- 5 Clericus succedit in feudo franco, & libero.
- 6 Clerico, vel monaco debetur vita, & militia.
- 7 Clericus, vel monachus est capax alimentorum.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an, & quando debeat de feudo frāco, seu ad francum allodium concessio.

Q V A E S T I O XXII.

- V**igesimo secundo quæro, utrum dos de paragio debeat pro feudo franco, & libero, seu ad francū allodiū concessio, † Licet istam quæstionem non reperiam in specie tractatam ab aliquo, in ea tamen assumā partem negatiuam, quod nō, pro qua primo adduco dictum Bal. in cap. 1. in ult. col. de Cap. qui Cur. vend. dum dixit, quod feudum † francum non obligat vasallum ad aliquid, præterquam ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis, * ad quæ tenetur vasallus, etiam si iuramentum fidelitatis fuerit expressè remissum, quem refert, & sequitur Aret. conf. 14. incip. viso, & diligenter considerato, in 1. col. vers. præterea.
- 3 Secundo adduco, quia seruitium † militare est onus * feudi reale, ut dixit Andr. de Isern. in cap. 1. in 2. col. vers. sed an sit realis obligatio, quæ fuit prima caus. benefic. amitt. & dos de paragio † est onus feudi personale, prout scripsi supra in 3. q. sed sic est, quod pro feudo franco, & libero non tenetur feudatarius præstare seruitium militare, & sic onus reale, ut dixit Andr. de Isern. in cap. 1. in ult. colum. quibus ex causis feud. amitt. & Alex. conf. 30. in ult. col. in 1. vol. ergo nec tenebitur præstare dotem de paragio, & sic onus personale. Tertio adduco decisionem Oldrad. conf. 234. incip. factum tale est, in 2. col. dum dixit, quod ille, qui habet feudum francum, & liberum non tenetur ad aliqua seruitia, nisi ad ea, quæ sunt expressa in concessione, quia feudum francum intelligitur omni libertate liberum, & ab omni seruitute absolutum,

ut ibi per eū, de quo vide quæ latius scripsi in d. tract. meo de concess. feud. in 5. q. 2. par. princ. ideò pro nunc relinquo cogitandum. In contrarium facit ratio exclusionis fratris secundogeniti à portione successionis feudi de iure communi feudorum, ad quæ admittebatur, per ea, quæ scripsi in alio tract. meo de vita, & militia, in 1. quest. vers. propter quod autem. Item in contrarium facit, quia sicut primogenitus, & clericus, † aut monachus succedit in feudo franco, & libero, ut voluit Bal. in cap. Item liberorum, in 4. col. de fid. instrum. cum concordatibus, de quibus per D. Franc. Curt. in suo tract. de feud. in 3. par. sub tit. an clericus succedat in feudo, in prima col. vers. quanto, ita & secundogenitus clericus, aut monachus ratione exclusionis, quia secundogenitus, † non quia clericus, aut monachus admitti poterit ad petendum vitam, & militiam. Item licet clericus, aut monachus sit incapax successionis, non tamen est incapax alimentorum, † ut per Bart. in l. seruos, ff. de alim. & cib. leg. maxime quando sine culpa sua privatur successione, cap. 1. §. fin. ubi per Aluar. in ult. not. Episc. vel Abb.

A D D I T I O.

- A Fidelitatis] Vide Menoch. conf. 65. num. 33. lib. 1. & conf. 504. num. 14. vol. 6.
- B Seruitium militare] Cannet. in cap. Si aliquem fol. 254. vers. in tex. ibi.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeat tam pro feudo proveniente ex linea, & successione transfuersalium, quam ex linea, & successione ascendentiū.
- 2 Dos de paragio quare fuerit introducta.
- 3 Naturales filij quare sunt incapaces feudorum.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeat tam pro feudo proveniente ex linea, & successione transfuersalium, quam ex linea, & successione ascendentiū.

QVAE.

QVAESTIO XXIII.

Vigesimotertiò quæro, nūquid dos de paragio ⁊ debeat tam pro feudo proueniente ex linea, & successione transuersalium, quæ ex linea, & successione ascendentium.

A* Hanc quæstionem aliàs vidi contingentem de factio tam in dote de paragio, quæ in vita, & militia, in qua videtur primo loco dicendum, quod non, per *tex. in Constit. Comitibus*, dū expressè dicitur, quod profaciendo fratre milite non minus, quàm pro sororibus maritandis occasione eorū, quæ à communi patre frater maior habere dignoscitur, sequitur quod tenetur tantum vbi agitur de successione patris in feudo, & non alicuius ex transuersalibus. Secundo adducitur *tex. in l. fratris, & l. fratres, C. de inoff. testam.* vbi in successione transuersalium non debetur aliqua portio debita fratri, vel sorori, ergo nec debetur dos de paragio, nec vita, & militia in successione transuersalium, quæ subrogata fuit in locum portionis prædictæ, sicut fratri, vel sorori ex testamento fratris aliqua portio legitimæ non debetur, quia subrogatum sapit naturam subrogantis, *l. si stipulatus, ff. de usufr. l. 1. §. bellissimè, ff. vt leg. no. cau. & declarat Bart. in l. 1. §. hæc alio, ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer.* Tertio adducitur ratio *glos. in d. Constit. Comitibus*, vbi sicut per legitimam sobolem excluduntur naturales, & non dicuntur habere alimenta, & dotem iuxta vires alimentorum, vt voluit *Panor. in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult.* Ità igitur dicendum videtur respectu dotis de paragio, ac vitæ, & militiæ: Nihilominus in contrarium adducitur ratio generalis introductiua dotis de paragio, & vitæ, & militiæ, quæ fuit exclusio successione feudi propter ius Francorum, vt dixit *tex. in d. Constit. In aliquibus, & in d. Constit. Comitibus*, vbi declarat *Andr. de Iser. in 4. colum. vers. mos autem, & ius Francorum ita militat, si tractatur de successione collateralium, per tex. in d. cap. Si aliquem, & cap. Constitutionem*, sicut si tractatur de successione ascendentium, per *tex. in d. Constit. Vt de successioneibus*, quia si ratio legis est generalis, & tota lex erit generalis, *l. regula, ff. de iur. & fact. ign. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. maxime quia ius Francorum ita locum habet in successione transuersalium, sicut in successione ascendentium, prout late scripsi in *d. tract. meo de concess. feud. in 1. 2. 4. par.* Secundo adducitur, quia ratio*

exclusionis filiorum naturalium à successione bonorum inducta per *glos. in d. Constit. Comitibus*, ita militat, quando superest legitima soboles, sicut & quando non est, sed sunt fratres, vel alij collaterales defuncti, quia naturales ⁊ sunt etiam incapaces, nisi respectu alimentorum tantum, vel dotis de paragio, prout superius dixi, ergo eodem modo dicendum erit in casu nostro. Tertio adducitur, quia aut nos loquimur in feudo nouo, & sicut de iure Siculorum in eo frater, & eius defectu soror succedere potest ab intestato, ergo eodem modo si soror ex prærogatiua sexus fuerit exclusa, poterit admitti ad petendum dotem de paragio. Et sic debetur sibi dos ratione exclusionis à successione collateralium in feudo, prout latius dixi supra in 21. q. Aut verò loquimur in feudo antiquo, & tunc licet in eo succedatur ultimo morienti ratione proximitatis, vt dicit *tex. in d. cap. Si aliquem, & in cap. 1. de natur. success. in feud. vt declarat Socin. in repet. l. si cognatis, in pen. col. ver. septima conclusio, ff. de reb. dub.* non tamen succeditur in bonis ultimi morientis, sed in bonis primi acquiritoris, vti restitutioni subiectis, vel ex forma primæ concessionis, vel ex eius dispositione: Vnde cum feudum sit antiquum, & proueniat à communi patre per lineam descendente, licet ultimus moriens sit collateralis respectu succedentis in feudo, qui propter prærogatiua sexus, vel primogenituræ excludat fratres, vel sorores à successione feudi, tamen respectu communis parentis, & primi acquiritoris feudi dicitur de descendente per directam lineam ab illo, vnde cum ista ratio exclusionis militet etiam in casu successione huiusmodi exclusionis debet frater, & soror succedentis in feudo consequi, & habere vitam, & militiam, & dotem de paragio, iuxta regulam, quam posui supra in 4. q. de quo vide aliquid per *Moder. in rep. dicti cap. Si aliquem, in 21. q.* vbi aliter videtur sentire, & vide *D. Matth. de Affili. in Constit. Comitibus, in 6. col. in 5. not. vers. sed & hoc, vbi determinat, quod sic, vt ibi per eum:*

A D D I T I O.

A Ascendentium] De hac quæstione vide *Cannet. in cap. Si aliquem, vers. At pulchra, & nodosa questio, num. 16. & per totum, fol. 326. & in vers. & subsequenter, fol. 304. & ibidem Ioseph Cum. in verb. maritata, q. 20. num. 431. Vincen. de Franch. in decis. 73. &*

in decis. 87. vbi loquitur secundum consuetudinem Neapolitanam, *Capyc. decis. 211*, quæ est vltima, *Minado*, qui loquitur in terminis vitæ, & militiæ in *cons. 1. per tot. Mastrillus*.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio an debeatur pro feudo, quod tēpore mortis patris reperitur alienatum.
- 2 Ius luendi est quodam ius incorporale.
- 3 Fructus non percipitur ex iure luendi.
- 4 Dos de paragio an debeatur super iure luendi.
- 5 Dos de paragio taxatur respectu reddituum, non attento valore corporis feudi.
- 6 Priuilegiatus, deducto nē egeat qualiter taxabit deductionem.
- 7 Dos de paragio quando taxatur, an debeat deduci prius pretium, quo fuit recuperatum feudum alienatum.
- 8 Dos de paragio an, & quando censeatur loco legitima.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio an debeatur pro feudo, quod tempore mortis patris reperitur alienatum.

Q V A E S T I O XXIV.

- V**igesimoquarto quæro, an dos de paragio ꝑ debeatur pro feudo, quod tempore mortis patris reperitur alienatum. * Iſtam quæſtionem non reperio formaliter tactam ab aliquo: ideo procedā in ea, prout mihi melius dicendum occurrit, ſalua meliori conſideratione, ſuper qua diſtinguo, quòd aut hoc feudum tempore, quo agitur ad dotē de paragio durat adhuc alienatum. Aut reperitur fuiſſe recuperatum. Primo caſu dico, quòd cū à Barone defuncto in filium ſuccedentem non peruenit dictum feudum, nec aliquod ius pro eo, niſi tantum ius luēdi, vel iure proprio, vel ex pacto de retrouendendo, & hoc ius luēdi ꝑ ſit quodam ius incorporale, ſicut & cætera iura, vt *Inſtit. de rebus corp. & incorp. in prin.* & ex eo iure non renaſcatur, nec percipiatur aliquis fructus, ꝑ ſicut ex corpore feudi, certē ſuper eo iure luēdi non debetur dos de paragio, ꝑ nec pro eo faciēda eſt aliqua conſideratio in

- 5 taxatione dotis, quia dos de paragio ꝑ taxatur attenda quātitate reddituum prouenientium ex feudo, & non attenda quātitate valoris corporis ipſius feudi, & itā exiſtimat, & conſiderat *And. de Iſer. in d. Conſt. In aliquibus, in 1. col. verſ. & ſi verum eſt*, ſicut in ſimili dicimus in alimētis debitis alicui ſuper aliquo fundo, quæ taxantur habita conſideratione reddituum ipſius fundi, & non habita ratione valoris ipſius corporis fundi, vt dixit *Bar. in l. Imperator, in ſin. ff. ad Treb. & Angel. in l. qui bonis, ff. de ceſſ. bono. cum concordantibus*, de quibus per *Alex. conſ. 3. in vlt. col. in ſin. in 4. vol.* ſicut etiam dicimus in eo, ꝑ qui conueniri debet, deducto nē egeat, vt ex patrimonio ſuo deducere poſſit alimenta, attenda quātitate reddituum, & non attento valore patrimonij, vt declarant *Doct. in §. ſin. Inſtit. de act.* Sed ex hoc iure luēdi trāſfuſo à Barone defuncto in eius filium ſuccedentem non recipiuntur aliqui redditus, nec aliqui fructus renaſcuntur, ergò ſequitur, quòd in eo non poteſt haberi aliqua conſideratio, nec ex eo fieri aliqua taxatio pro dotē de paragio, quia talis taxatio præſupponit redditus, ſeu fructus in eſſe deductos, ex quibus fiat, ergò ceſſantibus illis, ceſſat taxatio faciēda, quia nō entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* & ſi dicatur, quòd itā militat ratio excluſionis femine ex prærogatiua ſexus in iure luēdi ſuper feudo, ſicut militat in toto feudo, iuxta regulam, quam poſui ſup. in 4. q. arguēdo de toto ad partem, *l. qua de tota, ff. de rei vend.* & per conſequens itā præſtari debet dos de paragio ſuper iure luēdi, ſicut ſuper toto feudo: Reſpondeo, quòd licet militet eadem ratio excluſionis à iure luēdi, ſicut à toto feudo, non tamen militat eadem ratio præſtandi dotem de paragio ſuper vtroque, quia ſuper feudo præſtatur habita ratione quātitatis reddituum, ſeu fructuum, qui percipiuntur in feudo, vt ſuperius dixi, quæ tamen ratio ceſſat in iure luēdi, à quo nulli redditus percipiuntur, nec fructus renaſcuntur. Et ex hoc infero, quòd ſi tota res feudalis caſmate periret, itā quòd ex ea nulli fructus perciperentur, non deberetur dos de paragio ſuper huiusmodi re feudali, quia deficeret ſubiectum entis ipſorum reddituum, ſuper quo deberet fundari qualitas æſtimationis eorum ad eliciēdam ex his dotem de paragio, argumento *d. l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* Secundo verò caſu principali, quando tempore, quo agitur

tur reperitur feudum recuperatum, & tunc dico, quod aut tale feudum fuerat alienatum pro onere ipsius feudi: Aut non; Si pro onere feudi, & tunc dico, quod prius deberet deduci ꝑ pretium * feudi solutum
 7
 B emptori per fratrem, quo mediante tale feudum fuit recuperatum, quod deduco ex eo, quod voluit Bald. in l. 1. in 3. colum. vers. 2. q. C. de bon. mater. vbi concludit, quod magna expensa facta per maritum pro recuperatione fundi dotalis, ex quo nullos fructus percepit, minuit dotem, & deduci debet de corpore dotis, ergo eodem modo magna impensa facta per fratrem, succedentem in feudo pro pretio recuperationis feudi, ex quo ante eius recuperationem nullos fructus percepit, minuit ipsum feudum, & deduci debet de toto corpore feudi, & idem voluit Bald. in auth. excipitur, vers. quare pater, C. de bon. lib. qua deductione facta de residuo, quod supererit ex feudo, habita computatione, reddituum ipsius feudi, debetur dos de paragio. Si vero tale feudum fuerat alienatum, non pro onere ipsius feudi, & tunc dico, quod aut hic filius recuperavit tale feudum iure proprio, vt quia forte concessio feudi erat ex pacto, & prouidentia, & velut hæres discretus confecto inuentario reuocauit huiusmodi alienationem feudi, non soluto pretio, & tunc puto, quod debeatur dos de paragio super toto feudo, absque aliqua deductione pretij, nisi tantum pro magna expensa, quam forte filius fecisset in iudicio pro recuperatione feudi, ex quo nullos fructus perceperat, vt dicit Bald. in d. l. 1. in 3. col. vers. 2. q. C. de bon. mater. aut recuperavit feudum iure hæreditario, quia forte concessio fecerat feudum hæreditarium, & habuerit necesse approbare factum defuncti alienantis, ex cuius persona lucrum cõsequabatur, non obstante, quod fecerit inuentarium, sed illud recuperavit ex pacto de retrouendendo soluto pretio, & expensis, & tunc puto, quod ista pecunia, vtpotè soluta ab extrã de bonis hæredis recuperãtis deduci debet de corpore feudi, & de residuo taxari debet dos de paragio, prout in alio casu superius dixi per ea, quæ voluit Bald. in d. l. 1. in 3. col. vers. 2. questio, C. de bon. mater. Quia si potuit Baro defunctus disponere de toto feudo, & illud alienare pro onere nõ annexo ipsi feudo, & grauare hæredem, vt teneatur approbare factum suum, ergo eodem modo potuit etiam præiudicare filię, & diminuere sibi ius dotis de paragio super ipso feudo, ar-

gumento dicta l. qua de tota, ff. de rei vend. iuncta auth. multo magis, C. de Sacros. Eccl. Non obstat si fortè dicatur, quod dos de paragio debetur loco legitime, ꝑ vt scripsi supra in 2. q. sed legitima debetur attendente quantitate bonorum patris existẽtium tempore mortis, non autem superuenientium post eius mortem, l. cum quaritur, C. de inoff. testam. l. si patronum, s. fin. ff. de bon. lib. Ergo eodem modo hæc dos de paragio succedens loco legitime debetur attendente quantitate reddituum feudi existẽtium tempore mortis Baronis defuncti, & per consequens nõ debet solui super feudo alienato, quod ex indè post mortem patris fuit recuperatum, & idè inferri ibi las. in d. l. cum quaritur, & in auth. nouissima ibi posita in 1. col. & sequen. quod si bona patris augeantur post eius mortem, super his non debet solui legitima filijs, vt ibi per eum, quia respondeo, quod predicta iura procedunt, nisi bona superuenientia, vel quæ sita post mortem patris traxerint originem à iure quæsito, & in esse deducto in vita patris, quia tunc talia bona ratione originis intelliguntur de patrimonio patris defuncti, & per consequens deduci debent in legitimam filiorum, perindè ac si reperta fuissent in patrimonio patris tempore mortis eius, tex. est, quem ita summat. & intelligit Alex. ibi in l. serui, qui, ff. ad leg. falc. vbi serui, qui tempore mortis patris erant apud hostes, si postea reuertantur post mortem patris ratione originis, quia erant in domo patris in eius vita, augent hæreditatem patris, perindè ac si tempore mortis patris fuisset in eius patrimonio, & per consequens veniunt in legitimam filiorum computandi, vt ibi per eum: Ergo eodem modo dicendum erit in feudo alienato per patrem, & per eius filium recuperato post mortem patris, tunc quia habuit originem ex iure luendi quæsito, & in esse deducto, tam in vita, quam tempore mortis ipsius patris, quo iure mediante fuit recuperatum, & sine quo iure non potuisset recuperari, vt perindè sit, ac si tempore mortis patris repertum fuisset in eius patrimonio, & per consequens deduci debet in computatione dotis de paragio: est benè verum, quod si huiusmodi recuperatio feudi facta fuisset ex interuallo post mortem patris: Itã quod interim à die patris mortis, vsque ad diem
 C recuperationis feudi creuerint * fortè redditus ipsius feudi, quod computatio dotis de paragio facienda esset attendente quantitate reddituum, qui crescebant tempore

mortis patris, & non attenda quantitate reddituum, qui creuerunt post mortem patris, vsque ad tempus recuperationis feudi, quia illi redditus aucti post mortem patris creuerunt filio, & non ipsi filia ad computandum dotem de paragio, per ea, quæ dixit *Las. in d. l. cum queritur, in 1. col. & in d. anth. nouissima, in 1. col. & sequens.* Nec videtur ob stare *tex. in d. l. si patronum, §. si ff. de ban. lib. dum* ponit exemplum de bonis quaesitis post mortem liberti, quæ tamen habuerunt originem in vita ipsius liberti, & nihilominus augent legitimam patronorum, ergo eodem modo videtur dicendum in proposito, quia dici potest, aliud est in legitima patroni, & aliud in legitima filij, quia non est ita fauorabilis, nec ita debita de iure gentium, & ciuili legitima, quæ debetur patrono in bonis liberti, sicut est legitima, quæ debetur filio in bonis patris, quæ est debitum bonorum subsidium, *si totas, C. de inoff. do.* & est secundum votum parentum, *l. nam et si parentibus, in prin. ff. de inoff. testam.* Nec in ea pater filiam fraudare velle præsumitur, vt dixit *Bart. in l. hereditatem, ff. de bon. auctor. iud. pos. nisi* forte alium inuenirent, quam Augustinum, vt dicit *glo. in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & cler.* Ideo non mirum si legitima filij veluti magis fauorabilis extenditur ad bona quaesita post mortem patris, quæ habuerint originem, vel in vita, vel tempore mortis patris, licet ad ea bona legitima patroni non extendatur.

A D D I T I O.

- A *Alicuatum*] De quaestione vide *Vincen. de Franch. decis. 61. Aff. decis. 382. & nouissimè D. Io. Franc. de Apont. in conf. 79. vol. 1. & latè in materia Marc. Ant. Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 19. cum mult. sequ.*
- B *Pretium*] Vide ad hoc quod consuluit *Dec. in conf. 238. col. ult. Grat. conf. 160. in fin. vol. 2. Marzari. in epito. de fideicom. in 6. quest. Decian. resp. 13. n. 18. vol. 2. & alios refert, & sequitur Peregr. sup. alleg. artic. 10. num. 2.*
- C *Crueriat*] *Cannet. in cap. Si aliquem, f. 316. vers. & cum prefati, vbi meminit Authoris nostri, & vide quæ dicam infra quest. sequit. D.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio quo tempore debeat filij Baronis post mortem patris à fratre primogenito.
- 2 Legitima debetur filijs statim tempore mortis, absque onere, vel grauamine.
- 3 Dos de paragio debetur filia etiam si non velit nubere, & transmittitur ad heredes.
- 4 Dos de paragio non præstatur filia, nisi postquam peruenit ad nubilem ætatem, & interim habeat alimenta à fratre Barone.
- 5 Nubilis ætas in femina, et in masculo qualis hodie dicatur.
- 6 Filia in vita patris nullum ius habet in legitima, & quid in dote de paragio.
- 7 Prærogatiua sexus quando locum habeat.
- 8 Determinatio vna respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.
- 9 Constit. In aliquibus est odiosa.
- 10 Frater, & nepos tenentur conditione ex lege dotare sorores, & amitas exclusas à successione feudi.
- 11 Pater quo tempore teneatur dotare filiam, & in quibus bonis.
- 12 Legitimam potest pater, si voluerit, in vita sua assignare.
- 13 Dotis supplementum filia post mortem patris petere non potest, si in vita fuit contenta cum iuramento dote data.
- 14 Dos de paragio cum taxatur, quantitas reddituum considerari debet tempore mortis patris.
- 15 Dos de paragio an augeatur, si redditus post mortem patris accrescens.

A R G V M E N T V M.

Dos de paragio quo tempore debeat filia Baronis post mortem patris à fratre primogenito.

Q V A E S T I O XXV.

Vigesimoquinto quæro principaliter, quo tempore debeat dos de paragio. † Ista quaestio continet in se plura capita, ideo diuidam eam in duo membra principalia: Primo igitur, & principali membro videndum erit, quo tempore debeat dos de paragio filia Baronis post mortem patris à fratre suo primogenito, & succedentem

dentem in feudo, & tunc subdistinguen-
 dum est, an hæc filia Baronis reperitur
 nubilis ætatis, an non. Primo casu si repe-
 ritur nubilis ætatis tempore mortis patris
 Baronis, statim, & incontinenti absque ali-
 qua mora, vel dilatione consequi, & ha-
 bere debet dotem de paragio, ita conclu-
 dit *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero,*
in pen. col. vbi scripti concord. ff. de cond. &
demonstr. Cyn. in l. sancimus, in 2. col. C. de
nupt. quos refert Alex. cons. 55. in cap. viso
inulo quest. in ult. col. vers. supradicta for-
tificatur, in 2. vol. cū concord. de quibus
 per *Moder. in tract. quod extant. masc. q. 72.*
 & ratio est manifesta, quia dos de paragio
 2 succedit loco legitimæ, vt dixi supra in
 2. q. Vnde sicut legitima ꝛ iure naturæ de-
 bita, debetur purè statim tempore mortis,
l. cum queritur, & in aurb. nouissima, &
utrobique per Iaso. in 1. col. & sequent. post
 alios ibi per eum relatos C. de inoff. test.
 & absque aliqua dilatione, vel conditio-
 ne, aut grauamine, l. quoniam in prioribus
 C. de inoff. testam. Ita etiam & dos de para-
 gio, & propterea debetur filia, etiam an-
 tequam nubat, vt dixit *Bart. in d. §. Titio*
genero, in ult. col. & etiam si non velit nu-
 3 bere, sed viuere honestè domi, ꝛ vt dixi
 supra in 14. q. & ideò talem dotem: vtputà
 purè debitam, filia transmittit ad suos
 hæredes, vt dixit *Alex. loco præalleg. in ult.*
col. de quo latius dicam infra in q. 39. Si
 verò hæc filia Baronis non reperitur nu-
 bilis ætatis tempore mortis patris sui, &
 tunc licet hæc dos de paragio statim de-
 beat, & statim taxari possit, non tamen
 præstatur à fratre succedente in feudo; vs-
 que quo peruenerit ad nubile ætatē, ꝛ ita
 4 sentit *Bart. in d. l. Titio centum, §. Titio gene-*
ro, in pen. col. & seq. & hoc magis expresse
declarat text. in d. Constit. In aliquibus, in
factum dicit, cum ad nubilem ætatem per-
uenit curabimus secundum paragium
maritare, quasi tunc debeat ei dos præsta-
 ri, etiam si non maritetur, maxime si forte
 velit vel honestè viuere domi, vel interim
 facere aliquas expensas necessarias, & alia
 præparamenta ad se maritandum, ante-
 quam nubat, vt dixit *Bart. in d. §. Titio ge-*
nero, in ult. col. & interim vsq; quo peruē-
 rit ad nubilem ætatem, & dotem de para-
 gio consequatur, debet à fratre Barone
 5 consequi alimenta, * vt est text. elegans
 per quem ita notat ibi *Bald. in l. qui filium,*
in princ. ff. ubi pupill. educ. deb. sicut potest
 consequi fructus dotis interim non solu-
 6 tz, vt voluit *Alex. cons. 69. incip. super pri-*
mo dubio, in prima col. vers. super 2. in 1. col.

5 & cons. 7. in 2. col. ver. ex predictis, in 2. vol.
 C & licet nubilis ꝛ ætas * fœminæ de iure,
 communi sit annorum 12. & masculi sit
 annorum 14. vt *Instit. de nupt. in princ. cum*
 simil. vt eo tempore fœmina nubere, & per
 consequens dotem de paragio consequi
 possit, tamè in fœmina, & in masculino suc-
 cedente in feudo, & habente Badium, &
 existente sub eius gubernatione, nubilis
 ætas respectu vitæ administrationis Ba-
 liatus facti in Barone succedente in feudo
 respectu administrationis ipsius feudi, &
 in eius sorore respectu dotis de paragio
 extenditur vsque ad 15. annum, & ita pro-
 priè loquitur *text. in d. Constit. In aliquibus,*
 dum facit mentionem de 15. anno, & ita
 illum intelligit *Andr. de Iscrn. in Constit.*
Minorum iura, in prima col. & sequ. versic.
quindecim annorum, in tit. de restit. min. lib.
2. & Matth. de Afflict. in d. Constit. In aliqui-
bus, in 28. col. in 3. not. vers. nota q. men. In
 secundo verò membro principali viden-
 dum est, quo tempore debeat dos de pa-
 6 ragio filia Baronis in vita sui patris, super
 quo dico, quòd quemadmodum filia ꝛ in
 vita patris nullum ius habet petendi legiti-
 mam, vt voluit *Bart. in l. si. ff. de lib. agn.*
 cum concordantibus, de quibus per *Iaso.*
in rep. auth. nouissima, in 2. col. vers. & per
notabile supra collectum, C. de inoff. testam.
 cum hæc dos de paragio succedat loco legi-
 timæ, prout dixi supra in 2. q. sequitur
 ergò, quòd filia Baronis nullum ius habet
 petendi dotem de paragio super feudo
 durante tempore vitæ patris sui, nisi vsque
 ad eius mortem: Confirmatur hoc primò,
 quia dos de paragio debetur ratione ex-
 clusionis fœminæ à successione feudi, pro-
 ut scripsi supra in 4. q. in princ. quæ exclu-
 sio nascitur ex prærogatiua sexus, vt in d.
 7 *Constit. In aliquibus,* sed prærogatiua ꝛ se-
 xus habet locum tempore mortis eius, de
 cuius successione agitur in feudo, & non
 antè, prout latius scripsi in tract. meo de
 concess. feud. in 10. q. 4. partis principalis,
 ergò sequitur, quòd eodem tempore
 8 mortis, & successione feudi debetur dos
 de paragio, & non in vita patris, vt na-
 determinatio ꝛ mortis respiciens plura
 determinabilia, scilicet successione feudi,
 & dotis de paragio, habeat illa æqualiter
 eodem tempore determinare, argu-
 mento *l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. de*
 eius, quod voluit *Bart. in l. si legatarius, §.*
cum iud. ff. de leg. 3. & qualitas iuncta ver-
bo regulatur secundum tempus verbi, l. in
delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. Confir-
 matur, vt video, quia dos de paragio in-
 tre-

troducta fuit ex dispositione d. *Constitut.*
 In aliquibus, contra dispositionem iuris
 communis, l. *maximum vitium*, C. de liber.
 preter. & per hoc d. *Constitutio* † vtputa
 9 disponens contra ius commune dicitur
 odiosa, vt ibi dicit *Andr. de Isern. sed dicta*
Constitut. In aliquibus tantum disponit,
 fratres, & nepotes debere sorores, & ami-
 ras suas secundum paragium maritare
 post mortem patris, cui succeditur in feu-
 do, nec aliquid dixit de patre viuento, vt
 ipse etiam teneatur viuens in re actionis
 filie suae dare dotem de paragio super feu-
 do, ergo nec nos dicere debemus, quia si
 voluisset, expressisset, ergo noluit, argu-
 mento l. i. §. *si autem ad deficientis*, C. de
 caduc. toll. de quo vide quae ponit *Matth.*
 de *Afflict.* in *Constit. Fratribus*, in 3. col. vers.
 10 *quid in patre*, maxime quia frater, & ne-
 pos tenentur conditione ex lege, & sic iu-
 re actionis dotare sorores, & amitas ex-
 clusas a successione feudi, vt declarat *An-*
dreas de Isern. in d. Constit. In aliquibus, in
 11 3. & 5. col. pater † vero viuens non tene-
 tur dotare filiam iure actionis, quia non
 reperitur nominatus in d. *Constr.* In aliqui-
 bus, ergo, & cetera. & si dicatur, nonne tene-
 tur pater officio Iudicis dotare filiam,
 l. *qui liberos*, ff. de rit. nupt. et l. *fin.* C. de dot.
 promiss. attenda dignitate, ac numero li-
 berorum, l. *cum post*, §. *gencr.* et l. *quero*, ff. de
 iure dot. et l. *si filia*, et ibi *Bart. ff. de legat. 3.*
 ita quod in effectu filia dotem consequi
 potest a patre viuento, attenda quantitate
 reddituum non solum bonorum burgen-
 ticorum, sed etiam feudalium, & sic do-
 tem de paragio super feudo; Respondeo,
 quod licet pater officio Iudicis possit do-
 tare filiam, tamen non nisi post 25. annum
 filiae cogi potest, vt dixit *Salyc. in l. qui li-*
beros, quem refert, & sequitur *Alex. in l. 1.*
in 6. col. vers. in gloss. ibi, l. *qui liberos*, ff. *sol-*
matrim. et las. post Paul. de Cast. in auth. sed
si potest, in princ. C. de inoff. testam. quonia
 forte filia nupsisset indigno, vel inaequali
 viro, vel peccasset in corpus suum ante
 25. prout scripsi supra in 1 5. q. et q. seq. se-
 cus autem si pari, & condigno viro nupsis-
 set, vt voluit *Andr. de Isern. in d. Constit.* In
 aliquibus, in ult. col. vers. circa materiam
 istius Constitutionis, vel aliter dici potest,
 praedicta procedere posse in bonis allo-
 dialibus ipsius patris, non autem in bonis
 feudalibus, in quibus aliter dispositum
 fuit specialiter ex dispositione legis, & ex
 prouidentia concedentis; Etsi forte dica-
 tur, nonne quotidie videmus, Barones
 maritare, & dotare filias suas ante 25. an-

num, & nihilominus talem dotem impu-
 tant sibi in legitimam pro dote de para-
 gio debita filiae post mortem patris super
 feudo ad exonerandum possessorem in
 feudo, quominus eidem filiae aliam dotem
 de paragio dare teneatur, iuxta ea, quae
 scripsi supra in 2. q. vers. 4. infero, & dicam
 infra in 29. q. vers. 4. considerari debet, quia
 dos de paragio imputatur in legitimam,
 l. *quoniam nouella*, C. de inoffic. testam. ergo
 eodem modo poterit filia Baronis petere
 dotem de paragio a patre in vita sua su-
 per feudo, vt nubat pari, & illam sibi im-
 12 putet in legitimam pro dote de paragio.
 Respondeo, quemadmodum pater, † qui
 non tenetur assignare legitimam filio in
 vita sua, si tamen eam voluntarie voluerit
 assignare, potest, vt declarat *Iaso.* post
 alios in l. *cum quaritur*, in 1. col. vers. 10. li-
 mita, et in *auth. nouissima*, in 3. col. vers. li-
 mita hoc notabile, C. de inoffic. testam. ergo
 eodem modo pater Baro, qui non tene-
 tur dare dotem de paragio filiae in vita
 sua, si tamen voluntarie voluerit eam ma-
 ritare, & dotare, potest, nec non & eadem
 dotem filiae in legitimam debitam tem-
 pore mortis imputare, d. l. *quoniam nouel-*
la: quia praue nit pater voluntarie adim-
 plendo ad id, quod in vita sua compelli
 non poterat, & id, quod positum erat in
 mera liberalitate patris dotantis in vita
 sua, non debet poni in necessitate, vt eam
 dotem de paragio inuitus ante diem praes-
 tate compellatur, & sic non mirum si Ba-
 rohes hodie voluntarie maritant, & do-
 tant filias suas, & imputant sibi dotem in
 legitimam, & tamen ad eam praestandam
 ante diem inuiti non compelluntur, & in
 tantum est hoc verum, quod si pater Baro
 maritauerit, & dotauerit filias suas, & vni
 dederit mille in dotem, alteri sexcentum,
 & alteri quatuorcentum, non possunt co-
 quari contra patrem illae filiae, quae mi-
 norem summam habuerunt, quasi eas vo-
 luntarie dotauerit, & dotatio patris satis
 conueniens esse dicatur, vt supplementum
 dotis super feudo veluti supplementum
 legitimae, non nisi post mortem patris pe-
 tere possit, vt dixit *Matth. de Afflict.* post
 alios ibi per eum relatos in d. *Constit.* In
 aliquibus, in ult. col. vers. an autem, & latius
 in *Constit. Fratribus*, in 3. col. in 4. not. versic.
quid de quaest. quae quotidie occurrit, in tit. de
frat. oblig. part. feud. lib. 3. & illud, quod di-
 citur, quod dos debetur arbitrio Iudicis
 attenda facultate, dignitate, & numero li-
 berorum, intelligitur de dote incerta, &
 promissa per patrem in bonis allodiali-
 bus

bus, & ita loquitur *text. in d. l. cum post. §. genero*, & in dote præstanda post mortem patris super bonis feudalibus, & ita loquitur *text. & ibi Bart. in d. l. si filia, & text. in d. Const. In aliquibus*, & propterea pater dotans filiam hodie consuevit facere pactum iuramento firmatum cum filia, ut ea dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, iuxta *text. in cap. quamvis*, & ea, quæ ibi dicuntur per *Doff. de pact. lib. 6.* & declarat *Ias. in d. auth. nouissima, in 3. col. vers. & ultra eos*, ut supplementum dotis post mortem patris petere non possit. Ex præmissa conclusione sic declarata infero, quod in taxanda dote de paragio considerari debet quantitas reddituum feudi existentium tempore mortis patris, à cuius successione filia repellitur, non autem quantitas reddituum existentium in vita patris, nec post eius mortem, siue dicti redditus antè mortem, vel post mortem patris creuerint, siue decreuerint, ita in individuo decidit *Iaso. post alios ibi per eum relatos in d. l. cum queritur, in 1. col. vers. 20. limita, & in auth. nouissima, in 3. col. vers. limita*, C. de inoff. testam. de quo dicam intrà in 28. q. in fin. Secundo infero, quod si redditus feudi augeantur post mortem patris, antequam filia peteret dotem de paragio à fratre suo, tales redditus accrescunt fratri succedenti in feudo, & non augent dotes de paragio, quia debet attendi quantitas reddituum existentium tempore mortis, & non reddituum crescentium post mortem patris, ut per plura concludit idem *Ias. in d. l. cum queritur, in princ. & latius in d. auth. nouissima, in 1. col. & seq. vers. & propterea*, ut ibi per eum, maxime quia illud, quod ex post facto potest afferre damnum, & utilitatem, sicut aliquo casu afferendo damnum non dicitur damnosum, sed afferendo lucrum non dicitur lucrosum, l. de fideicommissis, & ibi declarat *Alexan. C. de transact. l. si pater puella*, & ibi per *Doff. C. de inoff. testam.* nisi forte redditus supercrecentes traherent originem à iure feudi, quod vigeat tempore mortis patris, prout scripsi supra in præced. q.

ADDITIO.

A Tempore.] *Loffred. conf. 26. num. 51. versic. & propterea dixit, Franc. de Aret. vbi multa. Decian. resp. 6. num. 30. vol. 1. Minad. in Const. In aliquibus, vers. 7. nota. fol. 142.*

B Alimentà.] Vide *Imol. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. fin. num. 11. de condit. & demonstr. Bald. in l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. deb. Surd. de alimen. tit. 1. q. 26.* vbi infinitos refert, & multa tradit in materia, & qualiter taxentur hæc alimenta, (dic quod non minus quinque prn singulis ceterum, ex his, quæ tradit, & alios refert *Bursat. conf. 132. nu. 5.* Sed quid si aliunde habeat, vide *Soc. sen. conf. 57. num. 32. vol. 4. Menoch. conf. 8. in 2. dub. vol. 1.*

C Nubilis ætas.] Vide *Natt. in rep. cap. quamvis, col. 4. vers. tertio quæro, de pact. in 6.* & quid si pater legat dotem de paragio filie, an possit peti antequam sit nubilis ætatis, dic quod sic ex *Bald. in l. sancimus, num. 1. C. de nupt. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 7.* vbi distinguit de condit. & demonstr. & in materia vide *Anna allegat. 70. Cannet, in cap. volentes, fol. 95. num. 25.* & quod sit annorum 12. *Anna vbi supra num 23.*

D Augeatur.] Vide *Luc. de Pen. in l. in his, col. fin. C. de præd. & omn. re. nau. Menoc. in cõf. 8. & 3. num. 17. & de arbitr. iud. cap. 149.* vbi plura, *Cannet. cap. si aliquem, fol. 316. Cauale. de vsu fr. mul. nu. 95. circa fin. Surd. qui alios refert conf. 216. n. 11. Cauale. dec. 8. n. 16. in 3. parte, Decian. resp. 54. num. 24. uol. 1. & resp. 17. num. 9. uol. 2. Afflict. decis. 382. & ibi Vrsill.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Dos de paragio si est petita, & non data, an, & quando debeantur fructus interim percepti.
- 2 Dos de paragio debetur in pecunia, & pro ea fit executio discussis bonis allodialibus.
- 3 Pecunia numerata non parit pecuniam, neq; ex ea renascunt fructus.
- 4 Fructus in actione stricti iuris non veniunt, nisi à tempore litis contestata.
- 5 Feudo qui quid accrescit post mortem patris, accrescit filio succedenti in feudo.
- 6 Fructus non veniunt, nisi post moram debitoris.
- 7 Dos est quid uniuersale, sicut hæreditas.
- 8 Legitima fructus debentur sicut legitima.
- 9 Dos non potest solui super fructibus.
- 10 Fructus dotis debentur, etiam si frater obtulerit partem dotis.

AR.

ARGUMENTVM.

Dos de paragio si est petita, & non data, an, & quando debeantur fructus interim percepti.

QVÆSTIO XXVI.

Vigesimosextò quæro, quid si filia Baronis per plures annos post mortem patris petijt dotem de paragio à fratre succedente in feudo, an etiã possit petere fructus * dotis perceptos à fratre tempore mortis patris vsquè ad diem petitionis dotis prædictæ. † Iſtam quæſtionem non reperio formatam ab aliquo, ideò in ea procedam, arguendo ad partes, vt per contraria trãſiens ferro viam veritatis aperiam, vt dixit Bald. in l. precibus, C. de impub. & videtur primò dicendum pro parte negatiua, quòd non veniunt fructus interim percepti à tempore mortis patris, quia dos de paragio † debetur in pecunia, * & eius executio fit in pecunia, & diſcuſſis bonis allodialibus ſeruata forma l. à Diuo Pio, §. in uenditione, ff. de re iud. ultimo loco in ſubſidium deuenitur ad feudum, vt dixit Andr. de Iſer. in d. Conſt. In aliquibus, in 6. col. uerſuerius eſt, & in Conſtit. Si quis poſt litem, per text. in l. commodis, ff. de re iudic.

3 sed pecunia † numerata non parit pecuniam, nec ex ea renaſcuntur fructus, l. rogati, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. Ergò ſequitur, quòd ex dote de paragio debita in pecunia, & petita ex interuallo poſt mortem patris non poſſunt peti fructus interim à fratre percepti: Secundò arguitur ſic, dos de paragio debetur conditione ex lege, videlicet ex illa Conſtit. In aliquibus, vt dicit Andr. de Iſer. in 3. col. ſicut & legitima, vt dicit Bart. in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam. ſed conditio ex lege eſt actio in perſonam, §. appellamus, Inſtit. de action. nunc ſic in actione † ſtricti iuris nõ veniunt fructus, niſi à tempore mortis litis conteſtata, l. videamus, §. in bona fidei, ff. de uſufruct. ergo, & c. Tertio arguitur ſic, quidquid accreſcit feudo † poſt mortem patris, accreſcit filio ſuccedenti in feudo, in tantum quòd illa non veniunt in computatione legitimæ, nec dotis de paragio, vt voluit Iaſo. in l. cum queritur, in prima col. & in auth. nouiſſima, in 1. & 2. col. C. de inoff. teſtam. & ſcripti ſupra in præcedenti q. Ergo ſequitur, quòd fructus percepti per

fratrem poſt mortem patris ex feudo accreſcunt fratri, & non veniunt in petitione dotis de paragio, nec cum ea peti poſſunt; Quarto arguitur ſic, ſtante ſtatuto quòd extantibus maſculis filia dotata non ſuccedat, nunquam frater dicitur in mora dotandi ſororem, niſi ab eà fuerit interpellatus, vt voluit Campeg. in ſuo traſſ. de dote in 78. q. quinta partis principalis, & ponunt Moder. in traſſ. quod ext. maſc. q. 74. sed fructus non veniunt niſi poſt moram debitoris, etiam in iudicijs bonæ fidei, l. mora, §. in bona fidei, ff. de uſufr. ergò non veniunt ſimul cum petitione dotis, niſi frater fuerit interpellatus.

In contrarium pro parte affirmatiua, quòd imò in petitione dotis de paragio veniant fructus interim percepti à tempore mortis patris. Adduco primò, quia dos † eſt quid vniuerſale, ſicut hæreditas, vt declarat Bar. in rubr. ff. ſol. matrim. in ult. col. ſed in vniuerſalibus veniunt fructus ex natura rei, & ipſo iure augent ipſam rem vniuerſalem, l. item veniunt, §. fructus, de pet. hered. & in dote eſt text. expreſſus, què ita declarat ibi Bart. in l. ſi maritus, ff. ſolut. mat. ergò fructus dotis de paragio veniunt ex natura dotis, tanquam rei vniuerſalis, & ipſo iure augent ipſam dotem. Secundò adduco text. in l. videamus, la 2. §. ſi. ff. de uſur. vbi in legato dotis veniunt fructus interim percepti ante nuptias, & augent ipſam dotem, ergò eodem modo dicendū fuit in propoſito: Tertio adduco, quia ſicut filio debetur legitima, ita & fructus legitimæ, † l. Papinianus, §. unde ſi quis, ff. de inoff. teſtam. notat gloſſ. & Doctores in d. auth. nouiſſima, ſed dos de paragio ſuccedit loco legitimæ, vt ſcripti latiùs ſupra in 2. q. ergò ſicut debetur filiæ dos de paragio, ita & fructus percepti per fratrem à tempore mortis patris, quia ſi illi non deberentur, ſequeretur, quòd poſſit frater ſuper illis ſoluere dotem, ſed legitima † non poteſt ſolui ſuper fructibus, vt declarat Bart. in d. §. unde ſi quis, ergò nec dos de paragio, & per conſequens dicendum erit, poſſe peti fructus interim perceptos à tempore mortis patris, & illos venire ſimul in petitione dotis de paragio, & hæc partem affirmatiuam in indiuiduo tenet, & ſequitur Alex. conſ. 69. incip. ſuper primo dubio, in 1. col. uerſ. ſuper 2. in 1. uol. & conſ. 7. incip. uifis, & diligenter animaduertiſis, in 2. col. in ſi. & ſequ. uerſic. ex prædictis, in 2. uol. Quam conſuſionem affirmatiuam amplio tribus modis. Primò, * vt non ſolum procedat in petitione teſtam. & c.

tius dotis, sed etiam in petitione supplementi dotis, vt sicut supplementum dotis, ita & supplementum fructuum ipsius dotis supplementi peti possit, ita etiam consuluit *Alex. in d. conf. 69. in 1. vol.* Secundò amplio, vt non solum procedat in fructibus perceptis per fratrem, & extantibus, sed etiam in fructibus bona fide consumptis, vt illos etiam frater vnà cum dote prestare teneatur, seu earum estimatione, sicut de fructibus legitime bona fide perceptis, & consumptis, ita decidit *Bald. in l. non est ambiguum. C. fam. ercis. quem sequitur Alex. in d. conf. 69. & in disto conf. 7.* Tertiò amplio, vt procedat etiam si frater

107 obtulerit, verbo partem dotis, quia non excusatur, quominus teneatur prestare omnes fructus totius dotis, vt dixit idem *Alex. in d. conf. 7. in 3. col. vers. nec obstat, quòd distus Sempronius, in 2. vol.* Et stantibus his fundamentis non obstant adducta in contrarium pro parte negatiua, & primò non obstat id, quod dicitur, quòd dos de paragio debetur in pecunia, & pecunia non parit pecuniam, & sic non veniunt fructus dotis, quia respondeo, quòd fructus dotis veniunt tanquam interesse pro concurrenti quantitate fructuum perceptorù ex feudo pro summa dotis de paragio, & sic bene peti possunt, vt per *glos. in l. omni modo, C. de act. empt. & glos. in l. i. C. de sum. Trin. & fide cath. & glos. in l. Iulianus, s. ex vendito, & ibi Paul. de Castr. ff. de act. empt. & ita voluit Imol. in l. insulam, s. usuras, in fin. ff. sol. matr. quem refert, & sequitur *Alex. in d. conf. 69. in 2. col. vers. accedit, & vers. sequen. & in d. conf. 7. in pen. colum. vers. & illud sine dubio: Secundò non obstat id, quod dicitur, quòd in actione dotis de paragio tanquam in actione stricti iuris non veniunt fructus nisi à tempore motæ litis contestatæ; quia respondeo, quòd cum dos dicatur quid vniuersale, & in ea veniant fructus ex natura rei, & augetur dotem ipso iure, vt superius dixi post *Bart. in rubr. ff. solut. matr. in ult. col. & in d. l. si marito, s. fin. eo modo mora contrahitur re ipsa, absque alia interpellatione, l. Titia Scia, s. usuras, ff. de leg. 2. per quem tex. ita dixit *Alex. in d. conf. 7. in pen. col. vers. & quòd eo tempore: Tertiò non obstat id, quod accrescit feudo post mortem patris accrescit filio succedenti in feudo, & non auget dotem de paragio, quia respondeo, quòd illud procedere potest in accessionibus, quæ accrescunt feudo per alluionem, vel ex industria successoris in feudo, quæ non suberant, nec erant in esse dedu-****

cta tempore mortis patris, nos autem loquimur in fructibus portionis dotis de paragio, quæ iam erant in esse deducta, & quantum ius filie tempore mortis patris, & trahit originem secum à tempore mortis patris, vt scripsi supra in 24. q. de iure luendi super feudo. Quartò non obstat id, quod dicitur, quòd stante statuto, quòd extan. masc. filia dotata non succedat, nõ dicitur frater in mora dandi dotem de paragio, nisi fuerit interpellatus, quia illud intelligitur, ad hoc vt soror propter moram fratris non prestantis dotem admittatur simul cum fratre ad successionem bonorum patris, non autem intelligitur quoad fructus dotis perceptos à fratre, quia ipso iure auxerunt dotem, & traxerunt originem à die mortis patris, & in quibus contrahitur mora re ipsa absque aliqua interpellatione, per ea, quæ superius dicta sunt.

A D D I T I O.

A Fructus] Intellige hanc quæstionem, quòd veniant fructus ea effecta nubilis ætatis, quia illo tempore tantum potest cogi pater ad dotandum de paragio, nõ ante per *Const. In aliquibus, ibi, 15. annum excohit, & supra quæst. proxima: Antè nubilem ætatem tamen debet alimentari, ita in terminis in dote debita ex statuto notat *Alcia. de presump. in 1. reg. presump. 8. in fin. & aduerte, quòd pro dictis alimentis non fit deductio ex dote, ita *Bertran. conf. 247. in fin. in 2. vol. & an si fuerit alimentata à matre, possit mater ipsa repetere dicta alimenta à Barone, dic quòd non, *Bero. q. 11. incip. venit in quæstionem.****

Et quòd debeantur fructus in hac dote, per quam filia excluditur à successione, latè vide *Soc. in subscriptione, quam tecit ad consil. Rui. 26. num. 33. & seq. in 3. Anna alleg. 70. & ibi Additio, Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 69. Menoch conf. 251. num. 54. & an fructus dotis sint priuilegiati sicut dos, *Camerar. in cap. Imperialem, lit. E. de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 17. Cannet. ubi sup. fol. 91. vers. At non erit.**

B Pecunia] Vide *Cavalca. decis. 8. nn. 13. 32. & 35. in 3. par. vbi multos cumulat.*

C Primò amplio] *Tiraquell. in l. si vnquam, in vers. suscepit liberos, num. 97. Ruin. conf. 55. num. 20. lib. 1. & conf. 26. num. 22. lib. 3. Capr. conf. 6. num. 8. & 13. per tot.*

Mastrillus.

Sy M-

S V M M A R I V M.

- 1 Dote pro taxanda qua considerari debeant.

A R G V M E N T V M.

Dote pro taxanda qua considerari debeant.

Q V A E S T I O XXVII.

Vigesimoseptimò principaliter quaero, quæ considerari debeant in taxanda dote † de paragio. * Et reperio, quòd *tex. in dicta Const. In aliquibus dicit. Primò considerari debere modum facultatis dotantis, ibi dum dicit pro modo facultatum suarum, ad idem est tex. in l. cum post, §. gener, & in l. quaero, ff. de iur. dot. & in l. si filia, vbi Bar. ff. de leg. 3. per quæ iura ita dixit Andr. de Isern. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, & in pen. col. in fin. vers. attenditur ergò, et in Const. Quæ plurimum, in 2. col. vers. æquum est, de adiut. exig. lib. 3. de quo latius dicam infra in seq. q. Secundò considerari debet numerus liberorum superstitum, de quo latius dicam infra in 29. q. Tertiò considerari debet paritas in viro, & vxore, de qua latius dicam infra in 30. q. Quartò considerari debet consuetudo Regionis, de qua etiam dicam infra in 31. q.*

A D D I T I O.

A Paragio] De hac quaestione vide *Bec. conf. 112. num. 6. Bursat. conf. 223. nu. 14. et conf. 132. num. 18. Decia. respon. 17. vol. 2. Menoch. de arbit. iud. cas. 149. per totum, & in num. 35. vbi plures refert, Simon. de Prat. conf. 106. num. 14. Cauale. decis. 5. num. 97. vers. Nam dos congrua, vbi infinitos more suo cumulat in 3. par. Ios. Cum. in cap. Si aliquem, in ver. maritata, num. 120. & 131. Mastrillus.*

S V M M A R I V M.

- 1 Facultates qualiter considerari debeant in taxanda dote de paragio.
2 Modus facultatum consideratur quoad bona feudalia, non autem allodialia dotantis.
3 Constit. In aliquibus loquitur in feudalibus, non in allodialibus.
4 Paragium datur in feudalibus.
5 Fructus feudi considerantur in taxanda

dote de paragio, non autem valor ipsius corporis, ut in alimentis.

- 6 Dos de paragio taxatur, deducto ære alieno.
7 Onus vitæ, & militia, & dotis de paragio debita alijs fratribus, & sororibus, dicitur æs alienum.
8 Onus seruitij militari an dicatur æs alienum, & deducatur.
9 Dos de paragio non augetur, neque minuitur, si redditus feudi post mortem eius, à cuius successione excluditur, creuerint, uel diminuti fuerint.

A R G V M E N T V M.

Facultates qualiter considerari debeant in taxanda dote de paragio.

Q V A E S T I O XXVIII.

Vigesimooctauò, & successiuè quaero, qualiter considerari debeat modus facultatum † dotantis in taxanda dote de paragio. * Respondeo, quòd licet *tex. in dicta Const. In aliquibus, ibi, pro modo facultatum suarum, & tex. in l. quaero, ibi, modus ex facultatibus statuendus, & in l. cum post, §. gener, ibi, pro modo facultatum, ff. de iure dot. & in l. si filia, ibi, ex facultatibus, ff. de leg. 3. simpliciter dicant, dictam dotem dandã pro modo facultatum dotantis, tamen ille modus facultatis multipliciter considerari debet. Primò igitur considerari debet modus facultatum † dotantis quoad eius bona feudalia tantum, à quorum successione fœmina ex prærogatiua sexus reperitur exclusa, non autem quoad bona allodialia dotantis, quia licet *d. Constit. In aliquibus* ita loquatur in bonis burgensaticis, sicut etiã in feudalibus, quia tamen ius Francorum, & sic prærogatiua sexus, & primogenituræ non fuit vlti receptum in hoc Regno Siciliae per *Capitulum Regni*, nisi in bonis feudalibus tantum, à quorum tantum, & non burgensaticorum successione fœmina reperitur exclusa, sequitur quòd eorum bonorum feudalium tantum modus facultatum in taxanda dote de paragio considerari debet, quia limitata causa limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acqu. re. dom. cum concordantibus, de quibus per Feli. in cap. cum ordinem, in 3. col. vers. limitata causa, de rescriptis. Et propterea dixit Andr. de Isern. in dicta**

dissa Const. In aliquibus, in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, quod secundum
4 vnam dispositionem paragium † dotis de bonis feudalibus dari debet inspecta facultate, scilicet bonorum ipsius feudi, vt ibi per eum, & ita in hoc Regno seruamus: * de quo articulo latius scripsi supra
19. q. Secundò considerari debet modus facultatum, * habito respectu ad quantitatem reddituum, † seu fructuum feudi, non autem habito respectu ad valorem corporis ipsius feudi, quod deduco ex eo, quod voluit *Barto. in l. Imperator, in fin. ff. ad Trebell. & Angel. in l. qui bonis, in fi. ff. qui bo. ced. pos. & Bal. in l. voluntatis, vers. quero numquid de legato C. de fideicom. & idem dixit Ang. ad literam in l. 1. C. de lega. & Salyc. in l. 2. C. de alimen. pup. prest. & Bar. in l. si cum dotem, §. sin autem in sanissimo ff. sol. matr. dum loquitur de alimentis præstandis vxori per maritum secundum quantitatem reddituum dotis, vt ibi per eum, idem voluit *Io. de Plat. in l. 2. in 3. not. C. de præd. lib. 1. vnde alimenta præstanda alicui taxari debent habito respectu reddituum patrimonij, & non habito respectu ad valorem ipsius patrimonij, nec pro illis præstandis proprietates ipsorum bonorum vendi debet, vt ibi per eos, quos refert, & sequitur Alex. cons. incip. super processu causæ, in ult. col. in fin. in 4. vol. de quo etiam vide *Matth. de Afflic. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. vers. septimo quero.* Confirmatur hoc etiam ex eo, quod voluit *Aluar. & alij in c. 1. §. fin. in ult. not. in tit. Episc. vel Abb. vbi quando quis priuatur feudo, vel eius commoditate sine culpa sua, potest sibi retinere tantam quantitatem fructuum, seu reddituum ipsius feudi, quæ ascendant ad eius alimenta, ex quibus viuere, & alimentari possit, vt ibi per eos, ita in proposito sicut in taxandis alimentis attenditur modus facultatum, habita ratione reddituum, & non ipsius patrimonij, ita etiam in taxanda dote de paragio, & vita, & militia, quæ succedit loco alimentorum, de qua latius scripsi supra in 24. q. dum feci mentionem de iure luendi super feudo; Tertio considerari debet
6 modus facultatum † dotantis, deducto
D prius ære alieno * annexo pro onere ipsius feudi, & sic deduci debent alia onera
7 vitæ, & militiæ, † ac dotis de paragio debitorum alijs fratribus, & sororibus super ipso feudo, tanquam æs alienum, ita declarat formaliter *Bal. in l. Papinianus, §. vnde si quis, ad fi. ff. de inoff. test. cum concord. de quibus per Mod. in tracta. quod ex-****

*san. masc. q. 3. quod intelligo, ad hoc vt computetur in numero liberorum, & faciant alijs partem **, sicut acceperunt partem suam, prout dicam infra in sequen. q. vers. 4. alia verò onera ipsius feudi pro dote Baronis constituenda, vel restituenda, uel similibus, illa simpliciter deduci debent tanquam æs alienum, quibus deductis inde fit computatio quantitatis dotis de paragio, prout dicam infra in 32. q. quia dos de paragio succedit loco legitimæ, vt scripsi supra in 2. q. quæ debetur deducto prius ære alieno, *l. Papinianus, §. quarta, et ibi per Do. ff. de inoff. test.* onus † tamen seruitij militaris non deducitur, quia illud debetur tanquam tributum ex forma, & pacto priuilegij ab initio concessions, vt scripsi in alio tract. meo de concess. seu. in 2. q. 8. par. maxime quia propter hoc remanent duæ partes reddituum feudi pro feudatario, prout scribam infra in 32. q. in fi. & ita seruatur. Quarto considerari debet modus facultatum, attenda quantitate reddituum
F feudi tempore mortis * eius, à cuius successione filia reperitur exclusa, vnde si quantitas reddituum feudi creuit, vel decreuit † tam in vita, quàm post mortem Baronis, in totum crescit, & decreuit fratri succedenti in feudo, & non auget, neque minuit dotem de paragio, prout latius scripsi supra in 25. q. vers. ex præmissa conclusione.

A D D I T I O.

A Paragio.] De hac quæstione qualiter considerari debeat modus facultatum in taxanda dote de paragio, vide *Io. Vincent. de Anna, alleg. 70. Gram. decis. 101. Cumi. in cap. si aliquem, in ver. maritata, nu. 122. & 335. cnm seq.*

B Seruamus.] Sed an habens dotem de paragio super feudalibus, habeat legitimam super allodialibus? dic quod sic, iuxta notata per Authorem nostrum hic, & supra in quæst. 19. nisi forrè fuerit taxata attentis facultatibus tam feudalibus, quàm allodialibus, prout generaliter fit in Regno Neapolitano, vt testatur *Affl. in rub. Const. In aliquibus*, qui dicit, hoc ibi tenere *glo. Andre. & omnes Docto. Regnicolas*, & ita vidisse pluries in Sacro Consilio determinatum.

C Facultatum.] Ad hæc vide *Ad dentes ad consuet. Neap. fol. 94.*

D Aere alieno.] Vide *Surd. cons. 216. nu. 12. vbi late alios cumulat, volum. 2.*

E Partem.] Adde *Peregrin. in tract. de fideicom.*

comm. art. 38. fol. 350. Capyc. in decis. ult. & dicam infra in q. sequen.

F *Mortis*] Quod tempus mortis attendatur, post multos, quos refert, testatur de magis communi opinione *Bursat. conf. 223. nu. 20. cum seq. Ceph. conf. 142. nu. 20. & conf. 405. in fin. Roland. conf. 85. num. 14. in 1. uol. 10. Fran. de Apont. conf. 79. num. 40. Simon de Prat. conf. 138. nu. 114. & per totum, ubi in materia, sed quid si fuerit dotata in vita patris, putarem, quòd tempus dotationis deberet attendi, vt in terminis tradit *Surd. in conf. 216. supra allegat. num. 5. & de communi testatur Menoch. conf. 433. num. 3. & infiniti alij relati per Caualc. in dec. 32. num. 16. in 3. par. ubi etiam allegat Doct. pro contraria opinione. Sed quid in morte ciuili, an eius tempus attendatur, *Boss. in tit. de hon. publi. num. 6. Rol. conf. 97. num. 39. cum seq. vol. 2. Nat. conf. 382. n. 6. Ceph. conf. 395. num. 32.***

Mastrillus,

S V M M A R I V M.

- 1 *Liberorum numerus qualiter attendi debet in taxatione dotis de paragio.*
- 2 *Paragium est tertia tertię portionis, quam filia esset habitura, si non excluderetur.*
- 3 *Lex noua recipit interpretationem à lege antiqua.*
- 4 *Magna Curia stilus circa taxationem dotis de paragio, non habito respectu ad numerum liberorum refertur.*
- 5 *Numerus liberorum superstuum tempore mortis patris attenditur.*
- 6 *Filij premortui non augent, nec faciunt partem.*
- 7 *Filij incapaces ad successionem, puta exheredati, & similes non faciunt partem.*
- 8 *Monasterium ingressa filia non facit partem.*
- 9 *Filij, et filia, quę habuerunt partem suam, faciunt alijs partem.*

A R G V M E N T V M.

Liberorum numerus qualiter attendi debeat in taxatione dotis de paragio.

Q V A E S T I O XXIX.

A **V** Igesimononò, & successiuè quęro, qualiter attendi debeat numerus liberorum * in taxanda dote de paragio. † Respondeo

multis modis attendi debere. Primò considerari debet numerus liberorum, iuxta dispositionem *auth. nouissima, C. de inoff. testam.* vt si sunt quatuor filij, aut pauciores dos de paragio sit tertia tertię portionis, quam filia esset habitura, si successisset vnà cum alijs fratribus, vel sororibus ab intestato: Si verò sint plures numero, tunc erit dos de paragio semis, seu dimidia eius portionis, quam esset habitura, si ab intestato succederet, & hoc satis probatur ex mente *Andr. de Ifern. in d. Const. In aliquibus, in ult. colum. vers. ultra verò,* dum dixit, quòd frater non dabit sorori pro dote de paragio ultra portionē, quantum scilicet est, si succederet soror pro medietate, vel tertia, considerato numero liberorum, qui hoc idem sentit ibi in *pen. col. vers. nos dicimus,* dum dicit, in danda dote de paragio non debere attendi quantitatem valoris portionis tertię, vel dimidię, sed illam quantitatem, pro qua pari nubere potest, hoc idem, & magis expressè sentit idem *Andr. ibi in 12. col. in fin. & seq. vers. & sic verum est,* dum dixit, quòd hoc paragium † est tertia portionis tertię, quam filia esset habitura, si non excluderetur. Quia si pater eam priuaret successione, nihilominus tantūdem haberet pro legitima, & ibi allegat *tex. in d. l. cum quaeritur, & in d. auth. nouissima, C. de inoff. test.* & sic eius dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat, vt dixit *Bart. in l. non solum, §. si liberationis verba, ff. de lib. leg.* Confirmatur hoc ex alio, quia dos de paragio succedit loco legitime, vt dixi supra in 2. q. Sed legitima debetur attento numero liberorum, vt superius dixi distinguendo, prout distinguit *tex. in d. auth. nouissima,* maxime quia lex † noua, & sic *d. Const. In aliquibus* superueniens post legem antiquam recipit interpretationem à lege antiqua, vt secundum eam intelligatur, vt declarant *glos. & Doct. in l. sciendum, in principio, ff. qui satisd. cogar.* tamen in *M. C. †* huius Regni seruari consuetum est, vt dos de paragio taxetur ad tertiam tertię portionis prædictę, non facta aliqua distinctione numeri liberorum, an sint quatuor, vel pauciores, an verò plures numero, quę consuetudo dici potest optima legum interpres, vt dixit *glos. in §. ex non scripto, Inst. de iure nat. gent. & ciu. & ideo dixit Andr. de Ifern. in d. Const. In aliquibus, in pen. colum. vers. item in aliquibus,* quòd in aliquibus prouincijs dantur maiores dotes, sicut in Apulia, & totum hoc attendi debet, de quo latius dicam infra,

in

in 31. q. Secundò considerari debet numerus liberorum superstitum † tempore mortis patris, & sic tempore delatę successionis legitimę, iuxta *l. cum queritur*, prout dixi supra in 35. q. quia qualitas filiorum superstitum iuncta verbo succedendi, regulatur secundum tempus verbi, & sic secundum tempus successionis, *l. in delictis, s. si extraneus, ff. de noxa.* & ideò filij p̄ mortui † viuente patre non faciunt partem, * & sic non augent, nec minuunt numerum liberorum, ita *Bal. in indiuiduo in l. nō pro numero, in 2. col. vers. ex hoc infertur, C. ad orfic. quem commendat Ias. in rep. d. auth. nouissima. in antepen. colum. vers. quid autem si pater, & propterea cum ministerio tex. in d. Const. In aliquibus dixit expressè, filiorum superstitum numerum attendi debere; filij verò mortui post mortem patris transmittunt ius petendi dotem de paragio, & vitam, & militiam, præteritam debitam iure actionis ad suos hæredes, vt voluit *Alex. conf. 55. incip. viso titulo quest. in ult. col. in 2. vol. & Bar. in l. libertis; quos, s. manumissus, ff. de alim. & cib. leg. de quo latius dicam infra in 39. q.* Tertiò considerari debet numerus liberorum, qui reperiuntur habiles, & capaces * ad succedendum, non autem illorum, qui sunt legitimè exhæredati, † vel deportati, vel foriudicati, vel fratres Ordinis Minorū, vel Prædicatorum, aut aliàs incapaces tempore mortis patris, quia hi tales sicut nō admittuntur ad partem, ita non faciunt alijs partem, quia non computantur in numero liberorum, & sic illa non augent, neque minuunt, ita *Bald. in l. 1. s. in primo, in 2. col. vers. sed hic succedit aliud dubium, C. de cad. toll. & Bald. in l. 1. in 3. col. vers. ex prædictis apparet, C. quā non pet. part. de quo vide latius per Iaso. in d. auth. nouissima, in 14. col. in fi. & seq. vers. extra glos. & Matth. de Aff. in d. Const. In aliquibus, in 10. col. vers. 13. quero, & colum. sequ. vers. 15. quero, vbi loquitur in filio monaco: ex quo infero, quòd si filia viuente patre ingrediatur Monasterium.**

D Medicantium, & efficiatur monialis * tacitè, vel expressè professā, non computabitur in numero liberorum, ita quòd nec admitti poterit ad partem, nec alijs partem facere poterit, † ita sentit *Bald. in d. s. in primo, & vers. præallegato, de quo latius scripsi supra in 13. q. & vide latius per Ias. in l. planè, s. si duobus, in 5. col. vers. ex glos. & col. seq. vbi dicit, quòd hæc est communis, & vera opinio Doct. vt ibi per eum ff. de leg. 1. Quarto considerari debet nume-*

rus liberorum, siue fœminæ sine maritate, & dotata de bonis eius, à cuius successione repelluntur in feudo, siue aliudè, siue masculi habuerint vitam, & militiam, siue non, quia ex quo tam masculi, quàm fœminæ consequuti sunt partem suam, benè faciunt alijs partem, † & ad augendam, vel diminuendam legitimam, seu dotem, de paragio, & vitam, & militiam computatur in numero liberorum, ita dixit *Ias. in d. auth. nouissima, in 15. col. vers. & ad illud, post Ang. in cons. ibi per eum allegato, & idem dixit Matth. de Aff. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. in 13. q. & ideò infert *Bal. in d. l. 1. in 3. colum. vers. quid si filia, C. quā non pete. part. quòd si filia congrua dote contenta renunciauit cum iuramento successionis paternæ, iuxta ea, quę habētur in cap. quāuis, de pact. lib. 6. ex quo tunc filia consequuta est partem suam, benè facit partem alijs fratribus, & sororibus suis, & cōputabitur in numero liberorum, vt ibi per eum cū cōcordantibus, de quibus ibi per *Alex. in apostill. ad Bald. & hæc dos soluta filię prædictę in taxanda, & alia dote de paragio alteri filię deduci debet de toto corpore feudi, tanquàm æs alienum ad diminuendam quantitatem, dotis taxandę alteri filię, ita formaliter *Bald. in l. Papinianus, s. vnde si quis, ad fi. ff. de inoff. test. de quo latius scripsi supra in 2. q. vers. quarto infero.****

A D D I T I O.

- A** Numerus liberorum] *Decian. respon. 46. nu. 27. in 3. Iose. Cumi. promotor meus in cap. Si aliquem, in verbo maritata, num. 132.*
- B** Partem] De hac re latè tractat *Peregr. de fideicom. art. 38. Cephal. conf. 245. quoad totum, Decian. resp. 32. nu. 104. vol. 2. & resp. 46. vol. 3. Minado. in Const. In aliquibus, nu. 17. fol. 71. Caualc. decis. 8. num. 5. in 3. part. Thessa. decis. 159. Sed an emancipatus faciat partem, *Guid. Pap. decis. 295.**
- C** Capaces] Vide *Caualc. decis. 8. in 3. par. & de exhæredato tradit *Cephal. conf. 245. nu. 6. cum seq. Peregrin. ubi sup. Sed quid si iniuste fuerit exhæredatus, vide *Gabr. conf. 94. Brun. de stat. exclu. artic. 13. num. 21.***
- D** Monialis] Vide *Menoch. conf. 247. num. 53. Cephal. conf. 56. num. 46.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- I** Paritas in viro, & uxore qualiter consideretur in taxanda dote de paragio.

E 2 2 Exe.

- 2 *Exequutores ad maritandum puellas possunt supplere usque ad condignam dotem; ut condecenter maritari possint, prater id, quod dispositum fuerit per testatorem.*
- 3 *Dignitas viri, & uxoris consideratur, & qualiter.*
- 4 *Nobilitatis parilitas considerari debet in viro, & uxore.*
- 5 *Filij nati ex patre ignobili, & matre nobili efficiuntur ignobiles.*
- 6 *Confessio dotis facta à viro, qui duxit in uxorem aliquam respectu nobilitatis ualet.*
- 7 *Parilitas consideratur etiam respectu pulchritudinis uxoris.*
- 8 *Dotarium quando constituatur, & quare.*
- 9 *Maior aliquo dici potest quis respectu diuitiarum.*
- 10 *Aetas considerari debet in parilitate uxoris, & viri.*
- 11 *Donatio facta per sponsum senè uxori adolescentula ualet.*

A R G V M E N T V M.

Parilitas in viro, & vxore qualiter consideretur in taxanda dote de paragio.

Q V A E S T I O XXX.

T Rigesimò, & successiue quæro, qualiter considerari debet parilitas * in viro, & vxore in taxanda dote de paragio. † Respondeo, quòd hæc parilitas considerari debet, vt mulier sine dedecore secundum mores Ciuitatis considerata qualitate natalium alicui nubere possit, aliàs ille diceretur indignus, & sic cessaret parilitas in viro, & vxore, ità declarat Bart. per illum *tex. in l. cum ita, ff. de cond. & demonst. ex quo infero*, quòd si dati essent exequutores † in testamento ad distribuendam hereditatem pro dotibus puellarum pauperum, si esset puella, quæ secundum suam conditionem, vel nobilitatem mereantur maiorem dotem, quam esset sufficientia sui patris, & propter hoc non possent inuenire virum condignum suæ conditioni; quòd tales exequutores possint supplere vsque ad condignam dotem, ad hoc vt possint condecenter secundum suam conditionem maritari, quia non dicitur posse nubere, quãdò honestè secundum suam conditionem nubere non potest, argumento *L. nepos procul, ff. de verbor. signif. & facit l. plenum, §.*

*equitij, ff. de us. & hab. ita formaliter inferit Bald. Nouel. in tract. suo de dote, in 1. par. in 3. col. uers. ex quo infero; Hæc autem parilitas multis modis considerari debet, & primò dicit, attendi respectu dignitatis, * ità dixit Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in pen. col. uers. nos dicimus, & ibi in 6. col. uers. quid si desinat, & in Const. Quàmplurimum, in 2. col. uers. aquum est, quæ dignitas consideratur respectu plurium personarum, primò respectu patris dotantis, ità propriè loquitur *tex. in l. si filij, ibi, ex dignitate testamentum facientis, ff. de leg. 3.* Secundò respectu mariti, vt in *l. quero, ibi, maritiquè, ff. de in. dot.* Tertiò respectu mulieris, vt dixit *tex. in d. l. quero, ibi, ex dignitate mulieris; & tex. in l. si curatoris, C. de adu. iur. & in l. tam dementis, C. de Episc. aud.* Quartò respectu fratris ipsius mulieris maritæ, ità sentit Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in ult. col. uers. unde, ibi, uel propter ualorem, & strenuitatē fratris, potest & hæc dignitas personarum considerari ratione potentiz, & honoris, quia dicitur quis maior altero potentia, & honore, vt dixit *tex. & ibi notat Bald. & alij in cap. super eo, il secundo, de testib. vbi Panor. exemplificat de honore doctoratus, vel militiz, vel alicuius præminentis officij, vbi exemplificat de potentia amicorum, quia dicit ibi Bald. quòd potentia amicorum facit hominem excellentem, & officij, vt quia sit Iudex, vel Regius Consiliarius, vel similis, ità quòd respectu huiusmodi dignitatis, aut potentiz, vel honoris dictarum personarum debet attendi parilitas in viro, & vxore, vt ea pari nubere possit; Secundò debet attendi parilitas † in viro, & vxore respectu nobilitatis, * seu conditionis, vt dicit Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in ult. col. quia sicut dicitur quis maior altero ratione nobilitatis, vt dicit *tex. & ibi notat Bald. & alij in d. cap. super eo, il secundo, ità debet esse parilitas inter virum, & vxorem ratione nobilitatis, & sicut foemina ignobiles illustrantur ex nobilitate maritorum, l. foemina, & ibi Bart. ff. de Senator. cum concordantibus, de quibus per Felin. in d. cap. super eo, in 1. col. ità & foeminae nobiles obsecurantur ex ignobilitate maritorum, & ideò filij † nati ex matre nobili, & patre plebeio efficiuntur ignobiles, quia patris, non matris conditionem sequuntur, ità Bald. in l. fin. in fin. C. de seru. fug. cum concordantibus, de quibus per Felin. in d. cap. super eo, in 2. col. & seq. uers. Secunda qualitas, vt ibi latius per eum; unde infero Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in 8. col. uers.***

vers. per hoc patet, & ibi in 12. col. vers. Itē
 hac est quedam glosella, & in ult. col. uers.
 unde si filia, vel soror Baronis fuisset mari-
 tata sine dote, vel cum modica dote, propter
 eius nobilitatem, & conditionem, eo casu dos
 de paragio sibi debita erit tertia tertia, quā
 esset habitura, si succederet ab intestato, &
 sic innuit, quod nobilitas, & cōditio vxor-
 is præponderetur loco dotis ratione di-
 sparitatis conditionis mariti, respectu no-
 bilitatis, & conditionis vxoris quasi ma-
 ritus tunc ratione minoris conditionis
 tunc maiorem dotem nō mereatur, ut ibi
 per eum, & inde est, quod si filia nupsit in-
 digno, & promisit sibi certam summam
 in dotem, quod pater non teneatur solue-
 re dotem per eam promissam viro suo,
 prout dixi supra in 15. q. & inde est etiam,
 quod per nobilitatem vxoris quandoque
 6 vir ignobilis † dotat vxorem, vel fateatur
 recepisse dotem, quam in rei veritate non
 accepit, ut est *tex.* & ibi *glos.* in *l. si volun-
 tate, C. de dot. promif.* quam *glos.* dixit sin-
 gularē ad hoc *Bald. in d. cap. super eo, il
 secundo, de testi.* & valet huiusmodi confes-
 sio viri in vim remunerationis propter
 nobilitatem vxoris, ut declarat *Bart. in l. si
 diuortio, & ibi Alex. in ult. col. ff. de verbor.
 oblig.* & *Bart. in d. l. si voluntate, vbi scripsi
 concordantes, de quo vide per Felin. in d.
 cap. super eo, il secundo, in 2. col. uers. & per
 istum text.* Differunt autem parilitas res-
 pectu dignitatis, & respectu nobilitatis,
 quia dignitas ut plurimum est datiuā, &
 ad tempus, sed nobilitas est natiuā, & in-
 perpetuum, & fortior est qualitas proue-
 niens à genere, ut est nobilitas, quā ea,
 quæ prouenit ex aliquo accidenti, vel ex
 industria, vel ex fortuna, ut dicit *Bald. in
 d. l. femina, ff. de Senat.* & est *tex. in l. qui ha-
 bent, de tutel.* & ideò maiorem affectionē
 habemus ad ea, quæ cōcernunt antiquio-
 rem nobilitatem, & conseruationem do-
 mus, seu familiæ, argumento *l. lex, que tu-
 tores, §. domum, C. de adm. tut. l. si in emptio-
 nem, ff. de minor. l. si libertus, qui soluendo, ff.
 de bon. liber.* & notat *glos.* in *l. 1. in verb. in-
 terest, ff. solu. matr.* Tertiò debet attendi pa-
 rilitas in viro, & vxore respectu pulchri-
 tudinis † ipsius mulieris, quia quādoque
 7 filia, vel soror Baronis reperitur maritata
 sine dote, vel cum modica dote propter
 eius pulchritudinem, quæ præponderat
 loco dotis, & tūc eius dos de paragio erit
 infra tertiam sibi debitam iure naturæ,
 prout superius dixi ratione nobilitatis,
 itā formaliter dixit *Andr. de Ifern. in dicta
 Cōst. In aliquibus, in 8. col. uers. hac est que-*

*dam glosella, & in ult. col. uers. unde, ut ibi
 per eum, & idem dicerem, si fortē aliquis
 vir nobilis, & monstruosus, vel mācus, aut
 debilitatus duceret aliquam formosam
 sororem Baronis sine dote, vel cum mo-
 dica dote, prout aliās vidi in contingētia
 facti. Quartò debet attendi parilitas in vi-
 ro, & vxore respectu virginitatis vxoris,
 quia virgo melioris cōditionis est, & ma-
 gis æstimatur, & appetitur à viro, quā
 vidua, vel corrupta, & propterea virgo
 sponsa non est statim tradenda viro, ut si-
 bi charum esse videatur, quasi melioris
 conditionis sit, quā vidua, ut dixit *glos.
 in cap. 1. de priuileg. & voluit Rom. sing. 34.
 incip. Item pro solutione queritur, & inde
 8 est etiam, quod dotarium † constituitur
 vxori ratione osculi, & pudicitie, ac vir-
 ginitatis amissæ, quasi tūc vxor corrupta,
 & effecta vidua sit deterioris conditionis,
 ut egeat maiori quantitate dotis, ut secū-
 dō nubere possit, & ideò in augmentum
 dotis ad supplendum deteriorem condi-
 tionem vxoris ratione virginitatis amissæ,
 dotarium in primis nuptijs tantum cō-
 stitui consuevit, itā dixit expressè *Bal. &
 Salyc. in l. res uxoris, in fin. per illum tex.
 quem dicit, non itā benè in hoc alibi re-
 periri, C. de don. inter vir. & uxor. itā etiam
 in terminis dixit Andr. de Iser. in Constit.
 Licentiam, in 2. col. quem referunt Moder.
 in rep. cap. Volentes, in 13. car. uers. sed pul-
 chra, vbi scripsi, de quo vide p. Bart. & quæ
 ibi scripsi in *l. nihil, ff. rer. amor.* maximè si
 expresso matrimonio filios procreauit,
 quibus dotariū prædictū primo viro cō-
 stitutum, & ibi solutum, conseruare, & re-
 linquere tenetur, ut est casus in *l. 3. & ibi
 per Doct. C. de nup. confirmatur hoc ex eo,
 quod voluit Bart. in l. quotiens, C. de priuil.
 schola. lib. 12. vbi priuilegium concessum
 alicui ex descendantibus suis masculis, &
 fœminis, intelligitur de fœminis marita-
 tis, quem refert, & sequitur *Ias. in l. cum
 quedam puella, in 2. col. uers. 3. amplia, ff. de
 iurisd. omn. iud. & Feli. in d. cap. super eo, il
 secundo, in 1. col. de test.* Quintò debet attē-
 di parilitas in uiro, & uxore respectu di-
 9 uitiarum, quia sicut quis dicitur maior †
 altero ratione diuitiarum, ut dicit *Bald.
 Panor. et Feli. post alios in d. cap. super eo, il
 secundo, in 2. col. itā debet esse parilitas in-
 ter virum, & vxorem ratione diuitiarum,
 maximè quia diuitiæ exaltant hominem,
 ut ibi dicit *Panor. in 2. col. uers. nota, & cō-
 pensatur cum nobilitate, quia satis est no-
 bilis qui est satis diues, & multò fortius
 qui est illustris famæ, ut dicit ibi Bald. in fi.******

per *tex. in l. fin. C. de condi. in publ. borre. lib. 10.* & ideò si vxor esset diues, & vir esset pauper, cessaret parilitas in viro, & vxore, & vir reputaretur indignus, iuxtà ea, quæ ponit *Bart. in d. l. cum ita, ff. de cod. & demonstr.* Sextò debet attendi parilitas in viro, & vxore respectu ætatis, † quia si maritus senex duceret adolescentulam in vxorem, cessaret parilitas in viro, & vxore, & vir eodem modo reputaretur indignus, quia mulier eo casu non sinè dedecore, & non secundùm mores Ciuitatis contraheret matrimonium, vt dixit *Bart. in d. l. cum ita*, & ita reperio *Feli. ita dicentem expressè in d. cap. super eo, il secondo, in 2. col. vers. & per istum tex. & vers. sequen. de test. vbi ex hoc infert, quòd sicut valet*

11 *donatio † facta per sponsum ignobilem, vel plebeium diuitem, qui duceret nobilissimam vxorem non diuitem, iuxtà ea quæ habentur per glo. & Doct. in d. l. si uoluntate, C. de dot. promis. & per Bar. & alios in d. l. si diuortio, ff. de verb. oblig. prout superius dixi in secundo attendendo, ita etiã valebit donatio facta per spolum senem, qui duceret mulierem adolescentulam in vxorem, vt utroque casu non dicatur facta donatio intuitu libidinis, vel amoris contingentis, sed causa remunerandi, & recòpensandi inæqualitatem resultantem inter virum, & vxorè ratione disparis ætatis, vt ibi latius per eum.*

ADDITIONO.

A *Parilitas*] De quæstione vide *Io. Vinc. de Anna alleg. 70. Ioseph. Cumi. in cap. Si aliquem, in verb. maritata, num. 144.* vbi allegat Authorem nostrum, *Vrsill. ad Afflic. decis. 160. num. 2. Ioan. Lup. vulgò dictus Palat. Rnu. in repet. cap. per vestras, §. Tertium quod habet concurrere, num. 4. & 12. et à num. 1. vbi latè de donat. int. vir. & uxor.* Hinc est, quòd hæc dos attenda parilitate viri, & vxoris excedit legitimam, *Decian. resp. 38. num. 8. & resp. 17. num. 1. resp. 32. num. 87. vol. 2. & resp. 6. num. 64. volum. 1.* Imò longè plus ex communi opinione, quam refert *Bursas. conf. 132. num. 3. Rol. conf. 85. num. 10. uol. 1. Ceph. conf. 95. num. 4. & 21. at focus erit in filia maritata, quia non potest excedere legitimã; cessat enim ibi ratio parilitatis, ex Gram. decis. 101. n. 43. & 38. & dixi supra in quæst. 9. lit. A. vbi alios retuli.*

B *Dignitatis*] Vide *Menoch. conf. 247. nu. 3.*

Roland. conf. 85. num. 3. in 1. uolum. Nobilitatis] *Menoch. ubi supra num. 46. Decia. resp. 17. num. 4. uol. 2. Ioan. Fran. de Apon. conf. 31. num. 7. uol. 1.*

Mastrillus.

SUMMARIUM.

- 1 *Consuetudo Regionis qualiter attendi debeat in taxanda dote de paragio.*
- 2 *Mos Regionis attendi debet in taxanda dote de paragio sorori maritali.*
- 3 *Mos Regionis attendi debet in ætate, ad hoc ut filia de per se nubere possit.*
- 4 *Ætas perfecta de iure Constitutionum Regni est restricta ad annos decem, & octo.*
- 5 *Dos de paragio an taxari debeat in pecunia numerata, mos Regionis attenditur.*
- 6 *Dos, & intersurium dotis æquiparantur.*

ARGUMENTVM.

Consuetudo Regionis qualiter attendi debeat in taxanda dote de paragio.

QUESTIO XXXI.

A **T**rigesimoprimum quæro, qualiter attendi debeat cõsuetudo * Regionis in taxanda dote de paragio. † Respondeo, quòd in omnibus his casibus, in quibus mos, seu consuetudo Regni subesse probabitur, attendi debet, *l. uenditor, §. si constat, ibi, nisi talis consuetudo consistat, ff. si serui. uend. l. Imperatores, ibi, si nihil prater consuetudinẽ Regionis fiat, ff. de contrahen. empt. l. nummis, ibi, si neque ex cõsuetudine patrisfamilias, neque ex Regione, ff. de leg. 3. §. l. quod si nolit, §. quia assidua, ibi, ea enim, quæ sunt moris, & consuetudinis, ff. de edil. edil. & deueniendo ad casus particulares, dico, plures casus indiuiduos, quibus in hoc consuetudini Regni standum esse colligi poterit. Primus igitur casus est, in quo debet attendi mos Regionis, & consuetudo Regni in arbitrando congruam dotem de paragio tam infra, quàm ultra legitimam portionem debitam iure naturæ, & in his versari debet discretio, & arbitrium boni viri, ita formaliter dixit *Bal. Nouel. in suo tract. de dot. in 6. par. in 17. speciali priuilegio, in 3. colum. uers. undè, vbi allegat concordantes, quem refert, & commèdat Matth. de Aff. in Constit. In aliquibus, in 16. col.**

16.col.in 12.q.& propterea dixit ibi *And. de Iser.in pen.col.uerf. item quòd in aliquibus prouincijs dantur maiores dotes,sicut in Apulia,& hoc totum attenditur attenda còsuetudine Regionis, secundum quam etiam in aliquibus prouincijs plus crimina puniuntur,l.aut facta,s.uentus,ff. de pæn.& l. sacularij,s. sunt quadam,ff. de extraor.crim. vt ibi per eum,& eadem ratione debet attendi mos Regionis,& consuetudo Regni in taxanda dote de paragio forori,quæ vult effici monialis, † vt dixit *Matth. de Aff. in d. Constit. In aliquibus, in 13. col.uerf. & fortiori ratione, in 8. q. in fin.* Secùdò debet attendi mos Regionis,& consuetudo Regni in taxanda dote de paragio, vt eius quantitas sit tertia tertiæ portionis debite iure naturæ, quam soror esset habitura, si in feudo vnà cum fratre, vt in bonis allodialibus ab intestato successisset, non facta aliqua distinctione numeri liberorum, an sint quatuor, vel pauciores, aut verò plures numero, iuxta distinctionem facta per *tex. in auth. nouissima, C. de inoffic. test.* de quo latius dixi supra in 29. q. in princ. quia sic seruat hodie M. R. C. huius Regni. Tertiò debet attendi mos Regionis,& consuetudo Regni, quòd licet de iure communi teneatur filia expectare patrem vsquè ad 25. annum, ad hoc vt deper se nubere possit, vt per *Ias. post alios in auth. Si quis post, C. de inoffic. test.* tamen de more Regionis ætas † prædicta restringitur ad annos 20. tantum, vt dixit *Bald. Nouel. in suo trac. de dot. in 6. par. in 16. speciali priuileg. in 5. col. & sequ. uers. quid si filia,* de quo latius scripsi supra in 15. q. & q. seq. maximè quia ex forma Constitutionum Regni † relictæ est ætas perfecta, quæ de iure communi est annorum 25. vt voluit *glos. & Doct. Insti. de fidu. tut. in fin. ad annos 18. tantum,* per *tex. in Const. Minorum, in tit. de resti. minor. lib. 2.* Quarto debet attendi mos Regionis,& consuetudo Regni, vt dos de paragio taxetur in pecunia numerata, † vt dicit *And. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. uers. queritur ergo, ibi, uerius est, nec non et in arnesio, seu in iugalibus, & raua spansalitia, estimanda per Expertos iuxta Consuetudinem Regni, quia ita communiter in hoc Regno dari dotes consueuerunt, & ita eadem M. C. seruare consueuit, pro quo adduco id, quod in simili voluit *Bald. in l. fi. s. pretereà,* in 2. col. C. de iur. dot. in interufurio dotis promissæ, vt secundum moderatam consuetudinem Regionis taxari debeat.**

6 vt ibi per eum, æquiparando † dotem, &

interufurium dotis, l. *Lucius, ff. qui pot. in pign. habea. cum his, quæ ponunt Moderni in repet. cap. Volentes, in 10. car. & sequ.* Plures, & alij casus colligi possent, in quibus mos Regionis, & consuetudo Regni debet attendi in taxanda dote de paragio, quos causa breuitatis omitto, quia hoc magis esset laboriosum, quam subtile, vt dixit *glos. in l. 1. in uerb. semper, in fi. ff. sol. matr. & glos. in rubr. ff. de diuer. & temp. prescrip.*

A D D I T I O.

A Consuetudo] Qualiter mos Regionis considerari debeat, & attendatur in legitima taxanda, factis constat ex *Soc. sen. cons. 288. col. 7. lib. 2. Rui. cons. 56. col. 5. & 6. lib. 3. & cons. 152. nu. 8. Paris. cons. 26. num. 88. Crauet. cons. 11. cum alijs, quos refert Menoch. cons. 8. num. 4. primo vol.* Sed an ea omnia procedant in dote de paragio, vide eundem *Menoch. ibidem, num. 14. uers. non obstat tertium, & de arbit. iud. cas. 149. n. 38. & idem in cons. 247. num. 43. & 168. num. 3. uers. tertio comprobatur, uol. 2. Ioseph. Cumi. in c. Si aliquem, in uerbo Maritata, nu. 162. Rol. cons. 85. num. 16. uol. 1. Decia. resp. 32. nu. 5. uol. 2. et resp. 6. num. 55. uol. 1.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Quanta debeat esse dos de paragio, et quomodo taxetur.
- 2 Authoris distinctio in taxanda dote de paragio.
- 3 Frater cogi quando potest iure actionis ad soluendum dotem de paragio.
- 4 Patri asserenti, dotem de paragio à se constitutam ascendere ad summam legitimæ, non creditur.

A R G V M E N T V M.

Quanta debeat esse dos de paragio, & quomodo taxetur.

Q V A E S T I O XXXII.

A T Rigesimo secundo principaliter quero, quanta * debeat esse dos de paragio. † Hanc questionem examinat *And. de Iser. in d. Cõst. In aliquibus, in 12. col. & sequen. uers. nos dicimus, vbi dicit, taxari debere secundum modum facultatum, numerum liberorum,* di-

dignitatem, & conditionem parilitatis in viro, & vxore, quia hoc denotat nomen paragij, .i. quantum est dari conueniens, prout latius dixi supra in 28. q. & tribus seq. tamen idem *Andr. de Ifern. ibi in 12. col. in fin. vers. & si verum est magis distinctè declarat, quantitatem dotis de paragio consistere debere infra tertiam eius portionis, quam filia esset habitura, si non excluderetur à successione feudi, & ibi ponit exemplum, qualiter sit huiusmodi dotis taxatio facienda; putà pater habens tres filios, & vnam filiam, habet feudū in sui substantia valens quadraginta, si hæc filia concurreret cum fratribus ad successionem feudi, haberet centum pro tota portione sibi contingente, sed ex eo, quòd *Const. In aliquibus* priuat eā successione feudi, habebit tantum tertiam partem illorum centum pro dote de paragio, & sic tertiam totius tertie portionis, quam fuisset habitura, si per *d. Const. In aliquibus* non fuisset exclusa à successione feudi, vt ibi per eum, qui super hoc assignat optimam rationem, quia si pater priuaret filiam successione, non exheredando eam, eo casu licet hæc filia priuata fuerit successione paterna, poterit tamen consequi, & habere legitimam sibi debitam iure naturæ, quæ est tertia tertie portionis, quam habitura esset, si (circumscripta huiusmodi priuatione) patri succederet ab intestato, *l. cum quaritur, in Auth. nouissima C. de inoff. test. sed d. Consti. In aliquibus* priuat filiam à successione feudi absque culpa sua, ergò sequitur, quòd pariformiter habere possit loco legitimæ tertiam tertie portionis super feudo, quā habitura fuisset, si per *d. Const. In aliquibus* ab eadem feudi successione non fuisset exclusa, de quo vide *Bal. cons. 15. incip. in primo puncto, in primo vol. et Bar. et Doct. in l. in quartam ff. ad l. Falc.* undè cum hæc dos de paragio succedat loco legitimæ, vt dixi supra in 2. q. & legitima est tertia tertie, quam filia esset habitura, si patri succederet ab intestato, vt in *d. auth. nouissima, & ibi per gl. et Doct. ergo, &c.**

Pro clara igitur intelligentia prædictorum quanta esse debeat dos de paragio, sic puto distinguendum, † quòd aut agitur de taxanda certa quantitate dotis de paragio filie Baronis super feudo viuente patre: aut post mortem patris, primo casu subdistinguo, quòd aut hæc filia Baronis reperitur inuupta, & in capillo, & non potest cogere † patrem iure actionis ad præstandam sibi dotem de paragio su-

per feudo, nec reperitur hoc expressè cautum in *d. Const. In aliquibus*, prout latius scripsi supra in 25. qu. in 2. membro principali, & latius dicam infra in 28. q. Aut verò reperitur maritata, & dotata à patre viuente, & tunc aut pater promisit filie certam, & determinatam quantitatem dotis, quæ ascendit ad tertiam tertie partis, quam filia fuisset habitura, si successisset vnà cum alijs fratribus ab intestato, & sic ad tantam quantitatem, quantum est paragium, quod eidem filie maritate ab eius fratre succedente in feudo deberetur post mortem patris, nec dum pater viueret illam soluit, & tunc valet huiusmodi promissio dotis, & tãta erit dos de paragio, & ad eam soluendā frater iure actionis cogi poterit, ità formaliter *Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. in fin. vers. Item pone*: Aut verò pater promisit filie tãtam quantitatem pro dote de paragio, quæ non ascendat ad tertiam tertie portionis prædictæ, & tunc poterit filia petere supplementū dotis de paragio usque ad tertiam tertie, quæ debetur loco legitimæ tantum, & non vltra post mortem patris à fratre succedente in feudo, & non in vita patris, quia non poterit pater dare filie in dotem minus, quam sit legitima sua, prout scripsi supra in 2. quæst. vers. ex ista conclusione infero primò, & in 25. q. vers. & in tantum, & dicam latius infra q. sequent. Aut verò pater promisit filie pro dote plusquam esset dicta tertia tertie portionis, quæ sibi loco legitimæ debetur super feudo, nec dum viuens illam soluit, & tunc non attenditur hæc quantitas dotis de paragio, nec creditur patri, † si fortè dixisset vel inter viuos, vel in vltima voluntate, ad tantam summam ascendere dotem de paragio debitam filie in præiudicium successoris in feudo, sed in præiudicium ipsius patris promittentis tantum, ità colligo ex mente eiusdem *And. in d. Constit. In aliquibus, in 2. col. & sequent. vers. Item pone, et in vlt. col. vers. vltra verò*, de quo latius dicam infra in 34. q. Si verò pater promisit dotem pro filia non facta aliqua expressa mentione certæ quantitatis dotis, sed quantum sibi pro paragio debetur, & tunc arbitrio iudicantis taxanda erit hæc dos de paragio, prout scripsi supra in 25. q. vers. & in tantum, & tunc erit quantitas dotis arbitrio iudicis taxanda usque ad tertiam tertie portionis, quam filia esset habitura, si successisset ab intestato tantum, & non vltra, & sic quantum est paragium, quod sibi à fratre

fratre deberetur, vt dixit *Andr. in d. vers. item pone.* Secundo casu principali, quādo agitur de taxanda certa quantitate dotis de paragio filia Baronis post mortem patris, & tunc sic distinguendum erit, quia aliquando agitur de taxanda dote certa filiae maritatae post mortem patris, & dotatae aliunde, quā de bonis paternis, aut de bonis maternis, aut ab extraneo, aut de bonis proprijs ipsius filiae, vel quae reperitur maritata sine dote propter eius pulchritudinem, vel nobilitatem, vel propter valorem, vel strenuitatem fratris, vt dixi in 9.9. & in 30.9. Et tunc quantitas dotis de paragio erit infra tertiam iure naturae debitam, & sic infra tertiam tertiae portionis, quam esset habitura, si successisset ab intestato, vt sua legitima tantum non defrauderetur, ita formaliter *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in 8. col. vers. per hęc pater, & in ult. col. vers. unde, & ita proprie loquitur Andr. ibi in 1.2. col. vers. & si verū est, dum dicit, certam quantitatem dotis de paragio consistere infra tertiā eius partis, quam filia fuisset habitura, si non excluderetur per fratrem a successione feudi, prout superius dixi.* Aliquando verò agitur de taxanda certa quantitate dotis de paragio post mortem patris filiae, vel sorori Baronis in nupta, & existenti in capillo, & tunc licet quantitas dotis de paragio sit tertiae portionis praedictae; si illa tamen tertia tertiae non sufficiat, vt nubat pari, non debet attendi quantitas valoris portionis tertiae, vel etiam dimidia, sed illa quantitas, pro qua possit pari nubere, & sic poterit ea quantitas dotis ascendere ad totam tertiam portionem, quam esset habitura, si non fuisset exclusa a successione feudi, sed vna cum fratre successisset in feudo tanquam in corpore allodiali, & ita loquitur, & intelligitur *Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in 13. col. vers. nos dicimus, & ibi in 6. col. vers. quid si desinat habere feudum, & ita etiam declarat Matth. de Aff. in dec. sua 160. incip. aliud fuit dubium, vbi dicit, ita pluries per Sac. Conf. Neap. fuisse iudicatum, & ita etiā M. R. C. huius Regni iudicare consuevit, & ita ego aliās pluries iudicaui, dum in eadem M. R. C. per plures vices iudicandi iudicium exercui, & sic a tertia tertiae, quae est legitima iure naturae debita vsque ad totam tertiam, in qua succedere potuisset ab intestato, si non fuisset exclusa, vt filia, vel soror Baronis in capillo pari nubere possit; totum hoc tanquam indeterminatum relinquatur arbitrio Iudicantis, argumento*

*l. 1. ff. de iur. deli. & in cap. de causis, de officio deleg. & ita in indiuiduo consuluit Alex. conf. 83. incip. uiso statuto in 4. uol. per totū, vltra verò totam suam portionem, quantum scilicet est si mulier succederet ab intestato, pro medietate scilicet tertiae, considerato numero liberorum, non dabit frater succedens in feudo, etiam si pari dignitate soror eius nubere non possit, ita formaliter *Andr. de Ifern. in d. Constit. In aliquibus, in ult. col. vers. vltra uerò, vbi assignat rationem, quia cum d. Constit. In aliquibus facta fuerit in fauorem sexus masculini, scilicet quod praefertur foeminae in successione feudi, non debet retorqueri in eius lesionem, vt detur plus foeminae, quam haberet si ipsa foemina simul cum fratre succederet in feudo, tanquam in re allodiali, argumento l. quod fauore, C. de leg. quem refert Matth. de Aff. ibi in 1.5. col. in 1.2. q. vbi ita intelligit Alex. in conf. suo septimo ibi per eum allegato, vt ibi per eum.**

Aduertendum tamen est, quia vbi dos de paragio consistit infra tertiam tertiae portionis, quam soror habuisset, si successisset cum eius fratre ab intestato, reliquae duae partes totius tertiae portionis erunt ipsius masculi succedentis in feudo, propter sexus praerogatiuam, sicut dicitur in vita, & militia, quae debetur filio secundogenito, quae est etiam tertia tertiae portionis praedictae, in qua reliquae duae tertiae totius portionis accrescunt filio primogenito ex praerogatiua primogeniturae, prout declarat idem *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 1.2. col. & seq. vers. & si uerum est, & in d. Const. Comitibus, in 2. col. in princ.*

A D D I T I O.

A Quanta] De hac quaestione vide Decian. resp. 17. uol. 2. per totum, Vincen. de Franch. decis. 44. in terminis nostris, in fin. & alios refere, & au possit esse minus legitima, vide eundem decis. 87. num. 1. Ioan. Franc. de Apont. in conf. 65. uol. 1. Vrsill. ad Afflic. in dec. 186. num. 1. & 2. Marant. disput. 10. nu. 33. Addentes ad consuet. Neap. fol. 94. & 96. Cumi. promotor meus in cap. Si aliquem, in uer. in uer. in uer. num. 17. & n. 115. & 122. vbi allegat Authorem nostrum, nouissimè Zuccard. in conf. 77. uol. 1. vbi quamplures cumulat, Menoch. puletrè in conf. 293. nu. 5. vers. quae sanè dos, & de arbit. iud. cas. 149. Canner. in cap. Si aliquem, uer. sed quantum sit ista dos, fol. 315. Tiraquel. de primog. q. 5. Gram. dec. 37. Bursat. conf. 133. per totum, & quid

quid si sit minus triplo, *Marzar. conf. 19. col. 2. Rim. iun. conf. 141. num. 20. lib. 2. Sim. de Præf. conf. 138. nu. 49.*

B *Arbitrio Iudicantis*] Adde *Menoch. ubi sup. Aff. in cap. 1. n. 21. uers. item relinquatur arbitrio Iudicis, ex quibus cau. feu. amit. Mastrillus.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Filia dotata minus legitima portione an possit agere ad supplementum dotis de paragio.*
- 2 *Iudex non potest taxare, nec arbitrari dotē de paragio minus legitima portione.*
- 3 *Supplementum dotis de paragio peti potest, etiam si filia fuerit contenta dote constituta, & quid si iuramento specialiter renunciauit supplemento dotis.*
- 4 *Filia dotata à patre minus, quam fuerint dotata alia filia possunt agere ad supplementum dotis post mortem patris.*

A R G V M E N T V M.

Filia dotata minus legitima portione an possit agere ad supplementum dotis de paragio.

Q V A E S T I O XXXIII.

T Rigesimo tertio quæro, vtrum filia dotata minus legitima portione possit agere ad supplementum * dotis de paragio. † In hoc breuiter dico, quod sic, siue loquamur in filia dotata, cui pater viuēs nil pro dote dedisset. propter eius pulchritudinē, vel nobilitatem, vel minus quam tertiam portionis, quā deberet habere, si per masculum non excluderetur à successione feudi, ita formaliter *Andr. de Iser. in dicta Const. In aliquibus, in 12. col. uers. item hæc est glosella quadam, siue loquamur in dote relicta à patre in vltima voluntate, in qua instituisset filiam hæredem in minus legitima portione pro dote de paragio, prout dixit ibi And. in 2. col. in fin. uers. item pone; siue etiam loquamur in dote taxata per iudicem, † qui non debet in taxanda dote de paragio minus legitima portione arbitrari, nec taxare, prout declarat Ias. post Saly. & Fulgos. in rep. auth. nouissima, in vlt. col. uers. illud, C. de inoff. test. & idem Ias. post Saly. in auth. res, qua, C. comm. de leg. in 9. col. cū concordantibus, de quibus*

ibi per eum, & vide latē *Bald. Non. in suo tract. de dot. in 6. par. in 7. priuil. in 3. col. & sequ. uers. in secundo*, ita quod omni casu agere potest ad supplementum dotis de paragio, de quo vide *Ang. singulariter in l. quisquis, in ult. colum. C. ad l. l. Maest. & vide cōcordantes per Moder. in trac. quod extan. mascu. q. 50. & ratio est, quia dos de paragio succedit loco legitimæ, vt scripsi supra in 2. q. sed si relinquatur filio minus legitima portione, potest agere ad supplementum legitimæ, ergo idem erit in supplemento dotis de paragio, & ita per plura concludit *Alex. conf. 69. incip. super primo, in prima col. in 1. uol. et conf. 7. incip. uis in 2. col. uers. prater ea, in 2. uolum. & scripsi supra in 2. q. in prima illatione: Amplio nunc primò, conclusionem prædictā* 3 *procedere, vt filia † Baronis agere possit ad supplementum dotis, & si iusta fuisset, vt sit de dote contenta, & quod plus petere non possit, quia non obstantibus his verbis poterit petere supplementum dotis prædictæ, prout latē concludunt Moder. in d. tract. quod extan. mascu. q. 70. & q. seq. nisi filia specialiter, & expressè supplemento dotis renūciasset, iuxta ea, quæ habentur per *Bart. & Doct. in l. si quando. §. & generaliter, C. de inoff. test. vel nisi cum iuramento promississet dote contenta nullum ad bonā paterna regressum habere, iuxta ea, quæ habentur in cap. quamuis, de pact. lib. 6. & ponit Ias. in rep. d. auth. nouissima, in 3. col. uers. ultra eos, & sic ex his infero, quod non sufficit relinquere filiæ cētum pro dote ad excludendam eam à successione feudi, vel aliorum bonorū, quominus agere possit ad supplementum dotis, prout habetur per *Moder. in d. tract. quod extan. mascu. q. 65. & vide Bald. Non. in loco præalleg. vbi ita dicit, prout per eū:* B *Secundò amplio * conclusionem prædictā, etiam si pater † viuens maritallet, & dotasset plures filias, & eis diuersas dotes in diuersa quantitate dedisset, quia fortè vni filiæ dedisset in dotem plus, & alteri minus, quam sibi cōpeteret pro legitima portione dotis de paragio, quia tunc licet hæc filiæ, quibus minus datum est pro dote, nihil in vita patris dotatis habere possint, poterunt tamen post mortem patris petere supplementum dotis de paragio, vt latē concludit *Matth. de Aff. post alios ibi per eum relatos in Const. Fratribus, in 3. col. in 4. not. uers. quid de quæstio. qua quotidiè occurrit, de frat. oblig. par. feu. lib. 3. & in d. Const. In aliquibus, in ult. col. uers. fin. autem.*****

A Supplementum] De hac quæstione vide Cumi in cap. Si aliquem, in ver. maritata, q. 3. num. 103. Menoch. in conf. 8. in 1. vol. Gram. decis. 57. & 101. Paris. conf. 26. vol. 3. Menoch. conf. 168. num. 18. vers. nono, et ultimo, & conf. 335. num. 47. & 48. Io. Franc. de Apont. conf. 65. & conf. 79. num. 10. vol. 1. Honded. conf. 10. Adde Perus. omnino videndum decis. 2. num. 37. Et an eius fructus etiam peti possint, vide Gram. in d. decis. 101. num. 41. & quanto tempore præscribatur ius petendi supplementum legitimæ, Menoch. conf. 251. n. 22.

Sed quid si fuerint auctæ facultates, vide Cannet. in cap. Si aliquem, fol. 316. vers. & eum præfati Doct. & fol. 315. vers. nihilominus, Marant. in 10. disp. num. 22. & per tot. Bursar. conf. 221. vbi bene & in num. 5. de communi testatur, Cauale. in decis. 5. nu. 99. in 3. par. Et quod tempus debeat inspici, dotationis, vel mortis patris, vide Cauale. decis. 32. num. 16. in 3. par. vbi allegat infinitos Doctores pro vna, & alia opinione, & vide in terminis nostris Ioseph. Cumi in cap. Si aliquem, in ver. maritata, num. 119. qui testatur de magis communi opinione, Vinc. de Franch. decis. 61.

B Secundò amplio] Nam licet pater constituat maiorem dotem vni filie, quam alteri, nihilominus illud dicitur fecisse attenda qualitate viri, & sic sunt omnes æqualiter dotate, Decian. resp. 32. n. 6. & 7. vol. 2. Ceph. conf. 56. n. 40. & vide Cauale. decis. 5. num. 101. in 3. par. & Author noster infra q. sequen.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Filia dotata plus legitima portione an illud plus nondum solutum consequi possit.
- 2 Authoris pulchra distinctio.
- 3 Patris consilium in dotanda filia conueniens est, & iustum.
- 4 Heres in feudo hereditario tenetur ad totam dotem constitutam à patre, etiã quòd sit plus legitima portione. Secus in feudo ex pacto, & prouidentia, num. 5.
- 6 Iudex arbitratur salariam taxandum famulo prout inter dominum, & famulum fuit conuentum.
- 7 Taxatio dotis facta per Iudicem plusquam legitima portione an retractari possit.

Filia dotata plus legitima portione an illud plus nondum solutum consequi possit.

Q V A E S T I O XXXIV.

T Rigesimoquarto quæro, vtrum filia dotata plus legitima portione illud plus nondum solutum consequi possit. † In hac quæstione sic puto distingui, † quòd aut nos loquimur in filia dotata per patrem plus legitima portione, aut in filia dotata post mortem patris. Primo casu principali, aut hæc dos fuit promissa, & soluta in totum per patrem dotantem, aut in nihilum fuit, vel tantum pro parte soluta, primo casu nihil est dicendum, quia pater promittendo, & soluendo totam dotem pro filia, quam tenebatur Iudicis officio dotare, totam dotem de suo patrimonio dicitur impendisse, l. fin. & ibi notat Bald. & alij, C. de dot. promiss. vt eadem dose eidem filie imputetur in legitimam, l. quoniam nouella, C. de inoff. testam. & vnà cum alijs fratribus, & sororibus cõferatur, nisi aliud fuisset expressum, auth. ex testamento, & ibi per Doct. C. de coll. quia liberum arbitriũ in diuidendis bonis suis inter liberos nõ est adimendum, dummodò non diminuat eis legitimam portionem, l. parentibus, C. de inoff. test. & ideò non inconuenit, quòd vni filie dat pater mille pro dote, & alteri sexcentum, & alteri quatuorcentum, & si alteri ex eis dederit plus legitima portione, & alteri minus, dummodò nõ defraudet eam legitima sibi de iure naturæ debita, prout scripsi supra in præced. q. nec est referenda quæstio patri dotanti, quòd incompetenter dotauerit, & plus dederit vni, quam alteri filie, cū ipse pater † melius quam alius consilium * sciat capere, pro filijs suis, l. nec in ea, ff. de adul. & quòd sibi competens visum fuit dare in dotem pro filia, non debet alteri incompetens videri, argumento l. si furioso impuberi, in ff. de cur. fur. pro quo vide quæ ponit Matth. de Aff. in Const. Fratribus, in 3. col. vers. quid de quæst. & Alex. conf. 3. incip. præclare, in 2. col. vers. & inter cetera, in 3. vol. vbi allegat concordantes, & valebit illud plus omni iure, quo melius valere potest, vt dixit Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 3. col. vers. si tamen, & proderit

rit hæc dos soluta fratri succedenti in feudo, vt non teneatur eidem sorori suæ maritalitæ, & dotata præstare dotem de paragio, & hæc dos soluta proderit huic fratri ad diminuendam aliam dotem de paragio præstandum alteri sorori, & deduci debet de toto corpore feudi, tanquam æs alienum, vt dixit Bald. in l. Papinianus, §. unde si quis, ad fi. de inoff. test. prout latius scripsi supra in 29. q. vers. 4. Secundo verò casu si eadem dos promissa per patrem in nihilum fuit per eum, vel tantum pro parte soluta, dico, partem solutam processisse de proprio patrimonio dotantis, d. l. fn. C. de dotis promiss. sicut superius dixi in primo membro, arguendo de toto ad partem, argumento l. qua de tota, ff. de re. vend. maxime quia si pater plus promisit pro dote filię, quam sibi competeret pro paragio, quoad illud plus non est onus feudi, vt infra dicam, ideò illa pars soluta pro dote promissa cedere debet in duriores causas, vt pro ea parte dicatur pater liberare personam, & patrimonium suum, & non dicatur diminuere quantitatem debitam filię pro dote de paragio super feudo, l. & magis, cum similibus, ff. de solu. quò verò ad aliam partem dotis promissę non solutam, vel quoad totam dotem, & in nihilo solutam per patrem dotantem, subdistinguentium erit, an feudum, super quo debetur dos de paragio † sit hæreditarium,

B * & tunc tenebitur frater vti hæres patris, non obstante quòd fecerit inuentarium, soluere totam dotem promissam per patrem dotantem super bonis hæreditarijs paternis, & in subsidium super feudo, iuxta ea, quę ponit Andr. de Iser. in Constit. Si quis post litem, in tit. de pæn. contum. in civil. lib. 1. & scripsi supra in 12. q. vers. 2. præsuppono, an verò tale feudum sit ex pacto,

5 & prouidentia † concedentis, & tunc frater licet sit hæres patris, tamen confecto per eum inuentario euitabit obligationem factam per patrem pro dote promissa super feudo, quatenus in plus tenderet huiusmodi obligatio ultra legitimam portionem debitam filię super feudo, prout latius scripsi in tract. meo de concess. feu. in 10. q. secunda part. princip. in princ. & illud plus filius hæres patris discretus tenebitur soluere super bonis hæreditarijs iuxta vires hæreditarias, & non super ipso feudo, super quo tenebitur tantum præstare sorori maritalitæ per patrem vsque ad tertiam tertię, seu dimidiam tertię, quam filia fuisset habitura, si vnà cum eius fratre successisset in feudo, tanquam in corpore

allodiali, attento numero filiorum, prout scripsi supra in 32. q. Secundo verò casu principali si filia Baronis reperitur dotata plus legitima portione post mortem patris, & tunc aut hæc filia dotata fuit à patre succedente in feudo voluntariè, & nihil est dicendum, sicut dixi superius in alio membro principali in patre voluntariè dotate filiam plus legitima portione, aut hæc filia reperitur dotata ex dispositione patris, in qua pater plus reliquit filię pro dote, quam sibi pro paragio competeat, & tunc non stabitur huiusmodi dispositioni paternæ, etiam si exprimeret quantitatem expressam, quam diceret deberi filię pro paragio, nec creditur patri sic dicenti in præiudicium filij succedentis in feudo, prout formaliter dixit Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in 2. colum. vers. item pone, nisi forte dispositio paternæ referret se ad tantam quantitatem, ad quantam posset Iudex arbitrari, quia tunc Iudex taxans dotem de paragio, regulare debet arbitrium suum, & ad tantam summam taxare, ad quantam pater disponens fuit arbitratus, vt sentit Andr. de Iser. in d. vers. item pone, in primo membro, in principio dixit, valere dictam institutionem paternam concurrentem cum dicta Const. In aliquibus, vt ibi per eum. Ità etiam deduco ex eo, quod voluit Saly. in l. aduersus, in ult. col. C. mand. dum voluit, quòd Iudex † arbitratur salarium taxandum, famulo, prout inter dominum, & famulam fuit conuentum ex interuallo, licet conuentio non valuerit, ad idem etiam adduco id, quod voluit Bald. in l. pactum, quod dotali, in 3. col. in 21. q. C. de collat. dum dixit, quòd propter naturalem effectum plus patri videtur concessum, vt ibi per eum, quia pater melius, quam alius scit consilium capere pro filijs, d. l. nec in ea, ff. de adul. & d. l. si furioso impuberi, ff. de cur. fur. prout superius dixi, si verò dos de paragio † taxata fuisset à Iudice filię maritalitæ plusquam sit tertia, vel dimidia tertię, vel filię in capillo plusquam sit tota tertia portio, quam fuisset habitura, si non fuisset exclusa à successione feudi, possit huiusmodi taxatio per viam supplicationis, & reuisionis retractari, prout voluit Bart. in similibus in l. arbitrio, ff. qui satisda. cog. quia sicut Iudex non debet post arbitrari minus legitima portione in taxanda dote de paragio, vt scripsi supra in præced. q. ità etiam in filia maritalitæ non debet post plus arbitrari, quòd sit tota portio, quam filia fuisset habitura, si successisset ab intestato,

testato, etiam si illa tota portio non sufficeret, vt pari dignitate nũbere posset, ita formaliter *Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, in ult. col. vers. ultimo verò, & latius scripsi supra in 3. 2. q. vers. 2. casu principali.*

ADDITIO.

- A *Consilium*] Vide *Becc. cons. 112. Menoch. de arbitr. iud. cas. 149. nu. 5. cum seq. Caualea. decis. 5. n. 99. & 100. in 3. par. Ioseph. Cum. in cap. Si aliquem, in vers. maritata, nu. 169.*
- B *Hæreditarium*] Vide quæ notant *Vasq. de successio. par. 1. lib. 3. s. 30. limit. 34. nu. 233. cum seq. Bursat. cons. 132. per tot. vbi multa in materia.*

Mastrillus.

SVM MARIYM.

- 1 *Fideicommissi onus, vel aliquod aliud grauamen an possit apponi in danda dote de paragio.*
- 2 *Legitima debetur absque onere, vel grauamine.*
- 3 *Pater constituens dotem filie sue nõ potest ei substituere alium, si decesserit sine filijs.*
- 4 *Dos debita à statuto non debet compensari cum alio debito, vel legato.*

ARGUMENTVM.

Fideicommissi onus, vel aliquod aliud grauamen an possit apponi in danda dote de paragio.

QVAESTIO XXXV.

Trigesimoquintò quæro, vtrum in danda dote de paragio possit apponi per dotatẽ aliquod grauamen, * seu onus fideicommissi. † In hac quæstione reperio *Bald. in indiuiduo in l. fin. in 2. col. vers. sed pone, quod statutum, C. de dot. promiss. vbi dicit, quod si pater dedit dotem filie suæ, & stipulatus est, illam sibi restitui, vel hæredibus suis, tenetur pater, & eius hæredes remittere filie hanc stipulationem, quia talis dos debita pro forma statuti successit loco legitimæ, sicut & dos de paragio, vt dixi supra in 2. q. sed legitima † debetur absque aliquo onere, vel grauamine, l. quoniam in priõribus, & ibi per *Iaso. post alios,**

*C. de inoff. test. & in dote de paragio dixit hoc expressè Andr. de Iser. in d. Const. In aliquibus, dum allegat d. l. quoniã in priõribus, & idem Andr. ibi in prima col. in fin. vers. super verbo maritare, & in 4. col. vers. eadem ratione, ergo, &c. de quo vide Alex. cons. 179. incip. viso processu, in 3. col. vers. prætered statutum, in 5. vol. & vide per *Modern. in tract. quod extan. masc. q. 6. in fin. & q. 103. & Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. si C. de dot. promiss. Hanc quæstionem et posuit in terminis Luc. de Pen. in l. unica, in autepen. col. & seq. vers. hæc faciunt ad quæstionem, C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. vbi stante huiusmodi dispositione facta per fratrem dotantem, soror dotata decessit alio hærede instituto, & ibi adductis motiuis pro, & cõtrã, certo modo distinguit, vt ibi per eum, quem refert, & sequitur *Matth. de Aff. in Const. Fratribus, in 2. col. ver. Secundò quæro, de fratre obligante partem feudi, lib. 3. Quinimmo si patri, vel fratri dotando filiam, vel sororem stipuletur, vel paciscatur, dotem sibi reddi, vel hæredibus suis soluto matrimonio sine liberis, talis stipulatio debet intelligi, si matrimonium soluatur per mortem vxoris, non autem si per mortem viri, vt voluit *Bald. Nouell. in tract. suo de dot. in prima par. in 5. col. vers. vidi etiam consilium, & in 11. priuil. 7. par. in 12. col. vers. Decimo, & ultimo limit. vbi latè de hoc, vnde ex his infero primò, quod pater † relinquens dotem filie suæ non poterit ei substituere alium, si decesserit sine liberis, vt habetur per *Modern. in tract. quod extan. masc. q. 62. de quo vide etiam per *Ias. in l. ex tribus, in ult. col. vers. ultimo, C. de inoff. test. Secundò infero, quod hæc dos † non debet compensari cum alio debito, vel legato, vt voluit *Petr. de Anch. cons. 26. in ult. col. & *Modet. in d. tract. quod extan. masc. q. 56.********

ADDITIO.

A *Grauamen*] Ad hanc quæstionem addo *Ioan. Franc. de Apont. cons. 65. num. 4. 7. & 17. primo vol. Vincen. de Franch. decis. 196. per tot. Vrsill. ad Aff. in decis. 160. num. 4. qui allegat *Loffred. in cons. 26. Cumia. in cap. Si aliquem, in verbo maritata, nu. 112. & 170. Francisc. Viui. decis. 9. lib. 1. Sfor. Odd. cons. 63. num. 1. vol. 1. Decian. resp. 6. nu. 17. vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 92. Menoch. cons. 71. nu. 4. Capyc. decis. 176. num. 6.**

Sed quid in eo, quod excedit legitimã,

F vt

ut nubat pari, vide multos, quos refert, & sequitur *Surd. conf. 291. num. 23. vol. 2.* & bonam distinctionem, quam tradit *Vasq. in tract. de succession. § 10. ampliāt. 24. num. 259. & cum multis sequent. lib. 1. fol. mibi 197.* & eum sequitur, licet eum non alleget *Don Francisc. Manti. nunc S. R. E. Cardinalis amplissimus in tract. de coniect. tit. 8. n. 27. vers. & si specialiter, lib. 7. D. Franc. Milanens. consumatissimus Iuriscōsultus in decis. M. R. C. 10. num. 52. lib. 1.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Pater Baro, qui maritauit filiam, & constituit dotem, an pro ea parte, quæ deberetur post mortem, possit grauare successorem in feudo.
- 2 Dos soluta filie deducitur tãquã as alienum in taxanda dote alteri filie.
- 3 Dos data à patre confertur cum alijs fratribus, & sororibus in successione.
- 4 Maritus, qui fecit impensas pro recuperanda re dotali, pro ea quantitate, pro qua percipit fructus, tenetur ad expensas, & illa non minuunt dotem.
- 5 Pater, vel frater si soluens dotem de paragio filie, vel sorori habuerit ab eis iurium cessionem ad diminuendum feudum, an talis cessio præiudicet alijs creditoribus quodã fructus per eos perceptos.

A R G V M E N T V M.

Pater Baro, qui maritauit filiã, & constituit dotem, an pro ea parte, quæ deberetur post mortem, possit grauare successorem in feudo.

Q V A E S T I O XXXVI.

- 1 **T** Rigesimo sexto quæro, si pater & Baro maritauit, & dotauit filiã, & soluit dotem, an possit imponi aliquod onus * filio successuro in feudo pro ea quantitate dotis de paragio, quæ deberetur filie post mortem patris, si ab eodem patre dotata non fuisset. Hanc quæstionem non reperio formatam ab aliquo, ideo procedam arguendo ad partes, prout melius in proposito

dicendum occurrit, & primò pro parte affirmatiua videtur dicendum, quod sic, 2 quia & dos soluta filie deducitur tãquã as alienum * in taxanda alia dote de paragio alteri filie, vt dixit *Bald. & Arg. in l. Papinianus, §. vnde si quis, ad fin. ff. de inoff. testam. vnde sicut filia consequta, est partem, itã etiam facit alijs partem, & computatur in numero liberorum, prout scripsi supra in 19. q. vers. 4. ergò, &c. Secundo arguitur, si pater viuens non tenetur dare dotem de paragio filie suæ iure actionis super feudo, sed officio Iudicis tantum de suo patrimonio, & non pro ipso feudo, *l. fin. & ibi Bart. C. de dot. promiss. & declarat Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in ult. col. prout latiùs scripsi supra in 25. q. Secundo membro principali, & in 23. q. vers. pro clara igitur intelligentia, ergò quatenus pater viuens dotauit filiam, voluntariè fecit, & liberauit feudum ab ea obligatione, ad quam successor iure actionis pro dote de paragio fuisset obligatus, & per consequens eadem non poterit obligare successorem in feudo, quatenus eum liberauit ab eo, ad quod ipse tenetur. Tertiò arguitur sic, dos & data, per patrem filie confertur cum alijs fratribus, & sororibus in successione eius, à quo reperitur fuisse dotata, aut ex testamento, & *l. vt liberis, & ibi per Doctor. C. de collat. & etiam imputatur filie in legitimam, l. quoniam nouella, C. de inoff. test.* sed dos de paragio succedit loco legitime, vt dixi supra in 2. q. ergò imputabitur filie in legitimam, & per consequens hæc dos data per patrem liberat fratrem succedentem in feudo ab hoc onere præstandi dotem de paragio, sicut liberabit eum ab onere præstandi legitimam.**

In contrarium pro parte negatiua arguitur, quando pater acquisiuit feudum, vt feudum, dicitur illud acquisiuisse cum omnibus oneribus suis, vt voluit *Bal. per illum tex. in l. qui tabernas, & in l. cum videret, ff. de contr. emp. sed onus dandi dotem de paragio est onus feudi, & afficit ipsum feudum in subsidium, vt scripsi supra in 3. q. ergò licet hoc onus non affecerit patrem iure actionis, afficit tamen eum officio Iudicis, vt dixit idem *Andr. de Iser. in d. Constit. In aliquibus, in ult. col. vers. circa materiam, quo casu si pater dando dotem filie liberauit ipsum feudum ab onere sibi annexo, non propter hoc poterit onus aliud super eodem feudo filio successuro imponere, quia tunc idem actus numero**

eodem momento simul, & semel operaretur duos cōtrarios effectus respectu eiusdem feudi, scilicet liberationem, & obligationem ipsius feudi, quod fieri non debet, *l. in numerationibus, ff. de sol. & scripti supra in 12. q. vers. his igitur.* Secundò arguitur sic, sicut si maritus † facit impēsas pro recuperanda re dotali, ex qua percipit fructus, pro ea quātitate, pro qua percipit fructus ex re dotali tenetur facere expensas de suo. Itā quòd nec illæ expensæ minuunt dotem, nec eas soluto matrimonio repetere poterit, itā *Bald. in l. 1. in 3. col. vers. secunda questio, C. de bon. mat. de quo latius scripsi supra in 24. q. vers. Secūdo verò casu principali,* ergò eodem modo si pater percipit fructus ex feudo, & dedit dotem filię, liberando ipsum feudum pro ea quantitate, pro qua fructus percipit ex feudo, non potest dotem solutam repetere, & sic non potest aliud onus in feudo imponere pro dote prædicta, quasi tunc dictam dotem ex fructibus feudi soluere, & feudum liberare teneatur, ex quo infero, quòd si pater, vel frater † dedisset filię, vel sorori dotem, & habuissent iurium cessionem ab eis ad dininuendum ipsum feudum contrā alios creditores feudi, talis cessio nihil operaretur quòd quantitatē fructuum per eos perceptorum ex feudo, ex quo dictum feudum de per se super fructibus feudi ab eius oneribus liberare teneatur per prædicta, super quibus quia nihil expressè decisum inuenio, pro nunc relinquo melius cogitandum.

A D D I T I O.

A Onus] Dic, quòd sic, & itā sine difficultate videmus hodiè in Regno per Barones cōstitui census iuxta formam Bullæ super feudis, cuiuscunque formæ sint, de cuius veritate vide *Don Francisc. Milanens. decis. M. R. C. §. num. 360. cum seq. & decis. 5. num. 10. & seq. lib. 1.*

Sed an pro interufurijs decursis, seù fructibus retardatæ solutionis dotis de paragio possit cōstitui census, & grauari successor in feudo, dic quòd sic, quia hæc interufuria, & fructus sunt etiam onus feudi, ex quo dos, & interufuriū dotis æquiparantur, ex his, quæ tradit *Author noster supra q. 31. num. 6. & itā tradit Blas. Lancæa in cap. Volentes, quem allegat ibidem Canner. fol. 92. ver. at non erit, num. 9. & per tot. licet sit in contraria opinione, sed eius opinio in Regno hodiè non procedit, & secundum opinionem Blas. fuit aliàs de-*

cisum in M. R. C. in causa illustri Donnæ Beatricis Sances contra illustrissimam, Donnā Mariam de Aragonia Marchionissam Auolæ die 15. Iunij 11. Ind. 1583. vno Iudicum eiusdem M. R. C. existente, Mario Mastrillo genitore meo. Et quid in dotario, an pro eo possit grauari successor, ex quo sit onus feudi, dic quòd non, ex his, quæ tradit *Canner. in cap. Volentes, fol. 97. vers. sed an doherium.*

B Aes alienum] Et ratio est, quia est onus legitimum, vt supra q. 3. & ibi alios allegauimus, quod itā etiam dicendum est in alijs oneribus legitimis, secus si de illegitimis, vt benè tradit *Crauet. in consil. 141. num. 5. vbi reddit rationem, quia aliàs daretur occasio fraudandi filios legitima, & itā dicit fuisse iudicatum, & hanc opinionem non habere cōtradictorem sequitur *Surd. cons. 216. nu. 14. vers. intelligendo tamen, Author noster in q. 2. num. 8. dum facit mentionem in terminis prædictis de onere seruitij militaris.**

Sed posset dubitari, an soror debeat expectare ad habendam dotem de paragio, donec cognoscatur de illegitimitate, vel legitimitate onerum super feudo, si ea altiore indaginem, & cognitionem requirant, vide ea, quæ tradit singulariter *Picus in l. in quartam, num. 170. & 171. ff. ad l. falcid. & ibi Rip. Vincent. de Franch. dec. 127. per tot. vbi alios allegat in fin. in vltima impressione, *Surd. cons. 248. nu. 7. volum. 2. & quia in hac quæstione reperio *Doct. supra allegatos inter se vacillantes pro vna, & alia opinione, cum non modicam habeat difficultatem, adeò quòd ipse *Franch. vbi sup. dicit, Sacrum Cōsilium non determinasse causam illam, ideò cogitandum relinquo.****

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa dotis de paragio an dicatur feudalis.*
- 2 *Feudalis causa qua sit.*
- 3 *Causa feudalis agitari debet coram domino feudi.*
- 4 *Iurisdictio feudi spectat ad dominū feudi.*
- 5 *Magna Curia in hoc Regno cognoscit de causa dotis de paragio, & vita, & militia.*
- 6 *Soror, qua per mortem fratris agit ad feudum, agere debet in Mag. Reg. Cur.*
- 7 *Mulier habens feudum non potest contrahere matrimonium sine licentia Regia.*

ARGUMENTVM.

Causa dotis de paragio an dicatur feudalis.

QVÆSTIO XXXVII.

I Rigesimosseptimò principaliter
A quero, vtrum causa † dotis de
 paragio dicatur causa feudalis,
 * Breuiter dico, quòd sic, & deduco ex pluribus. Primò, quia vbi causa venit decidenda ex lege feudi, illa dicitur causa feudalis, † ità dixit *Innoc. in cap. ceterum, in fin. de iud.* quem refert, & commendat *Bald. in cap. i. in 1. col. de inuestit. in mari. fact.* sed causa dotis de paragio venit decidenda còditione ex lege feudi, seu *Constit. In aliquibus*, vt dixit *ibi Andr. de Iser. in 3. & 7. col. ergò, & c.* Secundò, quia vbiunque fit commemoratio feudi ad fundandam, coadiuuandam, vel repellendam intentionem agentis, illa dicitur causa feudalis, ità dixit in indiuiduo *Bald. in tit. de par. const. in rer. signat. controuersia, vers. & si queras*, sed in causa dotis de paragio fit commemoratio feudi ad fundandam, & coadiuuandam intentionē sororis agentis ratione feudi possessi per fratrem, vel alium conuentum, per quem soror fuit exclusa à successione feudi, vt dixit *idem Andr. in d. Const. In aliquibus, in 6. col. nec non & ratione executionis sententiæ super feudo in subsidium*, vt dixit *idem Andr. de Iser. in Constit. Si quis post litem*, prout latius scripsi supra in 129. vers. 2. *praesuppono*, igitur, & c. Tertiò, quia vbi vertitur causa, † quæ quoquo modo tãgit ipsum feudum, vel tributum, vel seruitium militare, illa debet agitari coràm domino feudi, ità *Panorm. in d. cap. ceterum, in 4. col. de iud.* & sic agitari debet in Mag. Reg. Cur. tanquàm ordinario Iudice feudi, & in *Const. Statuimus, in prin.* sed in causa dotis de paragio saltem aliquo modo tangitur per feudum, super quo debetur dos de paragio in subsidium, vt dixi sup. ergò, & c. Quartò, quia sicut iurisdictio † feudi spectat ad dominum feudi, quoniã agitur actione personali proueniente ex obligatione, quæ habuit ortum ratione feudi, vt est petitio seruitij, vel alterius oneris annexi in feudo, vt dixit in terminis *Aret. conf. 83. incip. quia multa, in 2. col. in fin. post Hostien. & Dom. Ant. in d. cap. ceterum*, vt ibi per eum, sed ad dotem de paragio agitur còditione ex lege, & sic

ex actione personali proueniente ex obligatione, quæ ortum habuit ratione feudi, vt dixit *Andr. in d. Const. In aliquibus, in 3. & 7. colum.* quia còdictio ex lege dicitur actio personalis, § *appellamus, Inst. de ad. ergò, & c.*

Quintò ratione cognitionis, quia causa † dotis de paragio, & vitæ, & militia non consueuerunt cognosci per alium Magistratum in hoc Regno, quàm per M. R. C. tanquàm per dominum feudi, *d. Const. Statuimus*, ità quòd si talis causa esset allodialis, & non feudalis in primo iudicio cognosci deberet per ordinarium loci, & nõ per M. R. C. & posset allegari declinatoria fori, & sic iurisdictio M. R. C. diminuireretur distinguendo, prout distinguit *Aret. in d. cap. ceterum, in 3. col. & ibi Fel. de indi, ergò, & c.*

Ex quibus infero, idem esse si agatur actione reali, vel personali pro alijs oneribus, & iuribus feudi, per prædicta, vt pro his intentandis pariformiter dicatur causa feudalis, & per conseqens agitari debet in M. R. C. huius Regni, per *tex. in d. Const. Statuimus*, & duplicari debeãt omnes termini, iuxta formam ritus, & transmitti processus causa recognoscendi ad literas Regis ad suum Sacrum Regium Consilium, iuxta formam Capitulorum Regni; Aduertendum tamen est, quòd idē *Andr. in d. Const. In aliquibus, in 3. col. vers. sed quid si fratres, ibi, & secundum istam viam*, videtur aliter sentire, dum dicit, quòd quando soror † propter moram fratris non dotantis agit ad feudum, agere debet in M. R. C. ergò videtur inquirere, secus erit si simpliciter ageretur ad petendum dotem de paragio, quem simpliciter sequitur *ibi Matth. de Affl. in 8. colum. in 5. not. vers. & primò pane, reperio etiã, quòd Andr. de Iser. in Const. Honorem, in 3. col. vers. sed si ipsa mulier, de uxore non ducen. sine liberis, lib. 3. dicit*, quòd mulier † habens feudum non potest contrahere matrimonium sine licentiã Regia, nec etiam illud contrahere poterit, si habebit actionem personalem ad feudum, secus si haberet actionem ad petendam dotem de paragio, quæ debetur in pecunia, & sic inquit, quòd licet actio personalis ad petendum corpus ipsius feudi sit feudalis ratione licentiæ requisitæ, vt supra, tamen secus est in actione ad petendum dotem in pecunia, quasi tunc illa non dicatur causa feudalis, tamen dici poterit, quòd satis sufficit, si potest in subsidium fieri executio super feudo, vt dixit *Andr. de Iser.*

Ifern. in d. Const. Si quis post litem, & in r. 1. §. quid ergo, in 2. col. de inuest. de re alie. fac. & in d. Constit. In aliquibus, in 5. col. & sequ. vers. quid si desinat habere feudum, ibi verius est, & ibi allegat l. commodissime ff. de re iud. quem sequitur Matth. de Affb. in d. Const. In aliquibus, in 9. col. & seq. vers. quinto queritur, & scripsi supra in 12. q. uers. secundo presuppono, & ita seruatur in M. R. C. huius Regni, vel illud fortè procedit ratione licentiæ, non autem ratione causæ feudalis, maxime quia dicta licentia hodiè reperitur limitata, & restricta, certo modo, per Capitulum Regis Iacobi 22. in tit. de contrahen. mat.

A D D I T I O.

A Vide per me annotata in *tract. de iur. & milit. in quest. 3.* & hic repete, & dicemus infra in *tractat. de iudic. caus. feud. questio. 3. & quest. prima.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Quo iure agatur ad petendam dotem de paragio.
- 2 Statuto stante, quòd stantibus masculis filia dotata non succedat, filia agit conditione ex illo statuto ad petendam dotem.
- 3 Pater non tenetur conditione ex lege dotare filiam, sed officio Iudicis, secùs in fratre, & nepote.
- 4 Statutum odiosum non potest extendi.
- 5 Tertius possessor non potest cogi ad dotem de paragio, conditione ex lege.
- 6 Actio personalis sequitur personam, et non fundum.
- 7 Authoris distinctio, quo iure agatur ad petendam dotem de paragio.
- 8 Dos de paragio quo iure hodie in Regno taxetur.
- 9 Salarium Aduocatorum, & Procuratorum taxatur extrà ordinem, parte non citata.
- 10 Sollemnitas iuris non requiritur in taxatione alimentorum.
- 11 Executio sententiæ alimentorum non suspenditur per appellationem.

A R G V M E N T V M.

Quo iure agatur ad petendam dotem de paragio.

Q V A E S T I O XXXVIII.

T Rigesimo octauò quæro, quo iure agatur ad petendam dotem de para-

- 1 gio. † Respondeo, cum hæc dos de paragio debeat pro bonis feudalibus tantum, à quorum successione foemina concurrens ex prerogatiua sexus reperitur exclusa, vt dixi supra in 19. q. ratione cuius exclusionis in æquivalentem recompensationem introducta fuit dos de paragio, per *Const. Regni In aliquibus, in tit. de succ. fil. Com. & Baro. lib. 3.* prout dixi supra in *prima q.* nec istud alibi iure cautum reperitur, ideo ad petendam hanc dotem de paragio conditione ex lege Regni, seu *Const. In aliquibus*, & per consequens iure actionis personalis agi debet, ita expressè dicit *Andr. de Ifern. in d. Const. In aliquibus, in 3. col. vers. sed quid si fratres masculi, & ibi in 7. col. vers. sed nunquid.*
- 2 Confirmatur hoc, quia stante statuto, † quòd extan. masc. filia dotata non succedat, poterit hæc filia conditione ex illo statuto, & sic iure actionis conditione ex lege municipali agere ad dotem, quia conditione ex lege dicuntur actiones in personam, §. appellamus, *Instit. de act. de quo vide per Iaso. in l. de alimentis, in fin. C. de transf. & per Moder. in tract. quòd extan. masc. q. 67.* ergò ità in proposito dicendum, & ratio est, quia ad legitimam iure naturæ debitam agitur conditione ex l. omnimodo, & l. si quis filium, C. de inoff. test. prout declarat *Ange. in l. quisquis, in vlt. col. C. ad l. Iul. maies.* sed dos de paragio succedit loco legitimæ, vt dixi supra in 2. q. ergò. *

A Istam conclusionem intelligo primò procedere in fratre, & nepote, & alijs personis in d. *Const. In aliquibus* expressis, qui tenentur de iuris necessitate, & ex dispositione d. *Const.* sorores, & amitas secundum paragium maritare, non autem in patre, † qui tenetur filiam suam maritare, & dotare Iudicis officio tantum, & nõ iure actionis, l. fin. C. de dot. promiss. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. cum post, §. gener, & l. quæro, ff. de iur. dot. & l. si filia, de leg. 3. & ita dixit *Andr. de Ifer. in d. Const. In aliquibus, in vlt. col. vers. circa materiam*, de quo latius scripsi supra in 15. q. in secundo membra principali, & ratio diuersitatis est, quia d. *Const. In aliquibus* est odiosa, † vt potè disponens contra ius commune, videlicet contra l. maximum vitium, C. de lib. præt. vt dixit *Andr. de Ifer. ibi in 1. col.* & non loquitur in patre, seu in fratre, & nepote, qui debent dotare sorores, & amitas exclusas à successione feudi post mortem patris, & ideo tanquam odiosa ad vnā persona ad aliam non debet extendi, l.

quidam, ff. de lib. & posthum. cum vulg. & inde est, quod pater filiam dotatam aliunde non tenetur ulterius de suo proprio patrimonio dotare, quia ad eam dotandam non nisi Iudicis officio tenetur, & tamen frater tenetur prestare dotem de paragio sorori suæ maritatæ, & dotatæ aliunde, quia ad eam dotandam tenetur iure actionis, ut uoluit Alex. conf. 7. incip. *nisis*, in 3. col. vers. *non obstat*, in 2. uol. Ias. in d. l. de alimentis, in 2. col. vers. ult. C. de transact. de quo latius scripsi supra in 12. q.

Secundò intelligo conclusionem prædictam procedere contra fratrem, vel nepotem succedentem in feudo, & illud possidentem, non autem tertium ꝑ possessorem feudi, in quem post mortem patris reperitur alienatum, ita determinat And. de Iser. in d. Constit. in aliquibus, in 6. col. vers. *quid si desinat habere feudum*, ubi assignat rationem, quia conditio ex lege, quæ competit sorori ad petendam dotem de paragio dicitur actio in personam, s. appellamus, Instir. de act. sed actio ꝑ personalis sequitur personam, & non sequitur fundum, seu possessorem fundi, l. *fn.* ff. de contrah. empt. l. 1. s. si heres, ff. ad Trebell. nec ex ista actione personali nascitur aliquod ius hypothecæ tacite, vel expresse, quod afficiat tertium possessorem feudi, ut ibi per eum, & latius per Matth. de Afflic. ibi in 10. col. & seq. in 6. col. & per eundem Matth. de Afflic. dec. sua 162. incip. *pater*, de quo scripsi supra in 3. q.

Confirmatur hoc ex alio, quia remediū l. 2. C. de rescind. vendit. parit conditionē ex lege, secundum magis communem opinionem Doctorum ibi, & ideò non datur contra * tertium possessorem rei venditio, ut declarat ibi Bald. in 13. q. et Salyc. ibi in 12. q. quos refert, & sequitur Alex. conf. 9. incip. *prospeltis*, in 3. col. vers. *secundò respondeo*, & vers. seq. in 1. uolum. Si verò feudum fuisset alienatum per defunctum, vel eius antecessores, qualiter agendum sit, scripsi latius supra in 24. q.

Vndè pro clara intelligentia istorum distinguendum ꝑ est, quòd aut feudum, pro quo petitur dos de paragio possidetur per fratrem succedentem, vel eius heredem, aut per tertium, in quem post mortem patris reperitur alienatum: Primo casu dico, quòd agendum est condicione ex lege, seu Const. In aliquibus contra fratrem possidentem ad tantam quantitatem in pecunia numerata, Iudicatis arbitrio taxandam, ad quantam tota, & vera quantitas dotis de paragio attenda quantitate reddituum

feudi, & numero liberorum ascendere potest, prout scripsi supra in 28. q. & executio dotis fiat in pecunia numerata, pro summa taxata, & discussis bonis allodialibus, & non repertis in subsidium deuenitur ad feudum iuxta l. *comodissimi*, ff. de re iud. & illud adiudicabitur pro quantitate dotis de paragio taxata iuxta formam sententiæ, donec eadem dos in pecunia solvatur, prout declarat And. de Iser. in Const. Si quis post litem, in titul. de pen. contum. in ciuil. lib. 1. et in cap. 1. s. quid ergo, in 2. col. de inuest. de re ali. facta, & Matth. de Affl. in d. Const. In aliquibus, in 9. col. & seq. vers. *quartò quaritur*, de quo latius scripsi supra in 12. q. vers. *Secundò presuppono*. Secundo verò casu agendum est contra fratrem non possidentem feudum condicione ex lege prædicta, quia ex quo semel tempore mortis patris filius successit in feudo, & illud possedit, statim fuit obligatus actione personali, & condicione ex lege, ad dandam sorori dotem de paragio, & licet illud feudum exinde alienauerit, tamen actio personalis semel obsibus ipsius fratris affixa propter alienationem ipsius feudi non fuit extincta, l. *obligationum ferè*, s. *placet*, ff. de act. & obl. l. *en.* cui mutuum, C. eodem, & ita dixit Bald. in d. l. 2. in 13. q. & ibi Salyc. in 12. q. C. de rescind. uend. nec illa actio translata fuit contra tertium possessorem feudi, quia actio personalis non sequitur fundum, ut superius dixi, & eodem modo fiet petitio, condonatio, & executio in pecunia numerata pro summa taxata in bonis allodialibus ipsius fratris, ita expresse dixit And. de Iser. in dict. Const. In aliquibus, vers. *quomodo ergo consuletur*, verum quia frater posset esse non soluendo, quia discussis bonis * allodialibus eius non esset satisfactum sorori pro tota dote de paragio, nec eo casu posset ultimo loco in subsidium deueniri ad feudum contra alium tertium non citatum, nec condemnatum, ideò ipse transe ibi ad alia remedia, quòd agar soror actione reuocatoria contra fratrem alienantem, ut reuocet feudum à posse tertij possidentis, vel ut frater cedat iura sorori contra tertium possessorem feudi, vel verius, quòd condonatio, & executio dotis fiat contra fratrem in pecunia numerata, & inde deueniatur ad iura, & contra tenentem feudum, si id confiteatur, vel si negat, agatur reuocatoria dato curatore bonis, ut ibi per eum, & per Matth. de Affl. ibi in 10. col. vers. 6. *quaritur*, & col. seq. vers. *quæ ergo actione*, ubi dicit, dari sorori contra tertium

tertium possessorem feudi actionem in factum subsidiariam, per *l. quotiens, ff. de præscrip. verb.* vt ibi per eum, vltra quem mihi videtur ad dandam dotem de paragio in pecunia numerata, prout superius dixi, nec non citetur etiam tertius possessor feudi, quatenus sua putauerit interesse, vt exequutio sententiæ absque aliquo alio nouo iudicio apprehendat etiam tertium possessorem fundi, & contra eum in subsidium deueniatur ad feudum ordine suo, perinde ac si deueniretur in subsidium ad feudum, si frater illud possideret, per ea, quæ cumulantur per *Franc. in c. ex ratione, versic. & adde, num. 92. de appell. per Feli. in c. cum inter, 7. col. & sequens. limita secundò, de excep. & per Iaso. in l. fin. in 11. col. versic. item in quantum, post alios ibi per eum relatos, C. de edit. diu. Hadr. toll.*

D8 Hodie tamen in hoc Regno † parte non contradicente expressè, & per supplicationem consuevit etiam per M. R. C. taxari dos de paragio, & vita, & milita ex abrupto, & extra ordinè, Iudicis officio, & parte non citata, verificatis extremis, videlicet quantitate reddituum feudi tempore mortis feudatarij, & numero liberorum, nec non possessione feudatarij succedentis, & illis productis, in uim protestatorum vnà cum supplicatione petentis in uim qualis qualis petitionis, & taxari consuevit dos de paragio ad tertiam tertiam, vel etiam ad totam tertiam legitimam portionem, quam soror fuisset habitura, si vnà cum eius fratre ab intestato successisset in feudo tanquam in corpore allodiali, prout latius distinxi supra in 32. q. & inde uirtute taxationis prædictæ fieri consuevit executio in M. Cur. pro summa taxata dotis prædictæ, aduersus quam executionem cadunt oppositiones modificatiuæ tantum, iuxta ea, quæ ponit Ias. post alios in *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* & iste modus taxandi fortè sumpsit originem ex antiqua consuetudine, & obseruantia M. R. C. vt quemadmodum extra ordinem Iudicis officio taxatur salariū

9 † Aduocatorum, & Procuratorum, parte non citata, prout declarat *Salyc. & alij in l. aduersus, C. mand. glos. & Doctor. per illū text. in l. salarium, §. mandatis, & in l. 1. §. in honorarijs, ff. de uar. & extraord. cogn.* sicut etiam taxantur expensæ factæ in causa post sententiam victori ex officio, & parte non citata, & sicut inde proceditur in causa oppositoria aduersus salariū taxatum, & aduersus æstimationem expen-

sarum, eodem modo taxatur hæc dos de paragio, & vita, & militia, & inde procedi pot via executiua, vt supra, & tantò magis potuit hoc induci respectu dotis de paragio ratione publicæ utilitatis, quia dotis causa semper, & vbique præcipua est, & Reipublicæ interest, dotes mulieribus conferuari, *l. 1. ff. sol. mat.* & respectu vitæ, & militiæ potuit induci, quia in

10 causa alimentorum † non requiritur aliquis libellus, nec aliqua iuris sollempnitas, sed proceditur Iudicis officio, vt declarat *Bart. in l. si quis à liberis, in princ. & in §. si uel parens, ff. de lib. agn. cum concord. de quibus per Iason. in §. præiudiciales, in 4. col. in fin. uers. in eagl. ibi. summam, Inst. de act. & quia causa alimètorū exigit celeritatem, & in ea consueuerunt dilationes abbreviari, vt dixit *Bart. in l. 2. in pen. col. uers. item quæro, ff. de re iudic.* & in ea proceditur diebus feriatis, *l. 2. ff. de fer.* & propterea exequutio sententiæ latæ in cau-*

11 sa † alimentorum non suspenditur per appellationem, vt declarat *Iason. in l. de alimentis, in ult. col. uers. ex isto textu, C. de transact. nè interim filius fame pereat, l. si neget, & ibi Bart. ff. de lib. agn.* verum quia prædicta procedunt in alimentis futuris, & non alimentis præteritis, quia rationes prædictæ de alimentis futuris tantum intelliguntur, & ideò magis priuilegiata sunt alimenta futura, quam præterita, maximè quia pro alimentis futuris proceditur summarie, iuxta formam ritus Regni, & pro alimentis præteritis proceditur ordinariè, & maius periculum uertitur in alimentis futuris, quam præteritis, & ideò exigunt celeritatem, & etiam quia magis priuilegiata, & fauorabilis dos est futura, quam præterita, videlicet quæ debetur sorori nõdum maritatæ, & in capillo, vt pari nubere possit, quam ea, quæ debetur sorori maritatæ, prout latius scripsi supra in 32. q. uers. secundo casu principali, ideò dici posset, quòd isto modo procedendi, exequutio procedi possit in eadè M. R. C. pro dote de paragio taxanda sorori nondum maritatæ, ut pari nubere possit, non autem pro dote taxanda sorori maritatæ, & pro vita, & militia futura, non autem pro vita, & militia præterita, in quibus militat diuersa ratio, prout supra dixi, ideò diuersum ius sequi deberet, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum vulgar. tamen eadem M. R. C. cum eundem modum procedendi exequutum in utraque dote de paragio, quæ debetur tam sorori maritatæ, quam maritandæ, & tam in vita, &

militia præterita, quam futura seruare consuevit, & propterea hic mos, & consuetudo Regni seruari debet, prout scripti supra in 1. q.

A D D I T I O.

- A** Ergo] Et an pendente lite dotis, de paragio debeat soror alimentari per fratrem primogenitum, dic quod sic ex *Vrsill. in addit. ad Afflic. dec. 19. n. 4.*
- B** Tertium possessorem.] Vide *Afflic. dec. 162. & ibi Grammat. in addit. & dec. 10. & Vrsill. qui alios referunt, Addent. ad Consuet. Neapol. fol. 208.*
- C** Allodialibus.] Nota quæ allegauit supra in q. 1. 2. litera B. sed aduerte, quod Cap. Carol. de quo ibi mentionem feci hodie est reuocatum per aliud Cap. Catholicæ Maiestatis Regis Philippi, pro cuius dispositione aliàs in M. R. C. fuit declaratum validum secundum decretum interpositum super feudalibus, non discussis allodialibus pro dote de paragio, vt nouissimè refert *D. Francisc. Milanens. consummatissimus Iurisconsultus in dec. M. R. C. 5. num. 63. lib. 1. & per totam.* quem post hæc scripta impressum vidi.
- D** Hodie tamen in Regno.] Vide *Osta. Cors. in quest. forens. super Ritu, lib. 2. q. 1. num. 7.* qui allegat Authorem nostrum, *Cumi. super Rit. cap. 4. num. 7.* Don *Francis. Milan. ubi supra, num. 20.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius petendi dotem de paragio an transmittatur ad hæredem.
- 2 Priuilegium personale cum persona extinguitur.
- 3 Iura, quæ cohærent personæ non transferuntur in singularem successorem.

A R G V M E N T V M.

Ius petendi dotem de paragio an transmittatur ad hæredem.

Q V A E S T I O XXXIX.

- A** Trigesimononò quæro, vtrum ius petendi dotem de paragio transmittatur * ad hæredem. † In hoc breuiter dico, quod sic, quia dos de paragio successit loco legitimæ, vt di-

xi supra in 2. q. sed ius petendi legitimam transmittitur ad hæredem eius, cui debetur, prout expressè determinat *Alex. conf. 55. incip. uiso tit. questionis, in ult. col. in 2. uolum.* de quo vide per *Modern. in tract. quod extant. mascul. q. 84. & Iaso. in l. quoniam in prioribus, in 2. col. uers. 4. notabiliter limita, C. de inoffic. testam.* intelligo tamen, vt hoc ius petendi dotem de paragio transmittatur ad hæredem sororis maritandæ quoad tertiam partem portionis tantum, non autem quoad totam tertiam, quam fortè posset habere soror viuens, ad hoc vt pari nubere possit, quia illud plus vltra tertiam tertie portionis prædictæ vsquè ad totam tertiam taxari potest sorori maritandæ, & arbitrio Iudicantis, vt nubet pari, prout scripsi supra in 32. qu. ad fin. & datur ex priuilegio capilli, quod est personale, & datur ad tempus antequàm nubat, quæ rationes cessant in personam eius hæredum, & ideò tale ius transmissum non potest excedere tertiam tertie portionis prædictæ, quia priuilegium personale personam † sequitur, & extinguitur cum persona, sicut dicimus in marito, vt per *Bart. in l. quia tale, ff. sol. matr. & quia postquam mortua est soror, cessat arbitrium Iudicantis, vnde perinde haberi debet, ac si primò nupsisset, & inde mortua fuerit, & quia qualitas arbitrii Iudicantis iuncta verbo taxationis dotis regulari debet secundum tempus taxandi, & sic secundum tempus verbi, *Lin delictis, s. si extraneus, ff. de nox. led tempore, quo taxatur ista dos hæredi, soror reperitur mortua, quo cessat tunc arbitrium Iudicantis, & priuilegium sororis, vt nubat pari, & per consequens debet haberi ratio in taxatione dotis transmissiue, prout in sorore maritata, quia illud ius personale cessante causa nubendi pari suo nõ est transmissibile, nec etiam cessibile, s. ex pluribus, & ibi Bart. ff. de admin. tut. quia iura, † quæ cohærent personæ, non transferuntur in successorem singularem, vt dicit *Bart. in l. licet qui, s. fin. ff. de publ. & sequitur Bart. in Auth. quas actiones, in 3. col. uers. ex istis, C. de sacros. Eccles. super quibus quia nihil ab alio taxatum, nec expressè decitum inuenio, relinquo melius cogitandum.***

A D D I T I O.

- A** Transmittatur.] Sed an hoc sit verum, si non nupsit, vide *Castr. distinctionem in l. Titio cõm, s. Titio genero, ff. de condit. & de-*

demonstr. Menoch. conf. 251. num. 24. cum multis seq. Vrsill. ad Afflitt. in dec. 160. n. 5. Canner. in c. uolentes. f. 98. uers. non esset otiosum querere. Et quid anrè nubilem eratè, Cephal. conf. 56. num. 34. Minad. in Constit. In aliquibus. fol. 143. n. 10.

Et quid in supplemento, an etiam eius petitio transmittatur, vide *Grammat. decis. 57. num. 4. Ioan. Anton. Canner. in repet. cap. si aliquem, fol. 315. uers. sed quid si filia, Cephal. conf. 56. nu. 19. Menoch. conf. 251. num. 23. Rin. iun. conf. 559. num. 18. cum seq. vol. 5. qui infinitos allegant.*

Mastrillus.

S Y M M A R I U M.

I Comes, uel Baro an pro sorore, amita, uel nepte maritanda possit petere adiutorium à uasallis.

A R G V M E N T V M.

Comes, uel Baro an pro sorore, amita, uel nepte maritanda possit petere adiutorium à suis uasallis.

Q U A E S T I O XXXX.

I **Q**uadragesimò quæro, nunquid Comes, uel Baro pro sorore, aut amita, uel nepte maritata, uel maritanda possit à suis uas-

allis petere adiutoriū. Hanc quæstionem latissimè examinaui plusquam alios uiderim in tract. meo de concess. seu. in 8. q. septima par. principalis, in 1. 2. 3. & 4. casu, declaran. multis modis, ideò non repeto, sed ad ea, quæ ibi latius dicta fuerunt me remitto.

A D D I T I O.

Vide de hac quæstione remissuè *Frec. de subseu. autho. 2. cas. 3. fol. 168. ubi latè in materia: Et an pro filia spuria maritanda, uide Marti. Laude. in c. 1. circa fi. an apud domi. uel Cur. q. seu. uers. ad illam quæstionem, ubi tenet, quòd sic, sed contra Canner. in c. si aliquem fol. 332. uers. Ad illam quæstionem. Et in materia latè uide *Vinc. de Fran. decis. 73. et 42. ubi an pro filia monacanda, Vrsi. ad Affl. dec. 136. nu. 2. & 3. & ipse Affl. in Constit. Quamplurium 9. col. q. 2. & dixi supra in q. 13. lit. C. & dicemus in addit. Deo dante, ad tractat. de concess. feud. de quo hic meminit Author noster, quem citò impressurum puto. Et an pro nepte, *Vinc. de Franch. dec. 215. num. 8. Afflitt. in dec. 265. num. 34. & Vrsi. ad ipsum ibidem num. 56. uers. circa tertium, quòd uasallus teneatur. Et an habens feudum cum pacto de retrouendendo possit petere adiutorium à uasallis pro maritanda filia, Frec. ubi supra, fol. 173. uers. hic quæro de noua quæstione.***

L A U S D E O.





PETRI DE GREGORIO
MESSANENSIS SICVLII,
ÆQVITIS, ET IVRISCONSVLTI FAMOSISSIMI.

Feudistæ Magni, Ferdinandi Regis, & Caroli V. Imp. Opt. Max.
in hoc Siciliæ Regno Consiliarij satis benemeriti.

DE IVDICIIS CAVSARVM
FEVDALIVM.
TRACTATVS.

Cum Additionibus DON GARSIE MASTRILLI V. I. D.
eiusdem Authoris pronepotis.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudalis causa quæ dicatur.
- 2 Feudi mentio vbi fit ad fundandam intentionem, illa dicitur causa feudalis.

A R G V M E N T V M.

Feudalis causa quæ dicatur.

Q V A E S T I O I.

Quoniam, vt ait *Apostolus* vas electionis ad *Corinthios* secundo capit. 3. non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, idcirco talem scribendi fiduciam habens per Christum Dominum Deum, qui hoc ipsum posse confert: Quæro primò,
1 quæ dicatur causa † feudalis.* Causa feudalis dicitur vbiunque agitur conditione ex lege feudi, ita *Bald. in cap. 1. de inuest. in mari. fac. & in cap. imperialew, s. pe.*

de prob. feud. alien. per Feder. quinimò dixit alibi Bald. in §. si qua controuersa, in tit. de pac. costan. quòd illa dicitur esse causa feudalis, vbiunque fit commemoratio
2 feudi, † ad intentionem fundandam, coadiuuandam, vel repellendam secundum leges feudorum, quem sequitur, & commendat *Arcti, & Felin. in cap. cæterum, in s. colum. post Panor. & alios ibi de iudi.*

A D D I T I O.

A Feudalis.] Vide omninò *Don Franc. Milan. in decis. 6. vbi latè, & posuit multos casus, quando causa sit feudalis, vel non, Cumi. sup. Rit. cap. in causis, sub nu. 76. iuxta suum ordinem per tot.*

Mastrillus.

A R-

S Y M M A R I V M.

A R G V M E N T V M.

1 *Causa restitutionis possessionis feudi an dicatur causa feudalis.*

Causa dotis de paragio an dicatur causa feudalis.

A R G V M E N T V M.

Causa restitutionis possessionis feudi an dicatur causa feudalis.

Q V A E S T I O III.

Q V A E S T I O II.

Secundò quæro deueniendo ad aliquos casus particulares, an causa restitutionis possessionis feudi dicatur causa feudalis. Istam quæstionem ponit in terminis *Areti. in cap. cæterum, in 2. q. de iudi vbi dicit, quòd sic, & quòd ita tenent communiter* * *Doff. vt ibi per eum, & eandem quæstionem examinat etiam Dom. Iacobus de Sancto Georgio in suo tract. de feud. in vers. & dicti vassalli pro dictis rebus feudilibus, & q. in 3. col. vers. quæro ulterius, & col. sequ. vbi dicit, hoc procedere post Bald. in d. cap. cæterum, quando intentatur possessio qualificata, idest, tanquam feudalis de re feudali, & agitur inter duos vasallos, & ex lege feudi, vt ibi per eum, de quo vide etiam Bald. cons. 83. incipiente fuit, in primo vol. in fi. alibi etiam Dom. Franc. Curt. præceptor, & promotor meus Papiensis in suo tract. de feud. in 7. par. vers. 7. quæro, late examinat hanc quæstionem, vbi relatis opinionibus Doctorum dicit, istam opinionem esse communem, distinguendo vt ibi per eum, quem non repeto, ne videar velle membranam occupare.*

Tertio quæro, nunquid causa dotis de paragio dicatur causa feudalis. † Super quo remitto me ad ea, quæ latius scripsi in alio tract. meo de dote de paragio, q. 37. * & idem quæri potest de causa vitæ, & militiæ per eadem iura, rationes, & auctoritates Doctorum, de quo scripsi in alio tract. meo de vita, & militia, q. 8.

A D D I T I O.

A *Quæst. 37.* Et vide ibi quæ annotaui, & vltra *Anniba. Troys. super rit. Regni Neapol. cap. 50. num. 3.* qui loquitur in vita, & militia, & adde hic ea, quæ annotaui in tract. de vit. & milit. q. 8.

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Causa petitionis feudi virtute pacti de retrouendendo an dicatur feudalis.*
- 2 *Magna Curia huius Regni semper eam iudicauit causam feudalem.*

A R G V M E N T V M.

Causa petitionis feudi virtute pacti de retrouendendo an dicatur feudalis.

A D D I T I O.

A *Communiter* Communem refert *Ioseph Cumi. super rit. cap. 76.* iuxta suum ordinem num. 46. sed pro hac causa an agatur coram Iudice feudi, vide *Parid. de Put. de reuintegr. feud. vers. est aduertendum, num. 7. fol. 159.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

1 *Causa dotis de paragio an dicatur causa feudalis.*

Q V A E S T I O IV.

Quartò, & subsequenter quæro, an causa petitionis feudi virtute pacti de retrouendendo dicatur causa feudalis. † Super quo distinguendum est, nunquid agatur actione personali contra eundem emptorem feudi, an verò agatur actione reali contra singularem successorem ipsius emptoris feudi, iuxta ea, quæ ponit *Paulus de Castro in l. Si cum venderet, ff. de pigno. actio.* & ponit *Alex. cons. sua 20. in primo vol. tamen in Magna Curia huius Regni semper iudicata fuit causa feud-*

feudalis, & ita fuit aliàs feruatum in cau-
fa Baroniz Montis Rubei, & in caufa Ba-
roniz Gibellinz, & in multis alijs.

A D D I T I O.

A *Pañi de retrouuendo*] In Regno habemus *Capit. Carol. 114.* eum eius declaratione *cap. 256.* & ego late dixi in eius expositione *q. 6. 16. & 23.* vbi per totam in materia huius quaestionis.

Mastrillus,

S Y M M A R I V M.

- 1 *Causa petitionis huius rei particularis feudi an sit feudalis.*
- 2 *Causa, quae quoquo modo tangit feudum dicitur feudalis.*
- 3 *Magna Curia huius Regni potest cognoscere, an sua sit iurisdictione.*
- 4 *Feudalis causa an dicatur, si vertitur quaestio de bonis mobilibus existentibus in feudo.*

A R G V M E N T V M.

Causa petitionis rei particularis feudi an sit feudalis.

Q V A E S T I O V.

1 **Q**uinto ad idem quaero, nunquid causa petitionis rei particularis feudi dicatur causa feudalis. † Respondeo super hoc, quòd *Panor. et Doct.* magis communiter in *cap. ceterum, de iud. concludunt*, quòd semper quòd causa † quoquo modo tangit feudum, illa dicitur esse feudalis, ergo si agatur de causa particulari ipsius feudi, semper erit causa feudalis, & ita voluit *Alex. conf. 1. in 2. & 3. col. in 5. vol. sed Dom. Matth. de Aff. in Const. Praeses Prouinciarum, in 1. col. & pluribus seq. in secundo not. in tit. Ut Iustitij habeant certos aduoca. lib. 1. post Andr. de Barulo, refert illam quaestionem, & arguendo ad partes ponit plures rationes pro parte affirmatiua, & plures pro negatiua, & tandem pro determinatione quaestionis distinguit, quòd aut petitur res particularis feudi quaternati, à qua denominatur totum feudum, & erit causa feudalis, aliàs non, & per consequens tunc de illa rei particulari cognoscere poterit Ordinarius, vt ibi late per eum, qui idem remis-*

siue dixit in *Const. Iustitiaris, in pen. col. in 23. nota, n. 29. in tit. de officio Iustitia. lib. 1.* Hodie tamen in hoc Regno M.R.C. semper amplectitur primam partem, vt ergo quoquo modo causa tangat feudum, semper illa dicatur causa feudalis, & ita in dabo M.R.C. semper attrahit ad se iurisdictionem tanquam Cur. Principis, & ordinaria in causis feudalibus, vt infra dicam in 6. q. & cognoscere potest, an sua sit iurisdictione, vt infra dicam in 3.

A Ex quo infero, quòd si vertatur quaestio
4 † de animalibus, vel alijs bonis mobilibus, seu munitionibus existentibus in feudo ad perpetuum usum ipsius feudi, semper illa causa dicitur esse feudalis, & per consequens eius cognitio spectat ad dominum feudi, & sic ad M.R.C. ita dixit *Lucas de Penna in l. si quando, C. de bonis vacan. lib. 10.* quem refert, & sequitur *D. Matth. de Aff. in Const. Bainti locorum, in 3. col. in 3. not. in tit. de officio Baiulorum, lib. 1. de quo aliquòd scripsi in tract. meo de concessione feudi, in prima q. 7. par. principalis, vers. 5. intelligo, vbi etiam posui de bombardis, & alijs munitionibus ad perpetuum usum Castris, vt ibi patet.*

A D D I T I O.

A *Infero*] Sed quid si agatur de fructibus feudi, an causa dicatur feudalis, & dic quòd non, quia fructus feudi non sunt feudales, *Camer. in cap. Imperialem, fol. 120. vers. sexta conclusio principalis, de prohib. feud. alien. per Feder. post Bald. in cap. 1. nu. 8. de success. feud. & ideò exequutio contra vasallum fieri potest in fructibus feudi, secundum *Spec. in tit. de prim. decr. 5. restat, num. 8. vers. & idem in vasallo, & in tit. de exeq. senten. 5. sequitur, num. 17. Paris de Put. de reintegr. feud. vers. nunc uidentum, fol. 177. num. 2. & seq. nam possunt vendi, & obligari secundum ipsum *Par. de Put. ubi sup. Ioan. Fab. in 5. item seruiana, colum. 4. Insti. de actio. & vide multa ad hoc per *Surd. in tract. de alimen. tit. 4. q. 10. num. 25. cum plur. seq.****

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Feudalis causa an sit, uel non sit, qui sint effectus.*

AR-

ARGUMENTVM.

Feudalis causa an sit, vel non sit, qui sint effectus.

QVÆSTIO VI.

SExtò, & successiue inferens ex præmissis quæro, qui resultant effectus ex huiusmodi cognitione, nūquid aliqua causa dicatur esse feudalis, vel non. † Respōdeo, plures colligi posse. Primò, quia causa quando est feudalis, dominus feudi, & M.R.C. de illa cognoscere possunt, prout latius dicam in q. sequent. Secundò, quia talis causa semper erit ordinaria. * Tertio, quia in ea dantur termini duplicati, vt in *quæst.* 16. vbi latè. Quartò, quia erit appellabilis, vt infra in 10. q. Quintò, quia poterit remitti ad Sacrum Consilium via recognoscendi per Cap. Regni, & sic plures effectus * ex infra dicendis etiam colligi poterunt.

ADDITIO.

A Ordinaria] Tamen hoc nō habebit locum in causa dotis de paragio, & vitæ, & militiæ, quia in his summarie in Regno proceditur ex *Cap. Carol.* 117. & dixi supra loco suo.
B Effectus] Adde vnum notabile, quòd hæc causa non poterit compromitti, ex *Andr. in cap. 1. §. si inter, de leg. Corrad.* & est *tex. in Const. Regni, incip. Constitutionem Diuæ memoriæ*, & in hoc Regno circa successiones, & legata fuit expressè mandatum in *Cap. Carol.* 85. in *ver. ita tamen, tradit. Marant. de ordin. iudi. fol. 115. num. 2.*

Mastrillus.

SUMMARIVM.

- 1 Iudex qui est competens in causa feudi.
- 2 Magister Iustitiarius, & Iudices M. R. C. hodiè in Regno cognoscunt de causis feudalibus.
- 3 Magna Curia in qualibet Ciuitate Regni concurrat cum Ordinario, & electio est actoris.
- 4 M. C. est Iudex questionum viduarum, & miserabilium personarum.
- 5 M. C. cognoscit de appellationibus inferiorum Iudicum ordinariorum, & delegatorum Principis, & sententiarum-latarum per M. R. C. rationum, vt pars Sac. Conf.
- 6 M. C. cognoscit de reuisione sententiarum

latarum in Curijs inferioribus, à quibus non fuit appellatum, vel non potuit appellari.

- 7 M. C. cognoscit de sententijs Consulium.
- 8 M. C. dicitur aliarum Curiarum caput, & velut exemplar.
- 9 M. C. est Curia veritatis, & secundum veritatem debet cognoscere, non secundum rigorem, & quod seruat M. C. debet seruare totum Regnum.
- 10 Magister Iustitiarius dicitur Iudex ordinarius, non delegatus in causis feudalibus.
- 11 M. C. dicitur Iudex ordinarius, non delegatus in causis feudalibus.
- 12 Dominus feudi dicitur Iudex ordinarius, non delegatus, vti datus à lege.
- 13 Iudex censetur ordinarius, vbi lex tribuit iurisdictionem.
- 14 Subrogatum sapit naturam subrogantis.
- 15 Iudex datus ad vniuersitatem omnium causarum feudalium, dicitur ordinarius.
- 16 Constit. Regni, quæ loquitur generaliter, & indistinctè, generaliter, & indistinctè debet intelligi.
- 17 Magister Iustitiarius, & M. R. C. in causis feudalibus sunt subrogati loco parium Curiarum per *Const. Regni.*
- 18 Iurisdictione Magistrum Iustitiarum, ac M. R. C. cognoscendi de feudis, non potest in alios prorogari sine expresso consensu Regis, seu Viceregis.
- 19 Clerici non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine licentia Superioris.
- 20 Decretum secundum habet vim sententiæ diffinitiuæ.
- 21 Decretum secundum in causis feudalibus debet subsignari per omnes quatuor Iudices.
- 22 Feudalis causa quòd agatur per alios Magistratus, quàm per M. R. C. Prorex non solet consentire.
- 23 Magister Iustitiarius, & M. R. C. habent iurisdictionem cognoscendi de feudalibus abdicatiue.
- 24 Causa dotis de paragio, & vitæ, & militiæ potest compromitti.
- 25 Iurisdictione in feudalibus an dicatur M. R. C. coniunctim concessa, vel cuiuslibet eorum insolidum.
- 26 M. C. in causis feudalibus an possit recusari.
- 27 Suspectus non dicitur Magistratus, sed persona.
- 28 Sententiæ diffinitiuæ, seu interlocutoria est nulla in causis feudalibus, non facta relatione Domino Proregi.
- 29 Sindicator antè prolationem sententiæ an debeat facere de ea relationem.

G

AR-

Iudex quis est competens in
causa feudi.

QVAESTIO VII.

S EPTIMO principaliter quæro, quis est Iudex competens in causa feudali. * Respondeo, quod de hoc est casus de iure communi feudorum, quod directus dominus feudi est Iudex competens in causa ipsius feudi inter duos vasallos in cap. 1. §. *praterea si inter duos*, vbi late per *Doctorem de prohib. feud. alio. per Feder. & in c. 1. de controuer. feud. apud par. termi.* & late declarat *Aluaro. in cap. 1. in 2. col. in tit. apud quem, vel quos contentio seu. esse debet*, & hanc conclusionem posuit *Dom. Fraciscus Curtius* præceptor, & promotor meus Papiensis in suo tract. de feud. in 7. par. in prima, & 11. col. vbi limitat conclusionem prædictam secundum terminos iuris communis feudorum duodecim limitationibus, de quibus ibi per eum, hanc eandem conclusionem per modum plurium quæstionum, posuit *Dom. Iacobin. de Sancto Georgio* in suo tract. de feud. in vers. et dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus, in prima, & 11. col. & quasi per totum, vltra quos de hoc vide latius *Alex. cons. 79. in 5. col. in 1. vol. Practica Papiensis in forma libelli, quo agitur ad renouationem feudi, in glos. in vers. nec superstitibus, in pen. colum. vers. sed pone, et Feli. in cap. ceterum, in 2. col. & seq. de iud.*

B Hodie * tamen per Constitutiones Regni solus Magister Iustitiarius, & quatuor Indices M. R. C. huius Regni de feudis quaternatis, & quota parte ipsorum cognoscere, & decidere possunt, vt est *tex. in Constitutione Statuimus, in princ. in tit. de officio Magistri Iustitiarj, lib. 1.* & in Constitutione Iustitiarj nomen, in fin. de officio iustitiarj, eod. lib. & in *Const. Mag. Cur. in princ. in tit. Vt post renouationem, & c. eo. lib. & in Const. Si quis post litem, §. in feudalibus, in tit. de pœna consumacia, eo. lib. 1.* per quæ iura datur eis hæc iurisdictio abdicatiue concessa, vt ibi patet, nam tantum Magister Iustitiarius, & M. R. C. huius Regni dicitur præeminens Magistratus, & Curia Principis in hoc Regno, quæ non solum cognoscit de feudis quaternatis in primo iudicio, per iura prædicta, sed etiã potest cognoscere in primo iudicio de omnibus causis allodialibus agitandis in

qualibet parte Regni, vbi Magna Curia residet, quia tunc in eadem Ciuitate, vel Terra dicitur Iudex ordinarius, † & concurrat cum omni Magistratu eiusdem Ciuitatis, vel Terræ, in qua residet, & electio est actoris, ita formaliter *Andr. in d. Const. Statuimus, in 3. col. in prin. uers. quid si Princeps. Cognoscit & eadem M. R. C. in primo iudicio de omnibus alijs causis, de quibus Ordinarij locorum, & terrarum Regni ex defectu iurisditionis cognoscere nõ possunt, vt dictum est supra: Nec non de quæstionibus viduarum, & miserabilium personarum, † quarum est priuilegium forum eligere, ac etiam de appellationibus † inferiorum Iudicum ordinariorum, seu delegatorum Principis, vt dicit *tex. in Const. Statuimus; Nec nõ de appellationibus, & reuisionibus sententiarum latorum per M. R. C. rationum vt pars Sacri Consilij, prout habetur in primis Capit. Regis Alphonsi anno Domini 1446. sub titulo de sententijs Magistrorum Rationalium, & etiã cognoscere de reuisione † sententiarum latorum in Curijs inferioribus, à quibus non fuit appellatum, vel non potuit appellari, & per hoc transferunt in rem iudicatam, vt habetur in Cap. Regni ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1457. sub tit. de causis reuidentis, & etiam de sententijs Consulium † Nationum Regni ex commissione Viceregis, vt in Cap. Ritus, de sententijs Consulium, Vterius cognoscit eadem M. R. C. vt consultrix Iudicis delegati Ecclesiastici in causis vertentibus in Regia Monarchia, ita quod stante tanta præminencia Magistratus, & eius vniuersali potestate, & cognitione tantarum causarum, nulli mirum videri debet, immò satis conueniens, si solus Magister Iustitiarius, & quatuor Indices M. R. C. huius Regni soli, & non alius Magistratus abdicatiue cognoscere possunt de feudis quaternatis, & quota parte ipsorum, per Constitutiones prædictas, & propterea**

8 M. C. dicitur aliarum Curiarum caput, † & velut exemplar, vt dicitur in *proamio Ritus, & ex hoc dicit idem Andr. in Const. Si quis in posterum, in 4. col. in tit. de feud. impos. lib. 1.* quod id, quod seruat M. C. totum Regnum seruare debet, vnde dicitur

9 etiam Curia veritatis † in cognoscendo rei originem, & originalem iustitiã, prout quod quid est, & sic secundum veritatem, & non secundum rigorem, vt voluit *glos. in anth. de instru. caut. & fã. col. 6.*

10 Ex quibus infero primo, quod Magister Iustitiarius, & quatuor Indices M. R. C.

Cur.

- 11 Cur. huius Regni dicuntur Iudices ordinarij, & nō delegati in causis feudalibus,
- 12 nam dominus feudi, qui est Iudex in causis feudalibus inter duos vafallos dicitur Iudex ordinarius, & non delegatus, vtpotē datus à lege, per hunc *tex.* quem ibi pōderant *Canonista in d. cap. ceterum, de iud. & tex. in d. cap. Imperialem, §. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. verum, de for. competen. sed sic est, quod vbi lex confert iurisdictionem, talis iurisdictione censetur ordinarij, vt dixit Innoc. in cap. cum ab Ecclesiarum, & in cap. quanto, de officio ordinarij, & declarat glos. Bart. & Doct. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. refert, & sequitur Dom. Francisc. Curt. in d. tract. de feud. in 7. par. in 3. q. ergo eodem modo dicendum erit in proposito, vt Magister Iustitiarius, & quatuor Iudices M. C. huius Regni, vtpotē dati à lege per dictas Constitutiones Regni dicantur Iudices ordinarij, & non delegati, quia subrogatum sapit naturam eius; in cuius locum subrogatur, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. l. si stipulatus, ff. de vsur. l. 1. §. bellissime, ff. vt lega. no. cauc. & ponit Bart. in optimo simili in l. 2. §. equidem, ff. ad Tertullian. de quo vide Dom. Ioānem Baptistam de Sancto Seue. in repe. cap. primi, de feu. cogni. in 5. par. in 25. regula, vbi idem dicit, & infert, vt ibi per eum: Tantò fortius, quia dati sunt ad vniuersitatem omnium causarum feudalium, & sic dicuntur ordinarij, vt voluit glo. & Doct. in cap. cum causam, in fin. de appellation.*
- Secundò infero, quod licet de iure cōmuni feudorum vbi est contentio feudi inter dominum, & vafallum Pares Curia, idest alij Conuafalli sunt Iudices in causa, vt est *tex. in d. cap. Imperialem, §. pen. ampliando, & limitado multis modis, vt per Dom. Franciscum Curtium in d. tractat. de feud. in 7. par. princ. in pen. & vlt. col. & per Iacobinum de Sancto Georgio in suo tract. de feud. in ver. & dicti vafalli pro dictis rebus, in 5. col. & seq. vers. vlt. : Tamen ex quo Magister Iustitiarius, & quatuor Iudices M. R. C. subrogati sunt in hoc Regno per dd. Constitutiones Regni, vt cognoscere possint de omnibus feudis quaternatis, & quota parte ipsorum inter quascunque personas, siue agatur inter duos Conuafallos, siue inter dominum, & vafallum. Cū dictæ Constitutiones Regni generaliter, & indistincte loquantur, ita generaliter, & indistincte debent intelligi, argumento l. primæ, §. generaliter, ff. de leg. præstan. ita formaliter dixit And. de*

- Ifern. in Constit. Iustitiarj, in ver. de feudis, vbi ita intelligit indistincte Constitutiones prædictas in tit. de officio iustitiar. lib. primo, sequitur ergo, quod sicut dominus feudi non cognoscit vterius hodiè de feudis, iuxta dispositionem iuris feudorū;*
- 17 ita nec etiam Pares Curia cognoscere possunt de feudis inter dominum, & vafallum, quia potuit cognitioni causæ feudalibus spectantis ad Pares Curia derogari per priuilegium, vel per contrariam consuetudinem, vt dixit eleganter Bald. in d. cap. Imperialem §. præterea si inter duos, de prohib. feud. alien. per Feder. quem refert, & commendat Iacobus. in d. tract. de feud. in ver. & dicti vafalli pro dictis rebus, in secunda col. vers. adducitur, & Francisc. Curt. in d. tract. de feud. in 7. par. in 3. col. vers. 11. ergo fortius hoc potuit derogari per legem posteriorem, scilicet per Cōstitutiones Regni, per quas fuit de certo Iudice prouisum in causis feudalibus, argumento l. sed & posteriores, ff. de leg. & in cap. 1. de const. lib. 6.
- 18 Restringitur tamen hæc iurisdictione cognoscēdi de feudis concessa Magistro Iustitiario, & quatuor Iudicibus Mag. Cur. primò, vt in alium Iudicem, seu Magistratum prorogari non possit, ita voluit glos. loquens de domino feudi de iure feudorum in d. cap. 1. §. pen. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi Alua. dicit, quod ista est magis communis opinio, quem refert, & sequitur Dom. Franciscus Curtius in d. tract. de feud. in 7. par. in 5. q. & ratio duplex assignari potest, quarum prima est, quia prorogatio est species alienationis, quæ non potest fieri sine expressa licētia domini, * ita Bald. in cap. de causis, in 7. col. vers. nunquid feudatarius, de offic. delegati, secunda ratio est, quia ille, qui est subiectus alteri, non ratione nudæ iurisdictionis, sed etiā respectu vafallagij, non potest in alium prorogare Iudicis iurisdictionem sine eius expresso consensu, ita Bart. in l. 1. §. & post operis, vbi Alex. ponit concordantes, ff. de nou. ope. nuntia. sicut in simili dicimus
- 19 in clerico, qui non potest prorogare iurisdictionem alicuius Iudicis Ecclesiastici sine expressa licētia sui superioris, per *tex. in cap. significanti, de for. compet. & in tantum est annexa hæc iurisdictione causarum feudalium Magistro Iustitiario, & M. R. C. quod confectio processus causæ feudalibus alicui ordinario committi non potest, sed Commissario tantum ad partē processus, & literas missorias de audientia testium, & non tota confectio proces-*

sus causæ feudalis, nec etiam per ipsum
 met Commissarium M.R. Cur. interponi
 potest secundum decretum super feudo,
 quod habet vim sententiæ diffinitivæ, sed
 20 tantum Commissarius debitas iuris sol-
 lemnitates requisitas usque ad interposi-
 tionem secundi decreti super feudo ex-
 clusivè interponere consuevit, reservata
 interpositione secundi decreti super feu-
 do in die regiminis M.R.C. vna cum sub-
 21 scriptione quatuor Iudicum M.R.C. pro-
 D ut hæcenus est consuetum, * quinimò di-
 co, quòd nūquam illustris Dominus Pro-
 22 rex in hoc Regno consuevit etiam ex-
 pressè consètere, quòd causa feudalis agi-
 tetur per alium Magistratum in Regno,
 quàm per eadem M.R.C. quia iurisdictio
 cognoscendi de feudis quaternatis fuit
 Magistro Iustitiario, & quatuor Iudicibus
 M.R.C. solis, & non alijs, & sic abdicativè
 23 concessa, & singulariter cognitioni Re-
 gis fuit reservata, vt dicit *tex. in d. Constit.*
Iustitiarj nomen, in fin. & rex. cum glo. 1. in
d. Constit. Magna Curia, in prin. prout su-
 perius dixi, nisi fortè aliquando ad sup-
 plicationem vtriusque partis illust. Dom.
 consentire consuevit, causam dotis de
 24 paragio, vel vitz, & militiz † in compro-
 missarios electos à partibus, facta prius
 relatione, committi posse, vt inter coniu-
 ctas personas finem litibus facilius impo-
 natur, iuxta ea, quæ ponit *Bart. in l. Aemil-*
lius, in vlt. col. in fin. ff. de minor. Aff. decif.
 138.
 25 Secundò restringitur hæc iurisdictio, †
 vt eidem M. R. C. dicatur in hoc Regno
 fuisse concessa coniunctim, & omnibus
 quatuor Iudicibus simul, non autem di-
 functim, aut cuilibet eorum in solidum, ,
 per *tex. in d. Const. Statuimus, in prin.* dum
 expressit quatuor Iudices assidentes Ma-
 gistro Iustitiario, qui de feudis quater-
 natis, & tota parte ipsorum cognoscere,
 habeant, & ita ponderat *D. Matth. de Af-*
flit. ibi in 2. not. & idèd cum hodiè in hoc
 Regno sint quatuor Iudices M.R.C. tan-
 26 tum, & non ultra, iuxta formam Capitu-
 lorum Regni, & ex causa legitime suspi-
 tionis etiam in causis feudalibus valeant
 recusari, vt voluit *Bald. & Alua. in cap. 1.*
5. fin. de investit. in mari. fall. data legitima,
 suspitione in personam alicuius ex eis, &
 ea cognita per alios Collegas suos non
 suspectos, ad commissionem sibi factam,
 per illust. Dom. Proregem ad supplica-
 tionem partis recusantis, iuxta ea, quæ ha-
 bentur in *cap. unico delegatorum, de officio*
deleg. in 6. consuevit in locum Iudicis su-

specti subrogari alius non suspectus ex
 confidentibus ambarum partium pro im-
 plemento sedis, qui subrogatus durabit
 Index in causa feudali durante tantam,
 officio eius, in cuius locum ob eius suspi-
 27 tionem subrogatur, quia persona † Iudi-
 cis tantum est suspecta, & non Magistra-
 tus Magnæ Curia, vnde finito eius officio
 cessat legitima causa suspitionis, & rema-
 net eadem M.C. in personis successorum
 in officio non suspectis, argumento *1. pro-*
ponebatur, ff. de iud. & ita servatur, & ho-
 diè allegata suspitione per partem alicui-
 us, vel aliquorum ex Iudicibus Mag. Cur.
 in causa feudali nò superfedetur, sed pro-
 ceditur coram alijs Iudicibus non suspec-
 tis usque ad certum terminum, infra què
 poterit cognosci de suspitione Iudicis, &
 providari de alio Iudice non suspecto,
 prout habetur in nouissimis Capitulis
 Imperatoris per tria brachia Regni ab il-
 lust. Dom. Vicerege olim concessa die 26.
 Augusti 4. Ind. 1531. cap. 1.

Tertiò restringitur hæc iurisdictio, vt
 non possit eadem M. R. C. in hoc Regno
 post votatam causam procedere ad pro-
 lationem sententiæ diffinitivæ in causis
 feudalibus, vel interloquutoriz habentis
 vim diffinitivæ, nisi prius faciat relatio-
 28 nem * Illust. Dom. Proregi loco Reg. Ma-
 iestatis in Regno de communi voto, &
 deliberatione in proferendo sententiam
 prædictam, alias talis sententia, vel in-
 terloquutoria ex defectu limitatæ pote-
 statis redderetur ipso iure nulla, † quia
 quoad relationem faciendam dicitur auo-
 cata, & suspensa iurisdictio Mag. Reg. Cur.
 vt antè relationem faciendam ad prola-
 tionem sententiæ procedere non possit, &
 hoc elijcitur ex *tex. in d. Const. Mag. Cur. in*
prin. & ex quodam Capitulo Regis Mar-
gine Blanca eius vxori in vlt. cap. fol. 65.
 quia ista alteratio iurisditionis circa re-
 lationem faciendam facit Mag. Reg. Cur.
 delegatam, prout voluit *Ang. conf. 207.*
incip. in causa actionis, in 1. col. dum loqui-
 tur in Ordinario, cui mandatum est, vt
 antè prolationem, vel executionem re-
 ferat, quem refert, & sequitur *Ias. in l. in*
autem civile, in 2. col. de iust. & iur. vbi al-
legat Ioan. de Ana. conf. 59. incip. ipsi in-
quisitores, dum loquitur de eo Sindicato-
 29 re, † cui est commissa causa sindicatus, vt
 antè prolationem sententiæ referant, vt
 ibi per eum, & vide *Feli. in cap. cum ex of-*
ficio, in nova col. vers. ubi adde, de prescrip-
tio. quem allegat Sabyc. in auth. qui semel
 C. qno.

C. *quomodo, & quando iud. si benè memini, & propterea quotidie fiunt in hoc Regno relationes per Magnam Regiam Cur. in causis feudalibus Illust. Dom. Proregi antè prolationem sententiæ, & indè est, quòd semper in sententijs causarum feudalium dicitur, prouisum est, &c. facta prius relatione Illust. D. Proregi, &c.*

A D D I T I O.

- A.** *Quis sit Iudex in causa feudi] Vide Ias. in conf. 60. lib. 1. Gram. dec. 103. num. 133. cum seqq. Dec. in cap. cæterum, col. pen. de iudic. Alex. conf. 1. col. 1. lib. 5. latè Amod. Apont. in suo tractat quis sit Iudex in causa feudi, Ducn. reg. 321. incip. feudi dominus, vbi infinitos allegat, Odofred. in summa feud. in tit. qui poss. & debeant de feud. cogn. vbi latè, & ibi in add. Liparul. Loffred. in paraph. feud. in cap. 1. in tit. apud quem, vel quos. Sed quid si causa est inter duos clericos, vide Parid. de Put. de reintegr. feud. vers. at in contrarium, num. 8. fol. mibi 123.*
- B.** *Hodie tamen] Vide Marin. Frec. de subsea. in tit. de offic. Magistr. Iustit. in prin. & in num. 40. fol. 23. & vide eundem in auth. 7. num. 2. fol. 203. à ter. Par. de Put. de reintegr. feud. fol. 259. cap. est aduertendum, num. 9. Loffred. in suis paraphr. feud. in tit. de controuer. feud. apud par. termin. vbi latè, & vide in fi. vers. superiora autem, fol. 9. Cappy. in inuest. feud. rub. feudorum genera, vers. quaternatum, in fi. fol. 230. Cumi. super rit. cap. 76. num. 24.*
- C.** *Domini] Et tantò magis, quando in priuilegio adest illa clausula abdicatiua, ex Cappy. in dec. 122. Sed ex priuilegio Iudices Urbis Panormi cognoscunt de causis feudalibus, & similiter Iudices Messanz in prima instantia tantùm, ex Cap. Philipp. Regis sub num. 4. fol. mibi 545. & de hoc facit etiam mentionem Ioseph. Cumi. super rit. cap. 83. num. 23.*
- D.** *Consuetum] Contrarium semper fuit prædicatum, & decisum in M. R. C. vt nouissimè refert D. Francisc. Milanen. decis. . . num. 39. & 54. vbi allegat Authorem nostrum, lib. 1.*
- E.** *Relationem] Vide Cumi. super rit. cap. 76. num. 32.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- I.** *Iudex competens quis erit ad cognoscendum, an sua sit iurisdictio, si causa sit feudalitatis, ita, vel nè.*

- 2.** *Rektor Studij dicitur Iudex ordinarius particularis inter certas personas.*
- 3.** *Sindicator est Iudex ordinarius datus ad vniuersitatem causarum contra Officiales præteritos.*
- 4.** *Magna Regia Curia hodiè est Iudex ordinarius causarum feudalium, & allodialium, ciuilium, & criminalium, & est Curia Principis in loco vbi residet, qui concurrit cum alio Magistratu.*

A R G V M E N T V M.

Iudex competens quis erit ad cognoscendum, an sua sit iurisdictio, si causa sit feudalitatis, ita, vel nè.

Q V A E S T I O VIII.

O Ctaudò, & successiue quero, si dubitetur, an causa sit feudalitatis, vel non, quis erit Iudex cõpetens ad cognoscendum, an sua sit iurisdictio. † Iam quætionem ponunt glos. & Doct. in cap. 1. in fin. de inuest. in mar. fact. & Io. Raynal. in repet. cap. 1. §. pen. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi distinguunt, quòd si constat, rem, de qua tunc agitur esse feudalem, dominus feudi cognoscet, an sua sit iurisdictio, si verò nõ constat, vel conuentus neget, se esse vasallum, & tunc Ordinarius loci cognoscere poterit, an sua sit iurisdictio, & rationem assignant, quia licet dominus feudi sit Iudex ordinarius, dicitur tamen Iudex particularis inter certas personas, videlicet inter vasallos, vt dixit glos. singularis secundum Bald. ibi in d. cap. 1. in fi. de inuest. in mari. fact. sicut est Rektor † Studij, qui dicitur Iudex ordinarius particularis inter certas personas, videlicet inter Scholares, in auth. habita, §. ne fili. pro patr. & sicut est Sindicator, † qui est Iudex particularis ordinarius datus ad vniuersitatem causarum inter Officiales præteritos, quo casu non teneretur conuentus super feudo coràm eo comparere, nisi prius constituerit de fundamento iurisditionis suæ, & ita limitant rex. in l. si quis ex aliena, ff. de iud. qui loquitur in Iudice generali, & ideo conuentus ibi teneretur comparere, allegaturus priuilegium suum, vt ibi per Barr. quasi fundamentum generalis iurisditionis faciat pro Iudice generali, quod non facit pro Iudice particulari, & hanc

G 3 opi-

opinionem refert, & sequitur *D. Iacobin. in d. tract. de feud. in vers. distique vasalli pro dictis rebus, in 7. col. vers. iuxta predicta quero, & Dom. Franc. Curtius in d. tract. de feud. in 7. par. in 7. q. Ex quo tamen hodie in hoc Regno Mag. Reg. Cur. † est Iudex competens ordinarius, & generalis non solum in causis feudalibus, ut supra dixi in *preced. questione*, sed etiam in omnibus alijs causis allodialibus, civilibus, & criminalibus, & est Curia Principis, & in loco ubi residet concurrat cum omni Magistratu, ut dixit *Andr. de Ifern. in d. Constit. Statuimus, in 3. col. prout superius dixi in *precedenti q.* satis in ea verificari poterit dispositio dictæ legis si quis ex aliena, ut citatus in Magna Reg. Cur. super causa feudali, tanquam citatus coram Iudice ordinario generali omnium causarum feudalium, & allodialium, & concurrente cum alijs Magistratibus existentibus in loco ubi degit, teneatur coram ea comparere, allegaturus privilegium suum, non obstante quod neget se vasallum, vel neget rem petitam esse feudalem, & per consequens poterit eo casu Mag. Reg. Curia cognoscere, an sua sit iurisdictio, maxime si tale privilegium citati forte proprium sit, & particulare, & non clausum in corpore iuris, quia seous esset, si esset clausum in corpore iuris, ut declarat *Bart. in privilegio clericali, in l. non videtur, ff. de iud. nisi quatenus forte M. C. esset Iudex particulatis in causis feudalibus tantum in primo iudicio exposcentibus privilegijs aliquarum Ciuitatum Regni, quia tunc forte militarent adducta per *Bar. in locis præallegatis, vidi tamen pluries, huiusmodi cognitionem fieri per M. R. C. & nõ per Ordinarium, quia consuevit trahere ad se omnes causas feudales, cum suis emergentibus, incidentibus, & connexis, de quo vide *Panor. in d. cap. cæterum, de iud. et Ioannem Baptistam de Sancto Seue. in repe. cap. 1. in 7. par. in 14. differentia, de feud. cogni. & Andr. de Ifern. in d. Const. Iustitiarum, in vers. de feudis, in tit. de officio Iustitiarum, lib. 1. Philippum Decium in d. cap. cæterum, in 12. col. vers. 4. de iud. & Fel. in cap. super literis, in 16. col. vers. fallit 8. de re script.*****

A D D I T I O.

Adde notabile *conf. Surd. 286. per tot. vol. 2. qui loquitur in terminis nostris, Mastrillus.*

S V M M A R I V M.

- 1 Feudalium causarum ordo procedendi qualis sit in Regno.
- 2 Feudorum ius si aliquod non disponit, recurrimus ad dispositionem iuris communis.
- 3 Feudales causæ enumerantur inter causas ordinarias ex forma ritus.
- 4 Feudales causæ dicuntur magnæ, & in eis non defertur iuramentum in supplementum probationum.
- 5 Distio, loco postæ, exponitur, id est loco qualis qualis petitionis.
- 6 Causa possessoria omnes sunt summaria.
- 7 Cedula iniunctoria, quod agat, & purificatoria in causis feudalibus debet expediri per omnes quatuor Iudices M. R. C.
- 8 Cedula iniunctoria, quod agat, terminus in causis feudalibus debet duplicari.

A R G V M E N T V M.

Feudalium causarum ordo procedendi qualis sit in Regno.

Q V A E S T I O IX.

- N** Onò principaliter quero, qualiter procedi debeat in causa feudali. † Istam questionem posuit *Inno. in cap. cæterum, de iud. & Aluar. in cap. 1. §. pen. in pen. col. de prohib. feud. alien. per Fed. ubi concludunt, quod ordinariè procedendum est oblato libello, lite contestata, ac toto iudicialio ordine † seruato, & mouentur, quia ex quo ius feudorum in hoc non reperitur aliquid disposuisse, recurrimus ad dispositionem iuris communis, per *rex. in cap. 1. de feu. cogni. quem refert, & sequitur Iacobin. in d. tract. de feud. in vers. & disti vasalli pro dictis rebus, in 9. col. vers. sed numquid, & Dom. Franc. Curtius in tract. de feud. in 7. par. in 3. q. & Dom. Matth. de Ass. in Const. Pacis cultum, in 15. col. vers. 7. nota, in tit. de cultu pacis, lib. 1. & ideò in hoc Regno causæ feudales † ex forma ritus enumerantur inter causas ordinarias, & sic reperitur expressè dispositum per legem Regni, cuius ratio potuit esse, quia causæ feudales † dicuntur causæ magnæ, & magnarum rerum, & ideò in eis non defertur iuramentum in supplementum probationis, ut dixit signanter *Bald. in lin bonæ***

A D D I T I O.

bona fidei, in ultima col. vers. 3. inspiciatur, C. de reb. cred. igitur erunt causæ ordinariæ.

Et quoniam ex forma ritus huius Regni dantur plures modi procedendi in causis, poterit etiam in causa feudali procedi per visionem scripturarum, & sic ex abrupto, deducto effectu in vim protestatorum partibus consentientibus, & altera parte non consentiente, quod ita procedatur per visionem scripturarum procedi poterit in causa feudali, stante effectu

5 *loco postæ, † idest loco qualis qualis petitionis, vt declarat glos. in clementina sepè, de verb. signif. & tunc ordinariè procedetur iuxta naturam causæ feudalis.*

Itè poterit procedi summarie in causa feudali, quando agitur iudicio possessorio, præsertim recuperandæ possessionis feudi, spolio priuilegiato de recenti, quia

6 omnes causæ possessoriæ † summarie sūt ex forma ritus.

Poterit in causa feudali procedi per viam instantiæ, seu cedulæ condemnatoriæ post decennium, vel ex contractu virtute pacti de retrouendendo, vel ex sententiâ, quæ transiit in rem iudicatam post annū verificatis extremis requisitis iuxta formam ritus, duplicatis tamen terminis prædictis, item poterit agi summarie in

causa feudali, quando agitur iudicio possessorio, præsertim quando agitur interdicto recuperandæ possessionis feudi, spolio de recenti, nullis auditis defensionibus, quia omnes causæ possessoriæ summarie sunt ex forma ritus, & ita quotidie proceditur in M. R. C. summarie super restitutione possessionis feudi, spolio de recenti, nullis auditis defensionibus partis aduersæ antè restitutionem iuxta formam ritus, de qua latius infra loco suo.

7 Nec non procedi poterit per cedulam iniunctoriam, quod agat, & inde per cedulam purificatoriam, quod amplius non audiatur, iuxta *tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manu. & declarat D. Matth. de Afflic. dec. 240. incip. in causa, vers. pretereâ.* ita tamen, quod talis cedula tam instantiæ, quam iniunctoriæ expediatur per omnes quatuor Iudices M. R. C. quia in his feudalibus non habent iurisdictionem insolidum, vt superius dixi, & habent vim interloquutorie, iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. quando, la ultima, ff. de acqu. hered. &

8 quod termini duplicentur, prout in causis feudalibus obseruatur, de quibus latius infra dicam.

A Ordine seruato] Vide Capyc. dec. 186. nu. 4. de quaestione vide Cenni. super rit. in cap. 37. num. 1 28. in fin. Annib. Troyf. super rit. Regni Neap. 50. num. 4. Odofred. in summa feud. in tit. de forma iudic. fol. 153. Et an debeat dari libellus, Odofr. ibid. in tit. Vtrū in causis feud. debeat dari libellus. Hodiè in causa dotis de paragio, & vitæ, & militiæ summarie proceditur ex Cap. Carol. 117. Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa ordinaria de sui natura est appellabilis.*
- 2 *Causa summaria de sui natura non est appellabilis.*
- 3 *Causa feudalis si est tentata per pupillos, viduas, vel Ecclesias, an in ea procedi debeat ordinariè, vel summarie, & an sit appellabilis, vel non.*
- 4 *Ordinariè procedendo an censeatur quis renunciare priuilegio procedendi summarie.*
- 5 *Priuilegium facilius tollitur, quàm ius cõmune.*
- 6 *Feudales cause sunt ordinaria, & magnarum rerum.*
- 7 *Genus per speciem derogatur.*
- 8 *Lex, quæ disponit generaliter de personis, & specialiter de causis, magis attenditur, quàm illa, quæ specialiter loquitur de personis, & generaliter de causis.*
- 9 *Summarie quis procedendo videtur renunciare ordinariè procedere.*
- 10 *Aequalitas seruari debet in iudicijs.*
- 11 *Natura causæ summarie, quod non sit appellabilis magis attenditur, quàm priuilegium personæ priuilegiatæ succumbentis in ea.*

A R G V M E N T V M.

Causa de sui natura an sit appellabilis, si fuerit tentata per pupillum, vel viduam.

Q V A E S T I O X.

S Ed hic decimò, & incidenter quaero, nam certum est, quod causa feudalis est ordinaria, & sic de sui natura appellabilis, causæ verò pu-

pupillorum, viduarum, & Ecclesiarum sūt
 2 summariz, † & per consequens de sui natura non appellabiles à Magna Reg. Curia ex forma ritus, si in eis summarie processum fuerit, si causa feudalit tēterit per
 3 pupillum, viduam, † vel Ecclesiam, nunquid eo casu procedi debeat ordinariē, vel summarie procedi possit in causa, & per consequens an causa tunc erit appellabilis, vel non, maximē si pupillus, vidua, vel Ecclesia succumbant: In hac quæstione præsuppono, quòd ad hoc vt causæ pupillorum, viduarum, vel Ecclesiarum dicantur summarie requiruntur duo copulatiua, scilicet priuilegium personæ ipsius pupilli, & modus procedendi summarie, quia licet pupillus, vidua, vel Ecclesia valeant ex priuilegio personarum in causis suis procedere summarie, si autem in causis eorum processerint ordinariē, causa
 A eorum erit ordinaria, * & non summaria, quia ritus non tantum fauet personis priuilegiatis, faciēdo causas eorum summarias, quantum processui talium personarum, vt summarie procedant, si voluerint eorum causam esse summariam, & per consequens non appellabilem, & ideo ritus dicat, *Item si procedatur in Magna Curia summarie, & c. quasi respiciat modum procedendi summarie, ad hoc vt tales personæ priuilegiatæ faciant causam non appellabilem, quia si voluerint ordinariē procedere, causa ordinaria erit, & tunc cessat priuilegium personarum, quia tale priuilegium fuit eis concessum in eorum fauorem, & positum in eorum facultate, si voluerint in causis eorum summarie procedere, prout dixit glos. in clementina dispendiosam, in vers. valeat, vbi Scribe. de iud. & ordinariē procedendo † dicuntur renunciare priuilegio procedendi summarie, tãquam elegerint viam iuris communis, & non iuris specialis, per ea, quæ habentur in l. 3. ff. de testa. mili. & tradunt Moder. in l. 3. C. de testa. mili. & hoc satis liquet in causis allodialibus.*

In causis verò feudalibus aliter dicendum videtur, quia vbicumque vna causa de sui natura est effecta ordinaria ex dispositione iuris communis, & eadem causa potest esse summaria ex priuilegio certarum personarum, magis attendimus dispositionem iuris communis, quàm priuilegium † personarum, quod facilius tollitur per ius commune, l. eius militis, s. militia misus, ff. de testa. mili. & tale priuilegium debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm sit possibile, l. 2. C. de

noxal. cum similibus, sed causæ feudales sunt effectæ ordinariē tam ex dispositione iuris communis, quàm etiam ex forma ritus, & ex quadam necessitate, quia dicuntur causæ magnæ, & magnarum rerum, vt voluit Bald. in l. in bona fidei, C. de reb. cred. & dixi supra in præceden. q. sequitur ergo, quòd ritus debet intelligi de causis allodialibus, in quibus licet de sui natura procedatur ordinariē, tamen ex priuilegio personarum summarie procedi potest, non autem de causis feudalibus, de quibus fuit aliter expresse dispositum.

7 Secundò, & fortius dico, quòd vbicumque lex specialiter disponit de causis, & generaliter de personis, tunc lex specialis derogat generali, quia generi † per specie derogatur, c. generi, de reg. iur. lib. 6. l. sanctio legum, ff. de pæn. cum similibus, sed lex ritus disponit specialiter de causis feudalibus, vt illæ sint ordinariæ, & posuit eas inter alias causas ordinarias, & sub titulo de causis ordinarijs, vt intelligantur secundum titulum, sub quo sunt situata, argumento l. Imperatores, ff. de in diem adiectio. quòd verò ad personas disposuit generaliter, non magis apprehendendo alias, quàm personas pupillorum, viduarum, & Ecclesiarum, ergò sequitur, quòd illæ personæ priuilegiatæ sub dispositione speciali causarum feudalium comprehendi debent.

Tertiò sic vbicumque lex vna disponit
 B specialiter de causis, * & generaliter de personis, & alia lex disponit specialiter de personis, & generaliter de causis, magis attenditur illa lex, quæ disponit specialiter de causis, & generaliter de personis, quàm illa, quæ loquitur specialiter de personis, & generaliter de causis, ita voluit Panor. in cap. 1. in 2. col. de iura. calum. quæ refert, & sequitur Barba. in cap. at si clerici, de iud. sed ritus disponit in vno loco specialiter de causis feudalibus, vt illæ sint ordinariæ, & generaliter de omnibus personis tam priuilegiatis, quàm non priuilegiatis; & in alio loco disponit specialiter de personis, videlicet pupillis, viduis, & Ecclesijs, vt earum causæ possint effici summariz, si in eis summarie proceditur, ergò magis attendere debemus dispositionem loquentem specialiter de causis feudalibus, & generaliter de personis, quàm dispositionem specialiter loquentem de pupillis, viduis, & Ecclesijs, & generaliter de causis, maximē quia tale priuilegium personale facilius tollitur, vt superius dixi, & per eius exclusionem reuertitur ad di-

dispositionem iuris communis, per quam omnes causæ feudales sunt ordinariæ, argumento *l. si unus, s. patius ne peteret* cum his, quæ ibi cumulat *l. aso, ff. de part.*

Quartò sic, si pupillus, vidua, vel Ecclesia † procedant summarie in causa allodiali de sui natura ordinaria, & succumbant, non audiuntur in appellatione, quia licet ab initio fuerit positum, in eorum facultate, vt in causis de sui natura ordinarijs summarie procedere potuissent, & in eorum fauorem, vt tales causæ breuioribus terminis summarijs fortè citius expediantur, tamen ex quo semel elegerunt ab initio velle procedere summarie in causis eorum, adstrinxerunt secundum naturam causæ summarie, & tamen dicuntur renunciaisse omnibus illis beneficijs, quibus vti poterant ordinariè procedendo secundum dispositionem iuris communis, & sic videntur renunciaisse beneficio appellationis, & via, quam elegerunt, illa sibi pateat, *l. quod in heredem eligere, ff. de tributaria, & impuret sibi, si cum id potuerunt ordinariè procedendo, noluerunt, si id, quod modò volunt appellando, postquam succubuerunt adimplere nequeant, quia implicaret contradictionem, quòd causa sit summaria, & quòd sit appellabilis à Magna Curia contra formam ritus, maximè quia sic iudicium claudicaret, & ex parte vnus causa esset appellabilis, & ex parte alterius esset non appellabilis (quod esse non debet), quia in*

10. iudicijs æqualitas † seruari debet, *l. petenda, C. de tempo. in inte. rest. p. & l. fin. ubi Bar. & Bald. C. de fruct. & lit. expen. & in capit. in iudicijs, de reg. iur. lib. 6.* sequitur ergo ex his, quòd magis attenditur natura † causæ summarie, vt non sit appellabilis, quàm priuilegium personæ priuilegiatæ succumbentis in ea, & per consequens magis attenditur natura causæ feudalis, vt sit ordinaria, quàm priuilegium personæ pupilli, viduæ, & ecclesiæ, vt eorum causæ sint summarie, & sic non appellabiles, maximè quia ritus in hoc fauet processui causæ summarie, vt à Magna Curia non sit appellabilis, & non personis priuilegiatis, quia causas pupillorum, & viduarum facit summarias, & non dicit, quòd facit inappellabiles, ex eo, quia summarie sunt, nisi in talibus causis pupillorum summarie procedatur, vt dicit *Ritus in c. Item si proceditur summarie*, quinimò dici poterit, quòd licet Adnocatus pupilli in iuribus suis in causa feudali dixerit, quòd procedatur summa-

rie, nihilominus cum causa feudalis de sui natura sit ordinaria, ordinariè procedi debet, & tunc causa erit appellabilis, prout dicitur in *Ritu in d. c. Item si proceditur, in si. ex quibus inferitur*, quòd vbicumque concurrat modus procedendi summarie in causa pupilli, & natura causæ feudalis, magis attenditur natura causæ, quàm modus procedendi, vt patet ex præmissis, de quo remitto me ad ea, quæ latius aliàs scripsi in causa feudi Monticuchi tentata per Yconomum maioris ecclesiæ Panormitanæ, de qua in *Allegationibus lib. 2. cap. 292.*

A D D I T I O.

A Contrarium tenent *Bongior. super Rit. huius Reg. 140. Io. Aloysi. de Septimo ibidem, & sequitur Cumi. in praludijs, num. 43. & 44. & in cap. 76. nu. 41.* qui allegat Authorem nostrum, moueatur præcitati DD. quia attenditur natura causæ, & principiu ipsius, non autem modus procedendi, prout in terminis allegant *Anch. in cons. 78.* & est *tex. in l. cum quadam puella, ff. de iniurisd. omn. iud.* & propterea quando causa est summaria, & proceditur ordinariè, ille modus ordinarius subrogatur in modum summarium, & sapit subrogatum naturam illius, in cuius locum subrogatur, *l. si. s. qui iniuriarum, ff. si quis tant. vlt. terius* quia in actionibus inspicitur eius prima natura, non autem accidentalis, & verba partiù, & processus, *glo. in ver. estimaretur, ubi per Aret. s. his autem, Instr. ad l. Aquil.* & in terminis potest allegari *Ritus 139.* cum dixerit, naturam causæ esse inspiciendam, pro qua opinione ita pluries fuisse decisum in M. C. referunt; sed non desunt decisiones contrarie in eadem M. R. C. cum dixerit *Ritus Item si proceditur*, ergò procedendi modum voluit priuilegiare, non autem causæ naturam, iuxta Authorem nostrum. Secundò, quia causa summaria ad ordinariam facilliter reddi potest, *Marant. distin. 9. in fin. Carani. Rit. 288. num. 28.* argumento *liuris gentiu, s. patius ne peteret, ff. de part.*

B. De causis.] In contrarium facit doctrina *Bal. post Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de off. consu. in 3. quæst. ubi attenditur specialitas respectu personæ potius, quàm causæ.*

Sed quid si lis fuerit cepta cum non priuilegiato, an successor priuilegiatus possit vti eius priuilegio, dic quòd non, prout in clerico hæredes laici tradit *Paul. de Cast. in l. hæres absens, num. 4. ff. de iudi. Massa*

Massa. Galles. in for. Came. oblig. 1. 2. q. 2. per tot. Vincen. de Franob. dccif. 234. vol. 2. per tot. & facit tex. in l. cum quadam puella, ff. de iuris omn. iud.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio qualiter sit facienda in causis feudalibus, & quanto tempore duret.
- 2 Consuetudo cuiuslibet Prouincia vbi iudicium agitur, quantum ad citationes, & lites seruanda est.
- 3 Citationis substantialia qua nam sint.
- 4 Citatio vna pro tribus peremptorie an possit fieri.
- 5 Citationum literarum triplex datur vita, antequam circumducantur.
- 6 Literarum responsalium vita quantum duret.
- 7 Dilationis causa cessante, cessat dilatio.
- 8 Licentia recedendi quando obtineri debeat, & quando non.
- 9 Contumacia actoris maior est, quam rei.

A R G V M E N T V M.

Citatio qualiter sit facienda in causis feudalibus, & quanto tempore duret.

Q V A E S T I O XI.

VNdecimò principaliter quero, qualiter sit facienda citatio in causa feudali, & quanto tempore duret. † Respondeo, quòd

- 1 quantum ad citationes, & alia ordinatiua
- 2 iudicij seruanda est consuetudo, † & stilus illius Magistratus, vbi iudicium agitur, l. 3. in fin. ff. de testi. l. 1. C. de eman. libe. voluit glos. 1. in proposito, quam ibi sequitur *Andr. de Iser. & Alu. in cap. 1. de mili. vafal. qui contu. est.* Est bene verum, quòd requiruntur aliqua in literis citatorijs, quæ sunt de substantia citationis, quorum omissio vitiaret ipsam citationem, nam primò debet exprimi certum nomen, & cognomen illius, ad cuius petitionem fit citatio, l. fin. C. de bonis auth. iu. poss. Itè coram quo Iudice citatus comparere debet, l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem. & in d. cap. 1. de mil. vafal. qui contu. est. Item debet inferi locus, vbi citatus comparere debet, l. cum proponas, C. quo. & quan. iu. debet etiam inferi tempus, quando com-

parere debet, l. consentaneum, C. quom. & quan. iu. ac etiam debet inferi causa citationis, pro qua citatur, vt est tex. in dicto cap. 1. in princ. & ibi notat *Aluar. in 1. not. de mili. vafal. qui contu. est.* de quo vide. latius per *Dom. Matth. de Aff. in Constit. Editorum, in 3. col. vers. 7. & vers. 8. nota, in tit. de literis citatorijs, lib. 1.* & an possit fieri vna citatio peremptoria pro tribus, vide *Ioannem Baptistam de Sancto Senec. in repe. cap. 1. de feu. cogn. in 6. par. in 13. differentia,*

Aduertendum tamen est, quòd huiusmodi literæ citatorix * habent triplicem vitam, † antequam circumducantur, nam prima vita literarum incipit à die datæ, quæ ad effectum citationis faciendæ efficaciam habent infra terminum dierum, quadraginta, infra quem pars citari possit, & non vltra, iuxta formam ritus, ita quòd nisi infra dies quadraginta à die datæ literarum pars citetur, tales literæ citatorix dicuntur circumductæ, & nihil amplius operantur, iuxta l. & post editum, ff. de iud.

Secundam verò vitam habent à die citationis partis, vsque quo compleatur literæ responsales, & illæ etiam presententur in Magna Reg. Curia, & vocetur pars citata in plena Curia in iudicio, vel incusetur sibi contumacia, quæ vita erit aliorum quadraginta dierum tantum, & dicitur vita literarum responsalium, quæ pari passu ambulat cum vita literarum citatorialium, vt vna determinatio citationis faciendæ respiciens plura determinabilia literarum citatorialium, & literarum responsalium, debeat illa æqualiter determinari, argumento *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. & l. quamuis, C. de impu.* aliàs elapsis alijs quadraginta diebus à die citationis prædictæ, tales literæ responsales dicuntur circumductæ, prout supra de literis citatorijs dictum est, nisi pars citata legitime compareat in Mag. Reg. Cur. post lapsum terminum peremptorium, & tunc actore non comparente, petat sibi dari licentiam recedendi, & per Iudicem Magnæ Curie mandatum fuerit in pleno iudicio, quòd si lapsum est peremptorium, & assumpta Curia nemo vocauerit eum, habeat licentiã recedendi, quia tunc assumpta Curia solet fieri nota per Magistrum Notarium Mag. Cur. de licentia prædicta, & ex tunc tales literæ responsales dicuntur circumductæ ante lapsum quadraginta dierum vitæ dictarum literarum responsalium.

Et

Et an isti quatragesima dies literarum, & responsalium ꝑ currat à die citationis, vel à die datæ literarum responsalium, dico, quòd à die citationis, quia cessante causa dilationis ꝑ cessat dilatio, l. à filia, §. alum-
 7 no, ff. ad Trebell. & residuum termini primorum quatragesima dierum cessat per citationem factam infra terminum prædictum, & incontinenti subsequitur alius terminus aliorum quatragesima dierum, qui immediate sequuntur ad literas responsales obtinendas, nè sit in potestate citantis differre tempus literarum responsalium ultra alios quatragesima dies à die citationis, sicut dicimus in successorio edicto, quòd recusante proximior statim defertur remotiori in gradu, nõ expectato lapsu primi termini, iuxta ea, quæ habentur per *Docto. in l. fin. C. qui admit. & in cap. su. de consue. lib. 6.* & ponit *Bart. in l. scire oportet, §. consequens, ff. de excusa. tuto.*

Si verò cõuentus post terminũ peremptorium nõ solum petat dari sibi licentiam ꝑ recedendi, si nemo vocauerit eum assumpta Curia, sed cum copia literarũ responsalium, quibus apparet de eius citatione, faciet inculsari contumaciã actoris citantis, & non comparentis, quia maior est contumacia ꝑ actoris, * quàm rei
 9 non comparentis in termino, *cap. 2. de dol. & contum. lib. 6.* vbi scripsi concordantes. Et tunc si Aduocatus actoris cautus erit, & cum eisdem literis responsalibus presentatis post inculsatam contumaciã citari facientis vocauerit reum citatum in iudicio, & proposuerit eius petitionem in eadem plena Curia tenebitur tũc citatus respondere, quia tales literæ responsales postquam in iudicio presentatæ fuerunt per citatum, & illis vsus est, fuerunt effectus communes: & sic etiam illis actor vti potest, alias citatus erit contumax, & virtute dictarum literarum responsalium sibi poterit inculsari contumacia, iuxta ea, quæ habentur per *Paul. de Castr. & alios in l. petende, C. de tempo. in integr. restit. peten. cum similibus.* Est benè verum, quòd licet citatus haberet licentiam recedendi, nõc inculsari fecit contumaciã citari facientis, si tamen actor eadem die regiminis licet assumpta Curia compareat cum suis literis responsalibus, quæ sibi fortè post assumptam Curiam superuenerunt, vt aliquando accidere solet, poterit talem licentiam impedire, & presentare suas literas responsales, & proponere petitionem suã, si citatus habita licentia, & facta nota li-

centiæ non discesserit, & ita vidi seruari in M. R. C.

Aliam, & tertiam vitam habent literæ citatoris prædictæ, quia postquam conuentus citatus fuit, & comparuit, adhuc durat effectus dictarum literarum citatorialium per sex menses, nõ à die citationis, nec à die comparitionis, nec etiam à die litis contestatæ, sed ab vltimo actu, qui fit in iudicio inter ipsas partes super causa prædicta, quoniam ex forma ritus Regni pendente causa in Magna Curia à sex mēsis infra, si pars Aduocatum, & Procuratorem habeat, nõ est opus citatione partis principalis ad prosequendum causam, quia præsumitur constitui se Aduocatum, & Procuratorem in Magna Curia. Item lis dicitur pendere in Magna Curia à die citationis, vt est *tex. in clemen. 2. vt lit. pen. sed ab vltimo actu, qui fit in Mag. Curia citrà sex menses dicitur lis pendere, & pars Aduocatum, & Procuratorem habere, ergo ab hoc vltimo actu citrà nõ est opus noua citatione partis, etiam in tota causa, si in tota causa nunquam fuit supersessum in causa à sex mensibus infra, & propterea solet aliquando inculsari contumacia partis, ad prosequendum causam inter eos vertentem, ad omnes actus, & talis citatio generalis ad prosequendum valet, vt dixit *Feli. in cap. licet causam, in 15. col. vers. deum in hac materia, de probatio.**

ADDITIO.

- A De hac quæstione vide *Capyc. in inuesti. feu. fol. 92. col. 2. in ver. quòd feudorum citationes, qui allegat Andr. in diuersis locis.*
 Et quid si citatus nõ compareat, *Odosy. in summa feud. in tit. quid faciendum sit, fol. 155.*
- B *Litera citatoria*] Vide *Olhan. Corsett. suis temporibus acutissimum Iuriconsultũ, in suis quæst. forens. lib. 1. q. 1.*
- C *Actoris*] *Maran. in suo spec. par. 6. num. 37. & ibi multa in materia contumaciæ, fol. mibi 99.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum quo iure petatur, & qua actione agatur super eius petitione.
- 2 Feudum alienatum per defunctum qua actione petatur.
- 3 Feudum venditum cum pacto de retro-
 uen-

- uendendo possessum per singularem possessorem qua actione petatur.
- 4 Soror quando debet agere contra fratrem ad dotem de paragio.
 - 5 Castrum, Ciuitas, vel Villa si petatur, qua actione agendum sit.
 - 6 Feudum qua actione reuocetur propter seruitium non praestitum,
 - 7 Clausula petens quid importet.
 - 8 Clausula omni meliori modo quid importet.

A R G V M E N T V M.

Feudum quo iure petatur, & qua actione agatur super eius petitione.

Q V A E S T I O XII.

- D** Vodecimò quæro, quo iure agendum erit super petitione feudi.
- 1 † Respondeo quòd secundum diuersitatem plurium causarum oriuntur diuersi effectus, & diuersimodè agi potest ad petitionem feudi, nam si agatur ad petitionem feudi alienati per defunctum † contra formam priuilegij, potest agi per heredem discretum, vel alium successorem in feudo duplici actione, vel
 - 2 actione reali còtra possessorem * feudi, vel actione personali contra alienantem, vel eius heredem, vt voluit *Guglielmus de Perno conf. 14. in princ. per tex. in l. quotiès, C. de dona. quæ sub mod. & per ea, quæ voluit Bart. in l. qui Roma, §. Flavius, ff. de verb. oblig.* itè si agitur † contra singularem successorem possidentem feudum venditum cum pacto de retrouendendo,
 - 3 potest etià agi duplici actione, vel actione personali ex pacto, per l. si Titius, ff. de seruis expof. & voluit *Alex. conf. 10. in 1. vol.* vel actione reali, & iudicio reuendicatorio, prout voluit *Paul. de Castr. in l. si cum venderet, ff. de pigno. actio. ad idem adduco id, quod in simili voluit Andr. de Isern. in Const. In aliquibus, in 6. colum. dū ponit aliter agendum sit, quando agitur*
 - 4 per sororem † contra fratrem, vel contra tertium possidentem feudum ad dotem de paragio, vt ibi per eum. Ad idem etià adduco quod in simili voluit *Bal. & Saly. in l. 2. in 12. q. & seq. C. de rescind. vendit.*
 - 5 Item si petatur Castrum, † Ciuitas, vel Villa, qua actione agendum erit, vide *Lucam de Penna in l. quicumque, in 1. colum.*

- C. de fin. limtro. & ter. lib. 11.
- 6 C Item si agitur ad reuocationem * feudi propter seruitium non praestitum, † multipliciter agi potest, vel rei vendicatione directa, vel vtili, vel conditione ex moribus, & alijs multis modis, quos ponit *Alua. in cap. 1. §. sed nec est alia, in 2. colum. vers. quaro ab extrà, quæ fuit prim. caus. benef. amitten.* vbi etiam remissiuè ponit, qualiter in hoc formari debeat libellus, ut ibi per eum, super quo generaliter, quæ actio oriatur ex feudo, & quæ còpetat domino contra vasallum, vel tertium, vel vasallo contra dominum, vel contra tertium, vide latissimè *Iaso. in praludijs feudorum, in 13. col. & pluribus sequentibus, vers. 5. principaliter: idè non insisto, maxime quia hodiè in hoc Regno in fine conclusionis libelli consueuerunt apponi clausulæ generales, videlicet petens super praemissis omnibus, & singulis iustitia complementum ministrari, omni meliori modo, † via, & forma, quibus melius coniunctim, uel diuisim agi potest, Iudicis officium imploràdo, & c. de quibus clausulis habetur latissimè per *Doct. in diuersis locis, & de clausula petens, & c. ponunt Bald. & Doctor. in l. edita, C. de eden & in l. incerti, C. de interd. Alex. & Moder. in l. petens, C. de pact. & in l. si cum nulla, ff. de re iud. Alex. conf. 121. in primo vol. & conf. 61. in 1. vol. & conf. 38. in 3. vol. & conf. 43. in 1. vol. Areti. conf. 17. Canonista in cap. 2. de ordi. cogn. & ibi Panor. 20. col. & in cap. 1. vbi per Barba. in 2. col. & seq. de off. deleg. & latissimè per *Ias. in §. omnium, in 23. col. Insti. de actio. & de clausula omni meliori modo ponunt Bar. & Doct. in l. 1. ff. de iur. codi. Petrus de Anchar. conf. 404. incip. ex thèmate praedicto, Areti. in l. nemo potest, de leg. 1. Roma. conf. 294. incip. hac confessio, vbi dicit, quòd nò operatur, quando traherent ad incogitata, nec operatur, vbi requiritur certa forma, & voluit *Gemi. in cap. 1. de postula. pral. lib. 6. nec etiam operatur dicta clausula in causa posito per Calde. in conf. 1. sub tit. de accusat. de quo vide Areti. in l. nemo potest, de leg. 1. & conf. 17. & conf. 103. Felin. in cap. auditis, in 2. col. de prescrip. dum allegat *Alexan. d. conf. 121. pro ampliacione clausulæ praedictæ, vt si quis petat rem ab intestato, & illa competit ex testamento, vel è contra, substinebitur libellus ex dicta clausula omni meliori modo, vt attenda rei veritate procedat petitio actoris, vt ibi per eum, & per *Feli. in cap. ex officij, in 13. col. de prescriptio. & in cap. cum super Abbatia, de offic. deleg. & in cap. si diligenti,******

in 4.col. de for. compet. & latiffimè per Iaso. post Angel. Aret. in S. omnium. in 6.col. Infit. de act. & alibi per diuerfos Doct. in diuerfis locis.

A D D I T I O.

A Actio quæ competat feudatario contra possessores feudi, vide *Parid. de Put. de reintegr. feud. cap. nunc videndum, fol. mihi 155.*

B De retrouendendo] Hodiè in Regno proceditur via executiua, ex *cap. Carol. 214.*

C Qua actione reuocetur feudum, vide latè *Odofred. in summa feud. in tit. per quas actiones reuoc. feud. vbi multa in addit. tradit Liparul. & in materia quæstionis fol. mihi 139. & in tit. de forma iudic. fol. 153.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Exceptiones impediens litis ingressum admittuntur in quolibet iudicio ordinario.*
- 2 *Clausula, declarari debere, non obstare aliquam exceptionem impediens litis ingressum, quid operetur.*
- 3 *Agere, & excipere, & officium Iudicis implorare potest quis simul, & semel in vno iudicio.*

A R G V M E N T V M.

Exceptiones impediens litis ingressum admittuntur in quolibet iudicio ordinario.

Q V A E S T I O XIII.

Tertiodecimò, & successiue quæro, vtrum in iudicio causæ feudalis admittantur ab initio, & ante litem contestatam exceptiones

1 impediens litis ingressum, † super hac quæstione certum est, quod in quolibet iudicio ordinario admittuntur exceptiones impediens litis ingressum de iure communi, prout exceptio rei iudicatæ, transactiois, & similes, de quibus habetur per *Doct. in cap. 1. de lit. contest. lib. 6.* & per *Modern. in l. nam & postea, §. si minor. ff. de iureiurand.* & ideò ex forma Ritus huius Regni ad abbreviandas lites dispositum fuit, quod infra dies octo tan-

tum à die litis contestatæ proponantur, & infra duos menses immediatè sequentes expediuntur, aliàs ipso iure tales exceptiones ad causarum merita referuntur, & proceditur in causa principali, verum quia tales exceptiones, etiam si veræ non fuerint, passim, & in qualibet lite, vel ex malitia procuratorum, vel partis diffidentis iudicium opponerentur. Ideò propter lites abbreviandas inoleuit hodie

A practica, * per quam introductum fuit in **2** *M.R.C.* vt pars agens in eius libello primò petat, declarari debere, non obstare ipsi agenti aliquam exceptionem impediens litis ingressum, videlicet rei iudicatæ, iuris iurandi, transactiois, aut aut aliam quamcunque maiorem, vel minorem, quo declarato, declarari debere, tale feudum situm in tali loco suis certis finibus designatum, vnà cum iuribus, & pertinentijs, & eius integro statu, ac etià cum fructibus, & omni causa spectare, & pertinere ad ipsum actorem, &c. per quã petitionem idem actor petijt simul, & semel, scilicet declarari debere, talè exceptionem non obstare ipsi agenti, nec competere ipsi conuento, quo casu vires taliù exceptionum, si obstant, vel non obstant, referuntur ad merita causæ principalis in vim exceptionum peremptoriarum, & sic de duobus iudicijs fit vnum tantum simul, & semel, vt lites abbrevientur, & hoc satis deduci potest ex his, quæ voluit *gloss. in l. si contendat, ff. de fideiuss.* vbi potest pars † simul, & semel agere, & excipere, vel agere, & Iudicis officium implorare, pro qua *gloss. est text.* quem ad hoc ibi ponderat *Ioannes de Anania in cap. post miserabilem, de Iudæis,* & refert, & sequitur *Felin. in cap. si autem, de rescript. & Iason in l. si duo patroni, ff. de iureiur.* vel deduci potest ex his, quæ voluit *Alex. in l. ille, à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell.*

A D D I T I O.

A *Practica*] De hac practica, an sit bona, vide *Cumi. super Rit. cap. 41. num. 48.*
Mastrillus.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum calumniæ an exigatur in iudicio causarum feudalium.*

A R G V M E N T V M.

Iuramentum calumniæ an exigatur in iudicio causarum feudaliū.

Q V A E S T I O XIV.

Quartodecimò, & subsequenter quæro, nunquid in iudicio causæ feudalis exigatur iuramentum calumniæ. † Respondeo quòd *Aluar. in cap. 1. §. præterea si inter duos, in pen. col. vers. quæro qualiter, de prohib. feud. alien. per Feder.* dicit breuiter quòd non, per *text. in cap. 1. §. quibus, de consuet. reft. feud. quem refert, & sequitur Iacobin. de S. Georgio in suo tract. de feud. in ver. & dicti uasalli pro dictis rebus feud. in 9. col. vers. sed nunquid dominus, & vers. sequ. vbi ampliat, hæc procedere, etiam si dominus volens libenter iurauerit de calumnia, quia nõ propter hoc poterit cogere uasallum inuitum, vt ab eo iuramentum calumniæ exigatur, quem simpliciter sequitur *D. Franciscus Curt. in suo tract. de feud. in 7. par. in 3. quæst. & Io. Baptista de Sancto Seuerino in repet. cap. 1. de feud. cogn. in 6. par. in 16. differ.**

A D D I T I O.

De quæstione vide *Oloff. in summa feud. in tit. vtrum in causa feudali iurari debeat de calumn. fol. 156. in fin.* Et an in causa feudali deferatur iuramentum in supplementum probationis, dic quòd non, ex quo sumus in causa magna, & ardua, vt voluit *Bal. in l. bona fidei, C. iur. iur. Gozad. cons. 1. col. 1. vers. præterea & si dicatur, refert, & sequitur Rolan. cons. 82. num. 23. in 3.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Reconuentio vtrum fieri possit in Magna Curia per conuentum super re feudali de alia re non feudali.
- 2 Feudorum iure si non reperitur aliquid expresse decisum, statim determinationi iuris communis.
- 3 Feudi alienatione minus legitime facta si agat hæres ad reuocationem feudi, poterit reconueniri super bonis allodialibus pro quantitate pretij.

4 Magna Curia in Regno est Index generalis omnium causarum feudaliū, & allodialiū, non Index particularis.

A R G V M E N T V M.

Reconuentio vtrum fieri possit in M. C. per conuentum super re feudali de alia re non feudali.

Q V A E S T I O XV.

- D**ecimòquintò principatiter quæro, vtrum conuentus in M. R. C. super re feudali possit agere reconuenire super alia re non feudali. † Istam quæstionem posuit *gloss. in cap. 1. de controu. feud. apud par. term. vbi determinat, quòd sic, & ibi eam sequitur Aluar. in 2. col. & communiter Doct.* mouentur, quia vbi non reperitur aliquid expresse decisum in vrbibus feudorum, † statim determinationi iuris communis, per *text. in cap. 1. de feud. cogn. sed non reperitur aliquid expresse decisum in vrbibus feudorum de materia reconuentionis, ergo stabimus super his dispositioni iuris communis, iuxta ea, quæ habentur per Bart. & Doctor. in auth. & consequenter, C. de sent. & interlo. omni. iud. & in cap. 1. & 2. de mut. pet. & in cap. dispendia, §. reus, de rescript. lib. 6. hanc eandem quæstionem posuit *Bald. in c. 1. §. præterea si inter duos, de prohib. feud. alien. per Feder. in 3. col. in vers. quæro vtram, & ibi Io. Raynald. in eius repet. quem refert, & sequitur Iacobin. de Sancto Georgio in tract. de feud. in vers. & dicti uasalli pro dictis rebus feudaliibus, in 7. col. uer. sed unum, & idem voluit Ioan. Baptista de Sancto Seuerino in repet. cap. 1. de feud. cogn. in 5. par. in 19. regula, & in 6. par. in 6. concordantia, & ideo si hæres discretus confecto inuentario agat ad reuocationem feudi † alienati per defunctum contra formam priuilegij, quatenus eadē alienatio fuerit minus legitime facta, poterit per conuentum reconueniri super bonis allodialibus defuncti positus in inuentario, & possessis per hæredem agentem pro quantitate pretij soluti per conuentum ipsi defuncto, iuxta ea, quæ habentur per *Bart. & Doctor. in l. fin. §. in computatione, vbi etiam per Iason. C. de iur. delib. licet etiam possit exceptione repelli, per ea, quæ ponit Paul. de Castr. in l. Iulianus,***

nus, & offerri, ff. de act. empti, & Modern. ponunt vtrumque in repet. cap. uolentes, uers. 7. limit. 4, in 18. carta, & sequ. tantò fortius prædicta procedunt hodiè in hoc Regno, quia M. R. C. † in hoc Regno est Magistratus generalis omnium causarum feudalium, & allodialium, & non Iudex particularis causarum feudalium tantum, prout dixi supra in. 7. q. saluis priuilegijs Ciuitatum ipsius Regni.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudalibus in causis cum proceditur ordinariè, qualiter dentur termini.
- 2 Ordo ubi iudicium agitur seruandus est.
- 3 Terminus ubi proceditur per modum postea est dierum octo.
- 4 Feudalibus in causis datur terminus mensis unius ad disputandum.
- 5 Feudales causæ dicuntur magnæ, & magnarum rerum.
- 6 Oppositum sicut se habet in opposito, ita propositum in proposito.
- 7 Feudalibus in causis terminus principalis mensis unius est communis.
- 8 Publicatio debet fieri, etiam si nil actum sit in termino principali.
- 9 Publicatio prima debet fieri, aliàs processus est nullus, quia est de substantia iudicij.
- 10 Feudalibus in causis omnes termini, publicationes, & conclusiones solent dari per Aduocatum in iudicio M. C. pleno, & Iudicibus sedentibus pro Tribunali.
- 11 Aduocatus dum loquitur in iudicio M. C. debet stare, & non sedere.
- 12 Probatio fit Iudici, & non parti.
- 13 Actus, qui fiunt in iudicio, & termini non requirunt citationem.
- 14 Termini extrà Curiam non consueuerunt dari, nisi ob periculum peremptionis instantia, & de mandato Iudicis, parte de nouo citata.
- 15 Terminis ordinarijs introductis à lege Regni partes renunciare non possunt, sed abbreviare, si minus eis indigent.
- 16 Terminis reprobatorijs potest in totum renunciari, quia est odiosus.

A R G V M E N T V M.

Feudalibus in causis cum proceditur ordinariè, qualiter dentur termini.

SExtodecimò quæro, qualiter dentur termini in tela processus causæ feudalium, in qua ordinariè proceditur. † Respondeo circa ea, quæ respiciunt ordinem iudicij seruamus cõsuetudines, & statuta loci, ubi iudicium † agitur, ut voluit *Pantorm. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in pen. col. & ibi latè Felin. de constit. & Aretin. in cap. quod de clericis, in 3. col. de foro. compet. cum similib.* ideò circa dationem terminorum seruamus stilum, & cõsuetudinem Mag. Reg. Cur. & dispositionem Ritus huius Regni, per quem dispositum fuit, quòd si est quæstio super rebus feudalibus datur terminus principalis mensis unius, qui est terminus duplicatus * aliorum terminorum, qui principaliter dari solent in alijs causis allodialibus, vnde licet Ritus aliter de alijs terminis, & eorum quantitate non disponat, in causis feudalibus tamen vsu receptum est in M. R. C. ut quemadmodum ex dispositione Ritus primus terminus principalis, qui datur in causis feudalibus duplicatus, ut sit mensis unius; ita etiam vsu receptum est, ut omnes alij termini, qui dari consueuerunt in causis feudalibus, dentur in numero duplicatè eorum dierum, qui dari solent in alijs causis ordinarijs allodialibus, ut quemadmodum terminus ad reprobandum in causis allodialibus est dierum quatuor, ita terminus ad reprobandum in causis feudalibus est dierum octo, & sic de alijs.

Item sicut ubi proceditur stante effectu loco postea in M. R. C. primus terminus ad defendendum in causis allodialibus est dierum octo, † iuxta formam Ritus: ita ubi proceditur stante effectu loco postea in causis feudalibus primus terminus ad defendendum est dierum sexdecim, iuxta naturam causæ: Præterea sicut ubi proceditur in causis allodialibus per viam instantiæ, seu cædulæ condemnatoriæ virtute contractus post decennium, aut virtute rei iudicatæ post annum datur terminus dierum quindecim, iuxta formam Ritus: ita etiam in causis feudalibus, in quibus proceditur per viam instantiæ, seu cædulæ condemnatoriæ, terminus positus in cædula duplicatur, & erit mensis unius, licet Ritus det tantum terminum mensis unius, ubi proceditur ordinariè in causis feudalibus, & in primo termino principali tantum, & non ubi ex alijs modis proceditur, nec in alijs terminis post primu

terminum principalem, quia id totum ex
fuo, & antiqua consuetudine Mag. Reg.
Cur. quæ dat legem in ordinatis iudi-
ciorum, vsu receptum fuit, & ita fuit alijs
seruatum in Mag. Cur. in causa feudorum
de Ruffis, & de Scalis de Baronia Thau,
vbi fuit processum per viam instantiæ vir-
tute contractus post decennium, & ita fuit
etiam seruatum in causa Baronie Calata-
biani, vbi fuit processum virtute sententiæ,
quæ transiit in rem iudicatam post an-
num, iuxta formam Ritus, de quibus etiã
vide quæ scribit *Math. de Afflict. in Consti.*
Si quis in posterum, in 12. col. post Andr. de
Ifern. ibi, in tit. de feud. impos. lib. 1.

- 4 Et in tantum prædicta procedunt, quod
etiam post conclusum in causa, & aperta,
puncta in causis feudalibus datur termi-
nus ¶ mensis vnus Aduocatis vtriusque
partis ad disputandum in causa coram
Illust. Domino Protege, seu Mag. Reg. Cu-
ria, licet ex forma Ritus talis terminus nõ
statuatur, nec dari soleat in alijs causis al-
lodialibus, & ratio potuit esse, quia causæ
5 feudales dicuntur causæ magnæ, ¶ & ma-
gnarum rerum, vt dicit *Bald. in l. in bona*
fidei, in 2. col. C. de reb. cred. idem non mirum
si maior terminus fuit ab initio in primo
termino feudalis causæ constitutus, & idem
fortè alij termini duplicantur, licet de
illis nihil expresse dispositum reperiatur,
quia omnes alij termini regulantur se-
cundum naturam, & vitam termini prin-
cipalis, vnde sicut alij termini abbrevian-
tur abbreviato termino principali, vt di-
xit *Bart. in l. solent, in ult. col. ff. de alim. &*
cibar. leg. ita etiam duplicari debent, si
6 duplicatur terminus principalis, quia si-
cut se habet oppositum ¶ in opposito, ita
& propositum in proposito, *l. fin. 5. fin. vbi*
Bald. ff. de leg. 3.

- Aduertendum tamè est, & primò, quod
hic terminus principalis mensis vnus est
7 communis ¶ vtrique parti tam reo, quam
actori, siue altera pars illo vtatur, siue non,
quia datus fuit à lege Regni, & eo termi-
no elapso fiet publicatio, prout dicunt
verba Ritus, quod intelligo, etiam si nihil
actum esset in primo termino, quia de ne-
cessitate fieri præcisè mandat à lege
Regni, dum dicit, *fiat publicatio*, quia pri-
8 ma publicatio ¶ in causa feudali, in qua
ordinariè proceditur, vt potè à lege data
Regni, & forma Ritus dicitur de substan-
9 tia iudicij, ¶ prout voluit *Angel. Aret. in*
tract. maleficiorum, in verb. qui Iudex dictum
processum publicauit, de quo per gloss. Bar.
& Doctor. in l. prolatam, C. de sentent. & in

ter. omn. iud. & Can. in cap. quoniam con-
tra, de probat.

- 10 Secundò aduertendum est, quod omnes
termini, ¶ publicationes, restitutiones, &
conclusiones dari, & fieri solent per Ad-
11 uocatum stantem ¶ in pleno iudicio in
M. R. Cur. iuxta *l. quisquis, C. de postulando,*
& iudicibus sedentibus pro Tribunali, iux-
tã *l. à procedere, C. de dilat. quia publicatio*
12 fit Iudici, ¶ & non parti, *l. quinquaginta,*
cum gloss. ff. de probat. & sic præsentantur
C in plena Curia ¶ omnia capitula, & pro-
testata vtriusque partis, nec in huiusmodi
terminis dandis, aut præsentationibus fa-
ciendis in iudicio requiritur noua cita-
13 tio ¶ partis, quia ab ultimo actu, qui fa-
ctus fuit inter ipsas partes in iudicio in-
fra sex menses præsumuntur partes ha-
bere Aduocatum, & Procuratorem in
Mag. Cur. prout superius dixi, sed tantum-
modò requiritur vocatio partis per Por-
terium alta voce in plena Curia, vt Aduo-
catus, aut Procurator partis aduersæ ve-
risimiliter huiusmodi dationem termi-
norum, vel præsentationem capitulorum,
aut protestatorum intelligere possit, ter-
14 mini ¶ verò extra plenam Curiam dari
non consueuerunt, nisi quando fortè im-
mineret periculum peremptionis instan-
tiæ, & regimina Mag. Cur. expectari non
possunt, & tunc de mandato Iudicis par-
te de nouo citata dari, & abbreviari con-
sueuerunt: capitula verò, & protestata pos-
sunt extra iudicium de mandato, & sub-
scriptione Iudicis in dorso præsentari
parte de nouo citata, vel annotare dies,
si fortè copia partis ad eam citandã pro-
pter periculum labentis termini citari
non possit.

- Tertiò aduertendum est, quod terminis
ordinarijs introductis à lege Regni par-
15 tes renunciare ¶ non possunt, quominus
dentur in tela processus, quia introduci
fuerunt ad publicam vtilitatem, vt voluit
gloss. *Bald. & Dott. in cap. de causis, de offic.*
deleg. Aliàs iudicium redderetur nullum,
per ea, quæ habentur in *l. prolatam, C. de*
sent. & inter. omn. iud. & in cap. quoniam
contra falsam, de probat. eas tamen bene
possunt partes, quibus competunt sibi ab-
breuiare, si minus illis indigeant, vt voluit
Bald. in cap. significante, de appellat. & in
cap. personas, in princ. vers. pone statutum,
eod. tit. de appellat. Et propterea quando
tales termini abbreviantur in plena Cu-
ria dici solet per Procuratorem partis
dierum duorum, seu diei vnus parte pe-
tente, hoc tamen fallit in termino repro-
ba-

16 batorio † competenti alicui ex partibus, quia potest illi pars in totum expresse renūciare, quia est odiosus, vt dixit *Bald. in capit. licet dilectus, de testi.* Ideo restringendus, & renunciandus in totum, argumento l. cum quidam, ff. de libe. & posthu. & in cap. odia de reg. iur. lib. 6. & ideo solet aliquando pars concludere in pleno iudicio in causa feudali, renunciato termino reprobatorio sibi competenti ex parte sua.

A D D I T I O.

- A** *Duplicatus.*] *Cumi. super Rit. cap. 76. nume. 5. & 96. & in cap. 37. num. 1. 27.*
- B** *Ad disputandum.*] Et ita seruetur in omnibus causis in Sacro Consilio Neapolitano, vt tradit *Maran. in suo spec. in tit. de allegat. & disputatio. super dubijs causa, & late vide Speculat. in tit. de disput. & allega. per totū.* Sed quid si mutantur Iudices, an iste terminus debeat de nouo concedi, & dic quod sic, quia Iudex succedens loco alterius, potest nouam dilationem concedere, ex *Rui. in cons. 30. nu. 6. in 4.* nisi esset in causa conclusum, per tradita per ipsam *Rui.* sed hæc non procedunt in feudalibus, ex dictis per Authorem nostrum hic.
- C** *Curia.*] Vide *Octau. Corset. quest. Forens. questio. 11. lib. primo, vbi & alia dicit.*
Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Spolio de recenti si agitur ad restitutionem possessionis feudi qualiter procedatur.
- 2 Spolium quando tentatur non potest spolians supplicare, quod non consentit in modo procedendi per visionem scripturarum.
- 3 Spolium quando tentatur non fit publicatio, nec concluditur in causa, nec citatur pars ad collectionem processus.
- 4 Cause continentia non debet diuidi.
- 5 Spolium super feudo debet agi coram M. R. C. ex quo causa est feudalis.
- 6 Spolium debet tentari coram Iudice competenti.
- 7 Spolium committitur quando Iudex suus non recte procedit, vel non suus de causa cognoscit.
- 8 Spolij in iudicio denegantur omnes defensiones, & per consequens officium Iudicis, quod venit appellatione defensionis.
- 9 Spolium si tentatur non posset spolians presentare interrogatorium aduersus testes.
- 10 Spolium si tentatur, Iudex potest se infor-

mare per aspectum corporis, seu visionem loci, accedendo super loco.

- 11 Probatio per rei euidenciam, quæ fit per visionem oculorum nulla virtute excluditur.
- 12 Spolio auditur spolians si Rex mandat, quod audiatur, vel quod expediatur causa possessoria simul cum causa proprietatis.
- 13 Vicerex non potest facere, quod causa spolij terminetur cum causa proprietatis.
- 14 Spolio hodie non auditur spolians in quibusuis limitationibus, qua dantur ex dispositione iuris communis.
- 15 Tertius comparens pro suo interesse an sit audiendus in spolio, & qualiter.
- 16 Audientia si denegatur alicui, non intelligitur respectu comparentis pro suo interesse.
- 17 Aduersarij appellatione venit etiam tertius pro suo interesse.
- 18 Spolium tentari potest contra spoliantem, & eius heredem, vel singularem successorem, etiam si per mille manus ambulauerit.
- 19 Spolium quando dicatur de recenti.
- 20 Spolium de recenti si tentatur, quando bimestre tempus incipiat currere.
- 21 Spolium requirit scientiam, & quando quis dicatur habere scientiam in spolio.
- 22 Bimestre tempus in spolio quando currat.
- 23 Appellationis tempus currit de momento ad momentum, & qualiter.
- 24 A. dictio denotat separationem.
- 25 Spolium si censetur, in dubio debet fieri interpretatio contra spoliantem.
- 26 Prescriptio interrumpitur sola citatione facta in scriptis, & per supplicationem.
- 27 Spolium ad hoc vt locum habeat requirit verificationem trium extremorum.
- 28 Spolium requirit possessionem, & sufficit etiam in defuncto, vt tempore vita sua non egerit.
- 29 Spolium non transmittitur ad heredem.
- 30 Possessio in spolio probari potest per assum naturalem verum, vel fictum, ciuilem, vel per precarium, & constitutum, vel reservationem vsusfructus, vel per translationem a defuncto in heredem, vel detentationem Domini, vel Inquilini.
- 31 Possessio in spolio an possit probari per vnū testem.
- 32 Spolium non procedit non probato titulo in his, qua non possunt possideri sine auctoritate Superioris.
- 33 Feuda, officia, & beneficia non possunt sine auctoritate Superioris possideri.
- 34 Deictio possessoris in spolio qualiter probetur.

- 35 *Spolij scientia qualiter probetur.*
 36 *Spolium in Regno quando dicatur prini-
 legiatum de recenti.*
 37 *Spolium Iudicis debet indicari visis actis,
 quibus fuit iudicatum.*
 38 *Spolium Iudicis quando dicatur.*
 39 *Spolium in causa feudali si. interur, debet
 in eo dari terminus mensi. unius ad di-
 sputandum, si petatur, & ante sententiã
 in eo fit relatio Præregi.*
 40 *Executiua modo non potest procedi pro de-
 bita non liquida.*
 41 *Spolio qualiter liquidentur fructus, dam-
 na, & interesse.*
 42 *Spolia tentato, & sequuta condemnatione
 aduersus liquidationem fructuum, dam-
 norum, & interesse non admittuntur op-
 positiones etiam modificatiue non facta
 restitutione.*
 43 *Spoliatorio iudicio potest agi etiam tam-
 pore feriato.*
 44 *Feudi restitutio criminaliter si petatur,
 qualiter agendum sit.*

A R G V M E N T V M.

**Spolio de recenti si agitur,
 ad restitutionem possessio-
 nis feudi qualiter proceda-
 tur.**

Q V A E S T I O XVII.

- D**ecimoseptimò, & successiuè
 quæro, qualiter procedatur cū
 agitur ad restitutionem pos-
 sessionis feudi via spolij * de
 1 **A** recenti, iuxta formam Ritus. † Respon-
 deo proceditur summarie, quia omnes
 causæ possessorij sunt summarie, & con-
 stito antequam audiatur aduersarius in
 defensionibus suis fit restitutio possessio-
 nis feudi, & postea auditur in meritis pos-
 sessorij, vel petitorij, iuxta formam Ritus,
 & huiusmodi iudicium intentari potest
 tam per præsentationem memorialis, quã
 per visionem scripturarum, quia denega-
 2 **tis** defensionibus aduersarij non potest †
 ipse supplicare, quòd non consentit, quòd
 proceditur per visionem scripturarum, &
 si proceditur per viam capitalorum data
 facultate probandi, & fundandi iura sua,
 infra dies octo, vel aliam dilationem Iu-
 dicis arbitrio moderandam, non fit ex in-
 3 **dè** publicatio, † nec cõcluditur in causa,
 sed mittitur processus ad effectum expe-

ditionis causæ, & inde lata sententia, & fá-
 cta restitutione iuxta formam sententiæ,
 præsentantur defensiones, & iura in causa
 meritorum spolij, & datis terminis, qui in
 causis summarijs dari solent, proceditur
 ad conclusionem, & expeditionem causæ me-
 ritorum spolij coram eodem Magistratu
 Mag. Cur. quia idem debet esse iudicium
 causæ possessionis, & proprietatis, vt de-
 4 **clarat** Bart. in l. naturaliter, §. nihil commu-
 ne, ff. de acqu. possess. ne continentia causæ
 diuidatur, l. nulli, & ibi declarat Iason
 post alios C. de iudic.

Aduertendum tamè est, & primò, quòd
 hoc iudicium restitutionis possessionis
 feudi spolio de recenti debet agitari in
 Mag. Reg. Cur. tanquam Iudice compe-
 5 **te**, * & habente generalem iurisdic-
 tionem tam in causis feudalibus, quam allo-
 dialibus, vt dixi superius in 8. qn. & quia
 hæc causa restitutionis possessionis feudi
 est feudalis, vt dixi supra in 2. q. nec possit
 intentari coram alio Iudice, licet aliter
 dixerit Bald. in l. fin. C. si à non compet. ind.
 & in l. reus, in antepen. col. C. de accus. quia
 Ritus mandat, fieri restitutionem, consti-
 to prius de extremis, sed non potest con-
 stare, nisi prius interueniat Iudex compe-
 6 **tens**, † actor, & reus, cap. forus, de verbor.
 signific. aliàs ipse idem Iudex non suus si
 procederet in causa, ipse idem spoliaret,
 7 **ex** quo spolium † Iudicis committitur,
 vel quando Iudex suus non ritè procedit,
 vel quando Iudex non suus de causa co-
 gnoscit, vt declarat And. de Ifern. in Const.
 Circa violentiarum panas, in 1. col. in tit. de
 rest. poss. lib. 1.

Secundò aduertendum est, quòd iudi-
 cium hoc spoliatorium adeò est fauora-
 bile, quòd claudicat in fauorem spoliati,
 & in odium spoliantis, quòd denegatis
 8 **C** defensionibus * denegatur etiam offi-
 cium Iudicis, † quòd venit appellatione
 defensionum, l. planè, ff. famil. hercisc.
 & declarat Bart. in l. 1. §. & parui, ff. quod
 vi, aut clam, & per consequens non potest
 per spoliantem præsentari interrogato-
 9 **rium** † aduersus testes producendos per
 ipsum spoliatum, quia illud ex officio Iu-
 dicis procedit, cap. Indicantem, 30. q. 5 &
 non solum denegatur defensio spolianti
 in eadem causa, in qua spoliavit, sed etiã
 in omni alia causa antequam restituat, &
 sic claudicat iudicium in odium spoliã-
 tis, vt voluit Bart. in l. si quis ad se fundum,
 in 1. col. C. ad leg. Juliam, de vi. pu. per text.
 in cap. fin. vbi per Doctor. de ordi. cogn. nisi
 10 **quatenus** forte Iudex † se informare vel-
 let

let per aspectum corporis, seu per visionē loci, quia tunc nulla virtus potest excludere probationem † per rei euidenciam, vt voluit *Bald. in rubr. C. de probat. & veritas magis per oculos, quam per aures animis hominum infigitur, vt dicit tex. cum gloss. in * fin. Instit. de grad. & gloss. in Constit. In questionibus, in verb. d. conspectibus, in tit. de raptoribus virginum, vel viduarū, lib. 1. & ibi Matth. de Afflict. in pen. col. su.*

12 per eadem gloss. vel nisi Rex † mandaret * D per literas suas, quod non expediatur cauta possessōri, nisi simul cognoscatur, & terminetur causa proprietatis, quia tūc potest audiri spoliatus in defensionibus suis, vt voluit *Panorm. in cap. in locis, de restit. spoliat. cum concord. de quibus per D. Matth. de Afflict. in Constit. Violentias, in 1. §. col. vers. octauo, in tit. de violentijs circa possessiones. lib. 1.* vbi latē disputat de veritate huius dicti, ad quem me remitto,

13 dicit tamen, quod Dominus Vicerex hoc facere non potest, tamē hodiē Ritus tollit omnes limitationes, † quę dātur aliās de iure communi, quas ponit *Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acq. poss. ad hoc vt aliquid disponat, & operetur vitra ius commune, per ea, quę voluit Iason post Alber. in l. properandum, in princ. C. de iudic. & Bart. in l. 2. ff. de recept. & in l. 2. ff. de vsuc. & Bal. in l. 2. in princ. C. de appellat. quem refert, & sequitur Phi. Decius in cap. vt debitus, in 4. col. vers. quartus effectus, de appellat. & Bart. in l. 3. §. si rem, ff. de leg. 3. vbi scripsi.*

Tertio aduertendum est, quod licet in iudicio spoliatorio tertius † veniens pro suo interesse audiatur de iure communi ante factam restitutionem rei spoliatę, prout voluit *Alexan. in d. §. nihil commune, in 16. fallentia,* quia vbiunque lex de-

16 negat audientiam † alicui in aliquo casu, semper denegat eam respectu partis aduersę, & non respectu tertij * comparētis pro suo interesse, vt voluit *Bald. in l. 2. C. de exer. & ius. act. & in l. si pro te, C. de dot. promis. Petrus de Anchar. in Clem. 1. de re iudic. cum alijs adductis per Socin. cons. 158. incip. visis, in 4. col.* Sed in hoc Regno in causa spolię de recenti non solum intelliguntur esse denegatę defensiones respectu partis spoliantis, sed etiam respectu tertij venientis pro suo interesse, quia Ritus Regni dicitur, antequam audiatur aduersarius in defensionibus suis,

17 sed appellatione * aduersarij venit etiam tertius, vt voluit *Panorm. in cap. in literis, in 3. notab. de restit. spoliat. & Felin. in c. 1.*

in 1. col. de iud. ergo, & c. Panorm. in cap. in 18 literis, in 3. notab. de restit. spol. † quoniam agi poterit in hoc iudicio de recenti contra spoliantem, & eius hęredem, vel singularem successorem habentem ius, & causam ab illo, etiam si per mille manus possessio ambulauerit, vt est tex. cum glo. in Constit. Circa violentiarum, & ibi per Scriben. de restit. spol. lib. 1. & etiam si non habuerit ius, & causam ab ipso spoliante, per text. in cap. reintegranda, 3. q. 9. & per tex. rationem in l. si me, & Titium, ff. si cert. per. sed cogita super hoc ultimo dicto, quia gloss. & Doct. in d. Constit. Circa violentiarum, videntur aliter dicere.

Quarto aduertendum est, quod dicitur spoliū de recenti † iuxta formam Ritus, quando fuit infra bimestre tempus perpetratum, data scientiā spoliij in persona spoliati ab eo die, † quo fuit perpetratum, aliās si ex post facto pertuenit ad noticiam spoliati, ab eo tunc incipit currere bimestre, quo scientiam habuit de spolio predicto, & non ab eo die, quo fuit perpetratum: ita dicitur verba Ritus, quod

21 intelligo, quādo scientiam † habuit spoliatus plenam de spolio predicto cum omnibus suis qualitatibus, vt voluit gloss. in cap. concerationi, de appellat. lib. 6. quam sequitur, & commendat *Alex. cons. 114. incip. ponderatis, in 1. volum. & Felin. in cap. quoad consulationem, in ultima col. de re iud.*

Item intelligo, dictum bimestre currere †, † non computato primo die scientię spoliij predicti, quia licet Ritus primo dicat, *infra bimestre,* quo casu dictio, *infra,* currit de momento ad momentum, vt voluit *Panorm. cap. 1. de cler. coniug. sicut dicitur in termino dato ad appellandum † infra decem dies, qui currit de momento ad momentum, vt in d. cap. concerationi, & voluit Aret. in l. qui ante Kalendas, ff. de verb. oblig. tamen inferius dicitur Ritus, quod bimestre tempus currere intelligitur a die scientię spoliij, quo casu dictio A. † denotat separationē illius primi diei, quo scientiam habuit spoliij predicti, vt declarat gloss. in l. 3. in ver. abramdusio, ff. de act. empt. & in l. d. caligato, C. de nupt. tantō fortius, quia in dubio fieri debet interpretatio in fauorem spoliati, &*

25 in odium spoliatis, † quia odiosa est hęc prescriptio bimestris, vt infra dicam.

Item intelligo, dictum bimestre currere a die scientię, si spoliatus potuit agere, & non egit, aliās si interim non potuit agere propter aliquod impedimentum,

non

non currit sibi tale bimestre, vt voluit *D. Matth. de Afflict. in Const. Circa violentiarum pœnas, in 4. col. vers. 2. quaro.*

Et quoniam hæc præscriptio bimestris temporis inducta fuit à lege Regni ad restringendam facultatem agendi spolio de recenti contrà dispositionem iuris communis, per quod durabat ius agendi spatio triginta annorum, sicut & præscriptiones aliorum iurium, vt in *l. licet, C. de iure delib. l. cum notissimi, C. de præscript. trig. vel quadrag. annor.* idèò tamquam
26 odiosa facilius interrumpi debet † per solam citationem spoliantis, sequuta relatione nunciij citantis, per id, quod voluit *Alex. in l. fin. & ibi Iason in 2 & in 5. limitatione, ff. de eo, per quem fact. erit,* vel per libellum Principi datum, seu supplicationem porrectam Illust. Domino Proregi, sequuta decretatione, & cõmissione facta per eum Mag. Reg. Cur. vt in *l. 1. & in 2. C. quando libel. Princ. datus, & ibi per Moder.*

Quintò aduertendum est, quòd ad obtinendum in causa spoliij de recenti circa restitutionem possessionis feudi verificanda sunt extrema * spoliij, scilicet possessio
27 F spoliati, & deiectio spoliantis, iuxta ea, quæ habentur per *gloss. & Doctor. in cap. consultationibus, de offic. deleg. & in l. rem, quæ nobis, vbi Alex. ff. de acquir. poss. iuncta dispositione Ricus quòd ad bimestre prædictum, de quo vide quæ ponit Matth. de Afflict. in Const. Violentias, in 7. col. vers. 6. quaro.*

Et non solum sufficit probatio possessionis spoliati † agentis, sed etiã sufficit possessio spoliati defuncti, qui non egit in vita sua spolio prædicto, sed morte præuentus antequàm incipiat agere, non reperitur possidere tempore mortis, quia tunc potest eius hæres agere iudicio spoliatorio de recenti contrà spoliantem, etiam si nunquam hæres possederit, quia illud ius agendi cõpetens defuncto trãmittitur † ad hæredem spoliati, *l. 1. §. hoc interdictum hæredi, & §. ult. ff. de vi, & vi ar. cum concord. de quibus per Domin. Matth. de Afflict. in d. Const. Circa violentiarum pœnas, in 2. col. vers. 3. nota. in tit. de rest. pos. lib. 1.*

Hæc igitur possessio feudi in persona
30 spoliati probari † poterit per actum naturalem, & verum, vel per actum ciuilem, & fictum, putà locando feudum, quia locator possidet, *l. licet. ff. locati,* vel colligendo fructus, *l. quamuis, §. conductor, & ibi per Alex. & Moder. ff. de acquir. possess. vel*

per precarium, & cõstitutum, *l. quod meo, & l. interesse puto, & ibi Bart. ff. de acquir. poss. vel per reservationem vsusfructus, l. quisquis, & ibi Ang. & l. si quis argentum, §. pen. C. de donat. vel per transmissionem possessionis à defuncto in hæredem vniuersalem ex testamento, vel ab intestato, iuxta formam Capituli nouissimi huius Regni à Ferdinando Rege concessi in anno Domini 1509. sub titulo, quòd possessio defuncti transeat ad hæredes, sicut & dominium, de quo latius infra dicam, & vide alias species probationis possessionis feudi in hac materia per *Dom. Matth. de Afflict. in d. Const. Circa violentiarum pœnas, in 6. col. & seq. vers. 9. quaro.**

Poterit etiam probari sola detentio feudi per colonum ad implorandum officium Iudicis, & obtinendum in hoc iudicio spoliatorio, vt voluit *gloss. in dicta Const. Circa violentiarum pœnas, in vers. per quascunque, ad fin. & ibi per Modern.*

Item poterit hoc extremum probationis, vel detentationis probari in hoc iudicio, de recenti etiam per vnicum testè, †
31 qui circa restitutionem probationis faciet plenam probationem, vt voluit *Bart. in l. 1. ff. quor. bonor. cuius dictum dixit singulare Matth. notab. suo. 4. & ponunt Doctor. Iason, & Moder. in repetit. l. admonendi, ff. de iur. iur. quia sumus in iudicio possessorio, vbi agitur de modico præiudicio, vt voluit *gloss. & Doctor. in rubr. C. si de moment. pos. fuer. appell. Nisi fortè petatur restitutio feudi non soliti aliàs concedi in feudum, quia tunc non solum requiritur probatio possessionis feudi, sed
32 etiam probatio tituli † acquisitionis feudi, ità voluit *Andr. de Iscrn. in cap. 1. §. illud quoque percipimus, in 4. col. vers. ex his, & ibi Dom. Matth. de Afflict. de prohib. feudi alienat. per Feder. & idem Domin. Matth. in Const. Ab Officialibus, in 1. col. in tit. vt nullus Officialis cogat aliquem ostend. titul. suæ poss. lib. 1. & in Const. Si quando, in 1. not. in tit. de pœna foriudicatorum lib. 4. quia ea, quæ non possunt possideri sine
33 auctoritate Superioris ad probationem possessionis eorum requirunt probatione tituli, per *tex. in cap. ad decimas, de restitut. spol. lib. 6. & in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. sed feuda, † officia, iurisdictiones, & beneficia non possunt sine auctoritate Superioris possideri, vt voluit *Bald. in l. qui se patris, in 8. col. vers. & scias, C. unde liber. & Soc. cons. 19. in 1. volum. cum his, quæ cumulat idem *Dom. Matth. in d. Constit. Violentias, in 13. col. vers. hic sumpta occasione, & col.******

et col. seq. in tit. de violent. circa possessiones, lib. 1. vbi late.

34 Deiectio ¶ verò possessionis feudi probatur per actum facti factum per spoliante in feudo, subsequuta defistentia possessionis in animo spoliati, per quam iūcto actu prædicto suspicatur spoliatus posse repelli à sua possessione ciuili, quã prius in animo habebat, vt declarant *Bar. et Doctor. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. et Dom. Matth. de Afflic. in d. Const. Violentias, in 6. col. vers. 4. quero.*

Probabitur etiam hæc deiectio possessionis feudi eo ipso, quòd quis habens ius, & causam à me, denegat mihi restituere possessionem feudi, maximè litem contestando, vt per *Alex. in l. 3. §. si rem, ff. de acquir. poss. per Bart. in l. fin. ff. de præc. quia is, qui vel præcario, vel conductionis titulo possidet à me, non potest mihi referre quæstionem dominij, quia sic inuertit mihi ciuilem possessionem meã, & spoliat me. *si quis conductionis titulo, et ibi Bart. C. locat. et Bart. et Doctor. in l. nam et si fur, ff. si cer. per.**

35 Scientia verò spoliij, quòd fuerit intrà bimestre, cum consistat in animo, potest solo iuramento spoliati affirmari, per *glo. et Doctor. in §. sed iste, Instit. de act. et Bart. in l. inter omnes, §. velzè, ff. de furt.*

Sextò aduertendum est, quòd licet *Ritus* indistinctè loquatur de spolio possessionis feudi ex quacunque causa, iuxta eã, quæ habentur per *Doctor. in l. rem, qua nobis, ff. de acquir. poss. per tex. in cap. reintegranda, 3. q. 1. cum similib. nihilominus hodiè Ritus Regni restrictus fait ad quatuor species spoliationis tantum, videlicet in spolio ¶ violento, aut clandestino, aut per interuersionem possessionis, aut in spolio Iudicis ¶ non ritè procedentis tantum, prout habetur in *Capitulis Regni à Ferdinando Rege concessis in anno Domini 1509. sub tit. de spolio, & in quibus casibus sit, & esse debeat priuilegiatum, qualiter autem intelligatur spolum Iudicis non ritè procedentis, ponit Andr. de Ifern. in d. Const. Circa violentiarum penas, in 1. col. et ibi Matth. de Afflic. in 3. col. vers. sed quare, post Bald. in cap. conquarente, de rest. spol.**

Septimò aduertendum est, quòd lata sententia restitutionis possessionis feudi vnà cum fructibus, damnis, expensis, & interesse non auditur conuentus in defensionibus suis in iudicio meritorum spoliij, nisi prius facta integrali restitucio-

ne fructuum, damnorum, expensarum, & interesse, iuxta formam sententiæ, & si talia non sunt liquida ¶, & quia debito non liquido non potest procedi executiuo modo, solet dari terminus ¶ spoliato ad liquidandum, & interim super sedetur in cognitione causæ meritorum spoliij, & facta liquidatione fit executio pro summa liquidata, prout voluit *Bal. in l. 2. C. de exe. rei iud. & Bar. in l. provide, §. notandum, ff. ad leg. Aquil. aduersus quam liquidationem non cadunt oppositiones,*

42 ¶ etiam modificatiuæ, nisi prius facta restitutione pro summa liquidata, quia aliàs esset de directo tendere contra sententiam restitutionis possessionis feudi, quæ dicitur, vnà cum fructibus, damnis, interesse, & expensis, nullis auditis defensionibus, vnde si caderent oppositiones, audiretur conuentus nondum facta restitutione prædicta in oppositionibus prædictis, contra formam dictæ sententiæ, & hæc practica processit ex eo, quod voluit *Pannon. in c. si in 2. col. post Inn. ibi, de ord. cogni.*

Poterit etiam & alia optima practica seruari, quam ponit *Bal. cons. 190. incip. proponitur, in 2. col. vers. 4. dico, in 1. vol. vbi dicit, quòd ex quo per sententiam constat de violentia illata super corpore feudi spoliati, sequitur quòd super quantitate fructuum, damnorum, expensarum, & interesse stabitur iuramento spoliati damnum passi, & obtinētis, per tex. in l. si quando, C. vnde ni, vt ibi per eum, & per istam practicam citius prouidetur spoliato circa liquidationem, & restitutionem fructuum, expensarum, damnorum, & interesse.*

Vltimò aduertendū est, quòd potest agi hoc iudicio spoliatorio de recenti, seu interdico recuperandę possessionis feudi, etiam tempore feriarum, introducto ob necessitates hominum, seu ob publicam vtilitatem in odium spoliantis, ita *Speculator in tit. de petito. & possesso. §. 1. vers. pone, quem sequitur Rota decis. 143. ex quibus infero, quòd poterit in hoc iudicio procedi in hoc Regno etiam tempore feriarum, tonnariæ, & cannamelarum, seu trapeti, nec in hoc poterit allegari Vice-regia Pragmatica, quia non fauet delictis, nec spoliantibus, & non habet locum in casu prædicto.*

44 Qualiter autem procedi debeat, quando criminaliter agitur ad restitutionem possessionis feudi, ponit late *Matthaus de Afflic. in d. Const. Violentias per illum tex. in 3. col. vers. 7. quare, & col. seq.*

AD-

A D D I T I O.

- A De hac quæstione vide *Cumi. super Ritu huius Regni c.40.* iuxta suum ordinem, & in *Rub. de mod. proceden. in summa. cau. & primò in ciuilibus, nu. 109. cum multis seq. Maran. in specu. par. 4. dist. 7. vbi multa, Rol. conf. 6. per totum, vol. 2. vbi de spolio Iudicis. Sed an hæc causa spoli de recenti priuilegiati possit auocari via recognoscendi ad S. R. M. in Regno habemus *Capia. Carol. 191. vbi quòd non. Et an possit compromitti stante Cap. Carol. 85. de comprom. caus. in coniu. dic, quòd non, Affl. decis. 84. & ibi Vrsil.**
- B *Competente.]* Sed an M. C. sit Iudex competens in causa spolij bonorum Ecclesiasticorum, vidè *Gigan. conf. 123. nu. 6. Caualc. decis. 45. nu. 75. & 76. in prima parte, Cumi. in d. cap. Ritus 40.*
- C *Denegatis defensionibus.]* Sed quid in appellatione, an & ipsa denegata intelligatur dic, quòd sic quòd ad effectum suspensionum, non autem deuolutiuum, *Couar. practi. quæst. cap. 23. nu. 7. ver. secunda conclusio, fol. mihi 171. vbi dicit communem, Afflic. decis. 169. nu. 3. Maran. in specu. par. 6. actu 2. num. 294. vbi dicit magis communem opinionem, Dec. conf. 37. nu. 59. vol. 3. Caualc. decis. 44. nu. 108. in 1. parte, Author noster infra 9. 45. nu. 2. ver. & prædicta intelligo, Menoc. de recuperand. possess. remed. 9. q. 48. Et hoc intellige, stante Ritu nostro non solùm quòd ad principalem rem restituendam, verùm etiam quòd ad fructus, & expensas iudiciales, & extraiudiciales, *Cumi. d. cap. 40. nu. 67. & 186. vsque ad nu. 196. Abb. in cap. accedens il. 2. nu. 5. extrà vt lit. non contest. & in cap. super spoliatione, num. 4. circa fin. extrà de ordi. cogn. Crauet. conf. 140. num. 3. vol. 1. Surd. conf. 166. nu. 1. vol. 2. vbi infinitos refert.**
- Sed quid in còtrario imperio, dic, quòd non admittitur etiam circa fructus eodem modo, ex quo est species defensionis, & ad instar appellationis, *t. ff. à quib. appell. nò lic. Ias. in l. quod iussit, n. 28. ff. de re iud. Nec obstat in hoc dictũ Contard. quod solet allegari in l. vnica, C. si de momenta. possess. fue. appell. quòd appellatio dicitur denegata quòd ad rem principalem, non autem quòd ad fructus. Nã contrarium est verius, stante Ritu nostro, vt non solùm quòd ad rem, sed etiam quòd ad fructus denegata, censeatur, & hoc operatur verbum illud, restituere, quod rem cum fructibus denotat, *Caualc. decis. 14. nu. 2. parte prima, Surd. conf. 116. nu. 22. & conf. 293. nu. 16. & est**

text. in l. qui restituere ff. de verbo. signif. & cap. grauis, de restit. spoliat. & dicta Contardi procedunt de iure communi, & ad hæc adde quæ tradit doctissimus Menoc. in tract. de adipisc. posse. rem. 4. nu. 369. in terminis iuris communis loquens, qui si benè aduertatur, stante statuto hanc sententiam amplectitur ibi in nume. 175. in fin. ver. hinc fit, licèt hoc anno in M. R. C. in causa Ioseph. de Modica cum Don Siluio Bonanno Barone Poggidiani fuerit iudicatum, quòd competat contrarium imperium, sed pendet causa in Consistorio S. R. C.

Sed quid si sententia feratur contra actorem in hoc iudicio, dic, quòd causa est appellabilis, ità notat *Angel. limitando text. in d. l. vnica. C. si de moment. possess. fuer. appell. in l. quisquis, C. quor. appell. non recip. refert, & menti tenendum reputat Tiraquel. in tract. de mort. 6. par. decl. 6. n. 3. Due. reg. 44. in verb. appellare.*

D *Rex mandaret.]* Adde *Thesau. dec. Pedem. 15. per totam.*

E *Tertij comparentis.]* Sed an tertius in hac causa spolij possit appellare, vide *Caualc. dec. 28. num. 6. & intellige vt num. 26. & decis. 2. num. 45. & 46. in 2. par. & decis. 45. num. 70. Ioseph. Ludouic. dec. Lucens. 56.*

Sed quæro, an hæc causa spolij tentata in Curia Ecclesiastica sit appellabilis, videretur dicendum, quòd non, quia cùm Ritus iste sit statutum mixtum, clericorum scilicet & laicorum, tanquam factũ per tria brachia, debet obseruari in dicta Curia Ecclesiastica, non tantùm circa ordinatoria, prout & in alijs statutis laicorum simplicibus, sed etiam circa deciforia: Et sic circa appellationem remouendam, ex *Caualc. dec. 12. num. 61. Caphal. conf. 708. num. 26. & seq. vol. 5. & in terminis huius statuti mixti tradunt Cassan. in consuet. Burgun. fol. 28. 2. num. 151. in fin. & Tiraquel. de retract. lignagier, s. 1. glo. 13. num. 2. fol. 221.*

Contrariam opinionem nihilominus verioremi puto, quòd sit appellabilis, non obstante Ritu denegante omnes defensiones, licèt enim verum sit, quòd clerici possint condere statuta præter ius, illud tamen locum sibi non vendicabit in his, quæ disponuntur contra iura Summi Pontificis, *cap. cùm inferior, de maior. & obed. Cùm igitur de iure Canonico appellatio in causa spolij admittatur, ex text. clarissimo in cap. significauerunt, vbi Abb. de rest. spol. & ibi Doctores omnes, nemine contradicente, sequitur indubitata conclu-*

fio, quòd tria brachia haud poterint talem legem infringere, & reuocare.

F *Extrema spoli.*] Vide Mascard. de probat. conclus. 1327. per totam, Decian. resp. 23. num. 98. volum. 1. Lap. alleg. 52. & ibi alios refert.

G *Terminus.*] Hodie habemus Pragm. quæ dat terminum trium mensum in allodialibus, & sex in feudalibus ipso iure, à die restitutionis rei spoliata.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Possessio defuncti qualiter continuetur in heredem ex testamento, vel ab intestato in feudo, & an in hærede, qui non erat aliàs successibilis.*
- 2 *Testatoris dispositio in feudo hereditario quando valeat.*
- 3 *Dotis de paragio dispositio facta per patrem filie in plus, vel minus, quam sibi de iure debeat, quando valeat.*
- 4 *L. fin. C. edic. di Hadr. tolle. habet locum etiam in feudis.*
- 5 *Possessio civilissima qua nam sit.*
- 6 *Feudum an, & quando transeat cum universalitate honorum.*
- 7 *Possessio consequutiue transmittitur in eum, in quem transit utile dominium.*
- 8 *Dominium non transfertur ex actu nullo, & quando.*
- 9 *Possessio data virtute precarij, & constituti est nulla, si contractus principalis est nullus.*
- 10 *Feudum mortuo testatore non deuoluitur iure successionis, sed ex vi contractus, & forme concessionis feudi.*
- 11 *Feudum dicitur alienatum si de eo disponitur contra formam concessionis.*
- 12 *Capitulum Volentes non habet locum forma repugnante.*
- 13 *Feudum ex pacto, & prouidentia est feudatarij dum viuit tantum, & est sicut usufructuarius, & eo mortuo efficitur caducum.*
- 14 *Feudi pacti, & prouidentia concessionis tot sunt, quot sunt persona.*
- 15 *Feudi usufructus an continuetur in heredem virtute Cap. Regni.*
- 16 *Usufructuarius in feudo qualiter possideat.*
- 17 *Cap. Regni de continuat. posses. duo copulatiue requirit.*
- 18 *Possessio non continuatur in quem non transit dominium.*
- 19 *Hæres iuris dicitur hæres ab intestato, non ex testamento.*
- 20 *Testatus quis non potest pro parte decedere, & pro parte intestatus, & quando possit.*

21 *Fenda equiparantur castrensibus, & militi-*

22 *Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

23 *Cap. Regni de continu. posse. an, & quando verificetur in primo hærede iuris vocato ab initio concessionis.*

A R G V M E N T V M.

Possessio defuncti qualiter continuetur in heredem ex testamento, vel ab intestato in feudo, & an in hærede, qui non erat aliàs successibilis.

Q V A E S T I O XVIII.

SED hic decimo octauò, & subsequenter quaero, quia continuatur possessio feudi à feu datario defuncto in eius hæredè vniuersalem ex testamento, vel ab intestato, per quam fundatur extremum possessionis in iudicio spoliatorio de recenti, quo agitur ad restitutionem possessionis feudi, iuxta formam Capituli nouissimi huius Regni à Ferdinando Rege concessi in anno Domini 1509. sub titulo de continuatione possessionis, nunquid eadè possessio defuncti continuetur in heredem ex testamento, vel ab intestato, qui non erat aliàs successurus in feudo, & attenda forma concessionis feudi, vt quia fortè talis hæres erat extraneus, vel fœmina stante concessione feudi pro masculis tantum, an verò ità demum continuetur, si aliàs talis hæres erat omninò successurus in feudo, iuxta formam concessionis feudi, & non aliter: In hac quaestione licet variz reperiantur Doctorum opiniones, tamen pro eorum concordia sic puto distingui posse, quòd aut feudum, de cuius continuatione possessionis agitur est hæreditariam, aut ex pacto, & prouidentia concedentis, primo casu si feudum est hæreditarium, cum eo casu valeat dispositio defuncti, & quæ est conformis formæ concessionis feudi, vel dispositioni legis feudorum, non solum ex ea dispositione testamentaria transfertur utile dominium feudi in heredem, factum vniuersalem, l. cum hæredes, in prin. ff. de acqui. poss. sed etiam transfertur, seu continuatur possessio feudi in ipsam heredem, iuxta formam dicti Cap. Regni, & ità intelligitur sex. in c. 1. in prin. de success.

cess. feu. vbi nulla dispositio defuncti valet in feudo, quatenus non concurrat cum dispositione legis feudorum, vel cum forma concessionis feudi, vt declarant Docto. ibi, & Bal. conf. 33. incip. ad euidenciam in 1. vol. conf. 384. incip. pramittendum in prin. in 4. vol. & conf. 143. incip. quod pro regula, in prima col. in primo uol. & Iac. de Sacto Georgio in tract. de feud. versic. & cu pacto, quod de ipso feudo, in princ. cum his, quæ latius scripti in tractat. meo de concessione feudi in 11. q. quarte partis principalis, uers. limita nunc primò conclusionem prædictam.

Confirmatur hoc ex eo, quod voluit *Andr. de Iser. in Constit. In aliquibus, in 2. col. in fi. & seq. ver. utem pone, dum loquitur de dote de paragio, & relicta filia per patrem in eius testamento in plus, vel minus, quàm sibi de iure debeatur, vt quatenus est conformis dispositio paterna, iuri feudorum valeat, aliàs secus, vt ibi per eum.*

Confirmatur etiam ex alio, quia sicut hæres vniuersaliter institutus de iure cõmuni potest petere se immitti in possessione feudi hæreditarij possèssi per defunctam & beneficio *l. si. C. de edict. Diu. maxime quia illa lex finalis habet locum etiam in feudo*, secundum Alber. ibi referuatibus iuribus contradictorijs in iudicio petitorio, prout voluit Do. Matth. de Aff. de cessione 119. incip. utrum, cum hodiè per d. c. Regni comperat etiam interdictionem recuperandæ possessionis hæredi vniuersali ratione continuationis possessionis feudi à defuncto in hæredem, pariformiter poterit hæres vniuersalis stante validitate dispositionis iuxta formam concessionis feudi hæreditarij fundare extremum possessionis ex sola institutione vniuersali in persona sua ex ministerio legis Regni, absq; facto suo, & talis dicitur ciuilibi & possèssio, vt declarat *Areti. in l. 1. in 10. col. ff. de acqui. poss. quæ possèssio ciuilibi licet non sit sufficiens ad intendendum iudicium recuperandæ possessionis, vt dixit Alex. in d. l. cum hæredes, in princ. tamen sufficiens est hodiè ex forma dicti Cap. Regni, & ideo si pater possideat feudum pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentes, & instituat filium secundogenitum, vel alium minorem natu sibi hæredem vniuersalem in feudo. Cum eo casu talis dispositio non repugnet formæ concessionis feudi, valebit talis dispositio, & eo casu sicut transfertur vtile dominium feudi in hæredem**

ex dispositione legis *d. l. cum hæredes, ita etiam & eius possèssio, quæ venit consequentiuè & ad vtile dominium prædictum, transmittetur in ipsum hæredem ex forma dicti Cap. Regni, eodem modo, si quis habeat feudum pro se, & hæredibus, cum eo casu possit etiam extraneum hæredem instituere, iuxta dispositionem Capituli Volentes, sequitur, quod vnà cum dominio translato transferatur etiam & possèssio, iuxta formam dicti Cap. Regni, & hic casus non habet dubium.*

Secundo verò casu si feudum est ex pacto, & prouidentia concessum, maxime cum clausula iuris Francorum, * vel pro masculis tantum, & tunc est maius dubium, & ponderanda sunt verba in *Cap. Regni* dictantis, quod sicut dominium transmittitur in hæredem scriptum, sic etiam continuetur possèssio defuncti in personam hæredis, & sic *Capitulum Regni* fundat se principaliter super translatione dominij, & quod possèssio defuncti consequentiuè, & accessoriè sequatur dominium, & continuetur in hæredem scriptum, sicut ipsum dominium vtile principaliter transmittitur, & continuatur in hæredem, sed quando feudum est ex pacto, & prouidentia, dominium vtile feudi non transmittitur, nisi in filium masculinum, vel primogenitum vocatum ab initio concessionis, quia tunc non intelligitur datum Titio, & descendentes suis, sed Titio, & primogenitis suis, & alij, quàm primogeniti propter formam concessionis sunt, exclusi, nec continentur inter successores, quoniam lex illis solum prouidet, quos nominatim enumerat, ita formaliter dixit *And. de Iser. in c. 1. §. hoc quoque, in 2. col. vers. Item constitutio, de success. feu. quem refert, & sequitur Guliel. de Perno conf. 11. incip. in questione terra Heraclia, in decima car. vers. quinimò, & conf. 19. incip. circa feudum, in vltima col. vers. quinimò, cum alijs concordantibus, quos posui in tract. meo de concess. feu. in 8. q. secunda partis principalis, & eo casu filij primogeniti magis dicuntur habere feudum à concedente ex eius prouidentia, & pacto primi acquiritoris, quàm ab vltimo moriente, vt dixit *glos. expressè in cap. 1. §. cum verò Corradus, in ver. frater, qui feuda poss. & gl. in c. 2. in prin. in ver. retinere, in titu. an agnatus, sequitur ergò, quod non potest consequentiuè trāsmitti possèssio in hæredem vniuersalem ex testamento virtute vniuersalis institutionis, cum ad eum non transmittatur vtile dominium feudi,**

tam

tam ex dispositione legis, quam ex forma concessionis, sed transmittetur in filium masculinum, vel primogenitum masculinum tantum ex forma concessionis, & virtute clausulæ iuris Francorum.

Et ideo infero ex his, quod si pater habens feudum ex pacto, & providentia cum clausula iuris Francorum instituat filium secundogenitum heredem uniuersalem, uel particularem in feudo, quod eo casu sicut in talem filium secundogenitum non transfertur utile dominium feudi ex forma primæ concessionis: ita nec etiam transfertur, nec continuatur possessio feudi ex forma talis hæredis institutionis, & per consequens non poterit talis filius secundogenitus fundare extremum possessionis ex tali hæredis institutione in persona sua ad recuperandum possessionem feudi iudicio spoliatorio de recenti. Nec in hoc obstat dictum *Capit. Regni*, quia illud voluit tantum supplendo providere circa continuationem possessionis virtute uniuersalis, vel particularis institutionis in illis casibus tantum, in quibus dominium bonorum hæreditariorum ex dispositione legis, vel testatoris sic disponentis transmitti, & continuari potuit, ut in bonis allodialibus, & feudalibus hæreditariis, de quibus potuit testator disponere quoad utilis dominij translationem, & ideo dictum *Capitulum Regni* fuit elicium ex his, quæ deciduntur per *Alex. & Doctor. in d.l. cum hæredes, in princ.* & per *Bald. in rubr. de caus. possess. & proprietat.* non autem fuit mēs *Cap. velle* disponere, quod virtute uniuersalis institutionis continuetur possessio feudi in his casibus, in quibus dominium non transmittitur, nec continuatur in heredem, vel ex dispositione legis, vel ex forma cōcessionis, quia sic possessio continuaretur in heredem principaliter, & non consequutiue ad dominium, quod est contra mentem *Capit. Volentes*, quod possessio continuetur, sicut & dominium transmittitur, regulatur ergo continuatio possessionis secundum translationem dominij: ergo sequitur, quod ubi non est dare translationem dominij in heredem uniuersalem virtute institutionis hæredis, ibi non erit dare continuationem possessionis virtute talis institutionis hæredis, quia si deficit extremum a quo, scilicet translatio dominij, deficiet etiam extremum ad quod, scilicet continuatio possessionis, quia dominium, & possessio se habent in casu. *d. Cap. Regni* tanquam excedentia, & excessa, vel tanquam

correlatiua: ita quod vno deficiente, deficit & reliquum, *l. fin. ff. de acceptil.* cum similib. aliàs sequeretur, quod dominium feudi transmittetur ex forma concessionis, in vnum scilicet primogenitum vocatum ab initio concessionis, & possessio transmittetur in alium non vocatum ex forma concessionis, quod esset absurdum contra mentem *Cap. Regni*, licet aliter forte de iure communi circumscripto *Cap. Regni* senserit *Alex. in l. fin. in ult. col. vers. aliud notabile dictum, C. de edit. diui*, ubi scriptum, & ibi *Iason in 9. col. vers. nota*, & aliquid ponit *Dom. Franciscus Curt. in additionibus, seu apostillis*, quas posuit ad *Alex. in d.l. cum hæredes, in princ. in 1. col. vers. vnum verbum, ff. de acq. poss.*

Prædictam tamen conclusionem intelligo, nisi hæres scriptus in testamento sit proximior defuncto in bonis allodialibus licet sit incapax quoad successionem feudi, ut quia forte sit filia fœmina, & feudum esset in strictissima forma concessum pro masculis tantum, & alius, in quem translatum fuisset dominium feudi, esset remotior in gradu, ut quia sit agnatus, & filia peteret restitui in possessionem omnium bonorum patris defuncti, tunc etiam veniet restitutio feudi simul cum restitutione uniuersitatis bonorum allodialium, non obstante quod utile dominium feudi non transiret in filiam fœminam, sed in agnatos remotiores, quia tunc cum uniuersitate bonorum bene poterit petere, se restitui etiam in possessionem feudi, ita dixit ad literam *Ioan. Andr. in additionibus. Specul. in tit. de restitut. s. pen. in fin. in ult. addit. quem refert, & sequitur Alex. in l. fin. in ult. col. vers. aliud notabile, & ibi Iason in 9. col. C. de edit. diui*, dum loquitur in interdico adipiscendæ possessionis, quod inferri potest ad interdico recuperandæ, stante dicto *Cap. Regni*, quia ista duo interdico a pari procedunt, & concurrere possunt, ut dicit *Iason in d.l. fin. in 3. col. C. de edit. diu.* ergo secus esset, quando uterque esset in eodem gradu, scilicet hæres scriptus, & veniens ab intestato, vel hæres scriptus esset remotior in gradu, vel secundogenitus, vel fœmina, & hæres ab intestato esset proximior, & primogenitus, vel maior natu, vel ageretur particulariter ad restitutionem feudi tantum, quia tunc militat regula dicti *Cap. Regni*, ut possessio consequutiue transmittatur in eum, in quem transit utile dominium feudi, super quo tamen relinquo melius cogitandum,

Quod autem non transmittatur dominium feudi, in quo est clausula iuris Francorum in filium secundogenitum universalem, vel particularem heredem institutum virtute *Capituli Regni*, probatur, quia dispositio testatoris super feudo quatenus non cōcurrit cum dispositione legis, vel forma concessionis, est ipso iure nulla, *cap. 1. in princ. & ibi per Doctorem. de success. feud. cum his, quæ superius dixi, sed ex*
 8 actu nullo non transfertur dominium, ꝛ nec possessio, ut declarat *Bart. Alex. & alij in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. poss. & ideò si prin-*
 9 cipalis cōtractus est nullus, possessio ꝛ data virtute præcarij, & constituti appositia in dicto cōtractu est ipso iure nulla, ut ibi dicit *Alex. & est gloss. singularis in l. sed cū patrono, in vers. faviana, ff. si quid in fraud. patron. item talis dispositio testatoris de feudo ex pacto, & providentia cum clausula iuris Francorum in personam filij secundogeniti est ipso iure nulla, quia tale*
 10 feudum ꝛ mortuo feudatario non devolvitur iure accessionis, sed potius ex vi cōtractus, & forme concessionis feudi, ita dicit *Guglielm. de Perno conf. 7. incip. hic adverte, in 2. carta, vers. nam ubi vivitur iure Francorum, ubi ponit concordantes, ergò pater feudatarius de dicto feudo in personam secundogeniti disponere non potuit.*

Item pater disponendo de tali feudo ex pacto, & providentia contra formam concessionis in personam filij secundogeniti dicitur alienare, *l. peto, §. fratre, & ibi per Bart. ff. de leg. 2. stante etiam dispositione Capituli Volentes, ꝛ quòd non habet locum in dispositione, quæ fieret repugnante forma concessionis feudi, ut voluit Guglielm. de Perno conf. 4. incip. quondam Serenissimus, quasi per totum, ergo alienatio nulla, per tex. in d. cap. 1. ibi, nulla dispositione valente, vel manente, de success. feud. & per consequens ex tali actu nullo alienationis in ultima voluntate non transfertur possessio absque facto hominis extrinsecò, & ex sola dispositione dicti Capituli Regni.*

Item si pater voluisset tale feudum filio secundogenito prælegare, non potuisset, quia tale feudum dicitur subiectum restitutioni, & alteri, quam filio primogenito, vel masculo relinquere non potest, & eo casu tale feudum dicitur concessum patri, & filijs primogenitis tantum, tanquam expresse vocatis, quibus fuit ius questitum ab initio concessionis, & ideò eis per patrem præiudicari non potest. ita expresse

dixit *Alex. conf. 28. incip. in causa. in ultima col. nec confirmari, in §. volu. ergo eius dispositio nulla, quia venit contra legem expressam, de qua in d. cap. 1. in princ. de success. feud. per tex. in l. non dubium, cum materia C. de leg. & ea, quæ ponit Bart. in l. cum lex, & in l. si quis pro eo, ff. de fideius. præfertim quia tale feudum ꝛ ex pacto, & providentia concessum est feudatario, dum vivit tantum, sicut ususfructus, ut dixit *Andr. de Isern. in c. 1. §. donatio, in 3. col. qualiter etiam feud. poss. alien. & eo mortuo, extinguitur, & efficitur caducum, & ius eius in feudo resolvitur, quia tale ius est personale in persona sua, & tot sunt conditiones, ꝛ quot sunt personæ, prout late scripsi in tract. meo de concess. feudor. 6. q. 2. part. 1. nec, quintus effectus, sequitur ergò, quòd cum tale dominium feudi ex pacto, & providentia non transmittatur in heredem scriptum ex testamento virtute talis hæredis institutionis solùm, quia expiravit sicut ususfructus, l. corruptione, C. de usufr. §. finitur, Instit. eodem, ita nec eius possessio, virtute talis institutionis continuari poterit in eius heredem.**

Confirmatur ex alio, quia si pater dicitur usufructuarius in feudo ex pacto, & providentia, ergò sequitur quòd possidet naturaliter tantum, quia civilis possessio feudi est penes Regem, & directum dominium, ut declarat *Dom. Matth. de Afflic. in præiud. Constitutionum Regni, q. 24. & illa naturalis possessio non est transmissibilis ad heredes, ergò non continuatur ratione statuti, seu Capituli Regni in ipsum heredem, ut voluit Raphael Cuman. conf. 175. in ult. col.*

Tantò fortius, quia stante dicto *Cap. Regni*, seu statuto, quòd possessio defuncti continetur in heredem, intelligitur de possessione consequentia dominii, seu iuris transmissibilis ad heredem, & non in iure non transmissibili, prout est usufructus, & ideò si pater habeat usufructum in bonis matris filiorum primi matrimonij, in quibus pater possidet ꝛ naturaliter tantum, ut naturaliter, in prin. ff. de acquir. poss. §. usufructuarius, Instit. de usufr. & filij primi matrimonij in talibus bonis adventitiis ut proprietarii possident civiliter, ut voluit *gloss. & Doctor. in l. possessio quodque, §. 1. ff. de acquir. poss.* sequitur quòd si pater instituat heredes universales filios secundi matrimonij, licet eo casu continuetur possessio omnium bonorum hereditariorum in filios secundi matrimonij tanquam heredes institutos, in eos tamen

tamē non trāsbīt naturalis possessio bonorum aduentitiorum, maternorum, sed trāsbīt in filios primī matrimonii tanquā proprietarios virtute consolidatiōnis, quia isto casu sicut non trāsmittitur dominium vsufructus in hāredes, itā in eos non continuabitur possessio, itā declarat *Imo. consi. 16. per totum*, quem refert, & commendat *Barba. cons. 58. in pe. col. in 2. vol.*

Et si fortē dicatur, dato quōd possessio feudi ex pacto, & prouidentia non continetur in filium secundogenitum virtute institutionis hāredis in persona sua, ex quo in eum non transit vtile dominium talis feudi, contrā dispositionem legis, & formam concessiōnis feudi, nunquid talis possessio feudi, vt potē consequutiua dominii trāsbīt in filium primogenitum, ad quem trāsiit vtile dominium feudi, & continuabitur cum possessiōne defuncti virtute dicti *Capituli Regni*: Respondeo, quōd non, quia *Capitulum Regni* 17 ad hoc vt possessio feudi continetur a defuncto in eius hāredem requirit duo copulatiue, primō scilicet, quōd talis possessio sit consequutiue iuncta dominio, & ideō non transit ad eum, ad quem non 18 trāsit dominium, vt superius dixi, secūdo requirit, quōd ille, in quē trāsmittitur possessio, sit hāres scriptus in testamento, vel veniens ab intestato, sed filius primogenitus non reperitur hāres scriptus in testamento patris, ergo, &c.

Si ergō possessio talis feudi ex pacto, & prouidentia non continuatur in filium secundogenitum, vti hāredem vniuersalem, quia in eum non trāsit dominium feudi, nec in filium primogenitum, in quem trāsit dominium feudi, quia non reperitur hāres scriptus in testamēto patris, in quē ergō cōtinuabitur ista possessio feudi: dico q̄ nec in filiū secundogenitum, nec in filiū primogenitū cōtinuabitur, rationibus prædictis, sed erit casus omissus à *Cap. Regni*, qui remisit in dispositione iuris cōmunis, *l. commodis sine, ff. de liber. & postum. l. si cum dotem, in princ. ff. sol. mar. & mortuo feudatario talis possessio vacabit, & erit illius, qui primo loco apprehendet eam, iuxta dispositionem iuris cōmunis, d. l. cum hāredes, in princ. ff. de acq. poss. & ideō si filius primogenitus primō eam capiet, non competit filio secundogenito hāredi instituto in testamento patris interdū recuperandæ possessiōnis, iuxta formam d. *Cap. Regni*, per ea, quæ superius dixi, & si filius secundogenitus,*

vel alius extraneus: capiat sibi possessiōne feudi prædicti, non competit filio primogenito interdū recuperandæ possessiōnis virtute dicti *Capituli Regni*, sed potior erit conditiō prius capientis possessiōnem feudi prædicti, per ea, quæ determinat *Imol. in d. suo cons. 16. per totum*, quē refert, & commendat *Barbat. in d. cons. 58. in penult. cart. in 2. uolum.* prout superius dixi.

Possit etiam attentari, quōd talis possessio feudi ex pacto, & prouidentia continetur in filium primogenitum ratione trāsmisiōnis dominij in personam suā, tam ex dispositione legis, quā ex forma concessiōnis: itā voluit *Bald. in auth. defuncto, C. ad Tertul.* qui licet ibi loquatur in interdū adipiscendæ possessiōnis: idē tamen esse poterit in interdū recuperandæ possessiōnis, stante capitulo trāsmisiōnis possessiōnis ex forma *Capituli Regni*.

Nec obstat si dicatur, quōd non reperitur hāres vniuersalis, nec particularis in feudo scriptus in testamento patris, quia dico, quōd satis dici potest hāres sanguinis, seu hāres iuris † vocatus ab initio concessiōnis, vt voluit signanter *Andr. de Isern. in cap. 1. §. quid ergo, in ult. col. in fin. de inuest. de re alien. fact.* & declarat *Gugl. de Perno cons. 18. incip. redeamus, in ultima. car. de quo latius scripsi in tract. meo de concess. feud. in 14. q. 4. partis principalis. vers. aliquando, & 3. casu.*

Et si dicatur, hic hāres iuris dicitur hāres ab intestato, non autem ex testamento, quo casu si hic filius primogenitus non est hāres scriptus in testamento, prout requirit *Capitulum Regni*: non sufficit, quōd sit hāres iuris ab intestato, quia 20 non potest quis decedere pro parte testatus, † & pro parte intestatus, vt in iuribus vulgaribus. Respondeo, quōd non inconuenit, quominus quis possit in bonis feudilibus decedere intestatus, & in bonis allodialibus decedere testatus, vt voluit *Bald. in auth. cessante, in 3. col. vers. & nota, C. de leg. bared. & cons. 143. incip. quod pro regula, in 1. col. in 1. uol. & Bart. in l. 1. in 8. col. vers. quero nunquid, C. de* 21 *summa Trinit. & Fid. cath. quia feuda † equiparantur castrensibus, vt voluit Bald. in prelijs feudorum, in ult. col. vers. an autem feudum, & idem Bald. & Doff. in l. cum multa, C. de bon. qua liber. & Bald. in dicta auth. cessante, 2. col. vers. & nota, & equiparantur militijs, vt voluit *Andr. de Isern. in s. 1. §. 1. de natura success. feud. per tex. in l.**

omnimodo, §. fin. C. de inoff. testam. quem refert, & sequitur Guglielmus de Peruo conf. 14. in 7. & ult. car. † sed miles pōt decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, l. 1. C. de testam. mil. ergo, &c. vnum tamen est aduertendum, quod verba Cap. Regni † non verificantur in isto hærede iuris vocato ab initio concessionis, sed de hærede succedente ab intestato ultimo morientis, aut ex dispositione legis, & voluntate defuncti, sed super hoc relinquo melius cogitandum.

ADDITIO.

A Sed quid si possessio per defunctum in vita est in alium translata, vide in terminis nostri statuti *Sebastianum de Medicis in tract. de acqu. possess. & amitt. rer. domin. gloss. 3. ver. imminuendo, num. 245.* & alibi, prout refert, & alios allegat *Don Francisc. Milanens. in dec. M. R. C. huius Regni prima, num. 3. & 4. lib. 1.* vbi multa in materia huius Cap. Regni.

Et an hoc Cap. quod possessio continuatur in hæredem, procedat etiam, vt possessio continuatur in Fiscum succedentem, dic quod aut succedit propter generationem finitam, & tunc bene in eum, continuatur possessio, aut succedit per confiscationem bonorum, & tunc secus est, & ita tradit, & ponit multas limitationes *Cauale. dec. 39. in princ. in 3. par.*

B Feudo.] Adde *Rolan. conf. 1. volum. 1. per totum.*

C *Iuris Francorum.*] Posset & adiuuari opinio Authoris nostri, ex quo tale statutum debet intelligi de possessione ex sui natura transitoria ad hæredes, quia sicut transit virtus ipsius causæ ad hæredes, ita voluit statutum, quod transiret ipsa possessio, sed quia possessio apud Baronem in feudo ex pacto, & prouidentia nõ est transitoria ad hæredes, prout dicimus in usufructuario, vt in terminis tradunt *Menoc. in conf. 139. num. 15. & 16. Tiraqu. & alij per eum relati, Don Francisc. Milanens. decif. 3. num. 35. lib. 1.* vbi latissime, & alia multa tradit in materia huius Cap. Regni, immo in fine transcribit totam hanc questionem Authoris nostri, sequitur quod in eo cesset dispositio dicti statuti, & ita declarat *Alex. conf. 153. col. 2. vol. 6.* quem sequitur *Cotta in libro memoraliū, verb. Decreto Mediolan. Menoch. qui alios citat loco supra allegato num. 18. Riminal. Inn. cons. 545. num. 35. vol. 5.*

Sed his non obstantibus contrarium semper in Regno fuit approbatum, quod scilicet statutum hoc de continuanda possessione defuncti in hæredem, continuatur possessionem, etiam quod dominium ipsorum feudorum, siue bonorum spectaret ad alium, & etiam si ille, in quem continuatur possessio non posset succedere, sed alius esset successurus in ipsis feudis, siue bonis, ex *Curt. in addit. ad Alex. in l. cum hæredes, ff. de acquir. poss. ex Cassan. & alijs cumulatim per Paris. in conf. 41. volum. 1. Alciat. in conf. 276. in causa Golisani, & in causa Moxarta, & Mazaria, de quibus per *Bolognet. conf. 7. nu. 59. & conf. 5. num. 20 & 36.* & ex nostratibus dixerunt *Bongior. in apostilla ad d. Cap. Regni, vbi dicit, ita fuisse decisum in causa Frigintini Campixa, & alij, quos refert *Osau. Corset. in conf. suo 15. num. 13. in 6. volum. quod Typis erit dandum.***

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Possessio, quæ continuatur in hæredem vniuersalem, continuatur etiam in hæredem particularem.*
- 2 *Heres particularis semper habetur loco hæredis, præterquam quod ad onera.*
- 3 *Possessio defuncti continuatur in primo hærede, non in secundo.*
- 4 *Hæredis appellatione venit directo, non per fideicommissum.*
- 5 *Vsusufructus an continuatur in hæredes, stante Cap. Regni.*

A R G V M E N T V M.

Possessio, quæ continuatur in hæredem vniuersalem, continuatur etiam in hæredem particularem.

Q V A E S T I O XIX.

D Ecimononò, & successiuè quæro, quia fundatur extremum possessionis feudi ratione continuationis possessionis à defuncto in eius hæredem vniuersalem scriptum in testamento, vel venientem ab intestato, virtute dicti Cap. Regni, videndum est pro declaratione, & intelligentia dicti Capit. Regni, nunquid illud procedat tam in hærede vniuersali, quam in hærede particu-

A lari, * † super quo aduertendum est, quòd
 1 de dicto Cap. Regni reperitur statutum
 factum Mediolani, & Papiæ, prout refert
Bald. in rubr. de caus. poss. & propr. & de il-
lo facit mentionem Barbat. in d. conf. suo
58. in 2. volum. vbi latè, & ponit Alex. &
Moder. in l. cum hæredes, in princ. ff. de acqu-
poss. & attenda ratione transmissionis do-
 2 rē, † qui in omnibus semper habetur lo-
 co hæredis, præterquam quoad onera, vt
 voluit *Paul. de Castr. in l. quotiens. C. de hæ-*
red. instir. & Bald. in cap. 1. de success. feud.
 item dici potest in hærede particulari,
 quod dicimus in hærede vniuersali, vt
 quemadmodum continuatur possessio à
 defuncto in hæredem vniuersalem, ità etiã
 & à defuncto in hæredem particularem
 in feudo.

Secundò aduertendum est, quòd tale
 3 Capitulum Regni habet locum in primo
 hærede † tantum, & non in secundo here-
 de, & sic non habet locum in fideicom-
 4 missario * vniuersali, vel particulari, vt
 voluit *Alex. conf. 82. 2. col. in 2. vol. & conf.*
20. in 3. volum. & ponit Iason in l. 1. §. de
illo, in 1. & 2. col. & in §. procedenti, ff. ad
Trebell. & de primo hærede loquitur Bal.
in rubr. de caus. poss. & propriet. in penul-
 4 col. quia appellacione hæredis † venit he-
 res directo, & non hæres per fideicom-
 missum, l. sed & sine, §. Papinianus, vbi
Bart. & ibi scripti ff. de minor. Item quia
 dispositio loquens de aliquo actu, intelli-
 gitur de primo actu tantum, & sic loquès
 de hærede, intelligitur de primo hærede,
 l. boue, §. hoc sermone, ff. de verb. signific. cū
 his, quæ cumulat *Felin. in cap. 2. de treug.*
 & pace, de quo vide *Alex. consil. 37. in 3.*
 5 col. 1. volum. vers. item attende, & vide plu-
 res limitationes, quæs ad dictum Capitulum
 Regni ponit *Iason in l. sorori, C. de iur.*
deliber. Item quòd dictum Capitulum Re-
 5 gni procedat in vsufructuario respectu
 proprietarij, & non respectu hæredis: ità
 quòd non transmittit vsufructu ad eius
 hæredem, sed ratione consolidationis in
 ipsum proprietarium, qui ciuilitè possi-
 det, vt voluit *gloss. & Bartol. in l. 1. quest. 8.*
princ. ff. de acquir. poss. & quia ipse natura-
 liter possidet tantum, l. naturaliter, in prin-
 cip. ff. de acquir. poss. §. usufructuarius, *Instit. de*
 usufruct. & per eius mortem finitur vsuf-
 ructus; l. corruptionem, C. de usufruct. & §.
 finitur, *Instit. eod. tit. & idè nihil transmit-*
 tit in eius hæredem, quia post eius mortè
 nihil remanet transmissibile penès eum,
 l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb. oblig.

& hoc determinat *Imol. in d. conf. 16. per*
totum, & Barbat. in d. conf. 58. in 2. vol. &
 idem dici potest in feudatario, qui tan-
 tum naturaliter possidet, vt voluit *Cuma.*
conf. 173. ad fin. iunctis his, quæ posuit Do-
min. Matth. de Afflict. in preludeys Constit-
utionum Regni, in 24. q.

A D D I T I O.

- A** Particulari.] Adde *Tiraquell. in tract. le*
mort saisis, declar. 4. secunda partis, num. 6.
 & sequ. vbi dicit, quòd sic, & id pluribus
 rationibus comprobatur, & respondet ad
 contrarias rationes *Prosper Paset. in conf.*
54. num. 1. & per totum, Præpos. in cap. 1. in
fin. an agnat.
- B** Fideicommissario.] ità tenet *Curt. in add.*
ad Alex. in l. 1. §. de illo, ff. ad Trebell. Iason
conf. 146. volum. 4. Dec. in l. fin. col. 7. C. de
edict. Diui Hadr. tollen. Tiraq. copiosè in
tract. supra relato, in 10. declar. 2. par. n. 15.
Rimin. Iun. conf. 545. num. 49. vol. 5. Pereg.
de fideicom. art. 47. num. 14. cum plur. sequ.
 vbi multa tradit.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudalibus in causis quando proceditur
per viam instantiæ qualiter procedatur.
- 2 Cedula condemnatoria petitio qualiter
fiat, & qualiter in ea procedatur.
- 3 Appellatio non fit quando est lata senten-
tia in causa cedule condemnatorie, uel in-
stantiæ.
- 4 Lis non contestatur ubi proceditur per viam
instantiæ, uel cedula condemnatoria.
- 5 Lis ubi non contestatur, primus actus ha-
betur pro lite contestata, ut est presenta-
tio capitulorum.

A R G V M E N T V M.

Feudalibus in causis quando
proceditur per viam in-
stantiæ qualiter pro-
cedatur.

Q V A E S T I O XX.

Vigesimò principaliter quæro,
 1 A qualiter procedatur in tela pro-
 cessus causæ feudalis, † in qua
 proceditur per viam instantiæ. *

Respondeo, proceditur per viam instantiæ in causa feudali, quando proceditur
 2 per viam cædulæ condemnatoriæ, † vel quia tunc agitur ex contractu virtute pacti de retrouendendo ad recuperationem feudi post decennium à die, quo agi potuit, vel quia tunc agitur actione in factû virtute rei iudicatæ post annum circa consequutionem feudi obtenti per sententiam, & tunc fit cædula condemnatoria, in qua narratur factum quomodo processit, inde condemnatur conventus ad tradendum, restituendum, & assignandum feudum prædictum iuxta formam sententiæ, vel contractus, nisi probet exequutiones, & defensiones suas infra mensem, & talis modus procedendi disponitur in *Ritu in tit. de modo procedendi per viam cædulæ*, & satis probatur per id, quod in simili disponitur in *l. fin. C. de edit. din.* & talis cædula condemnatoria formatur secundum quod de iure communi formatur libellus de per se, prout illum format *Præbicus Papiensis in practica sua libellorum*, præsertim in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, & posteaquam talis cædula condemnatoria præcedente condemnatione Iudicis in pede recepta est in actis Mag. Reg. Cur. debent inde infra terminum mensis vnus in eadem cædula contentum presentari capitula per actorem, in instantia vertente inter partes, in quibus narratur factum, & sint positiones ad probandum aliqua in factis, quæ sibi fortè desunt, iuxta dispositionem Ritus, & in fine ponitur conclusio libelli cum suis clausulis consueris, & ita fuit aliàs processum ad recuperationem feudi per viam cædulæ condemnatoriæ virtute contractus ex pacto de retrouendendo in causa recuperationis Baronie Calatabiani, & in causa recuperationis feudorum *delli Russi, & della Scala* de membris feudi Thau, licet ex pactis appositis in talibus contractibus recuperationis feudorum virtute pacti de retrouendendo * posset agi aliquando etiam via exequutiua, si pars esset infra decennium à die, qua agi potuisset.

Aduertendû tamen est, & primò, quòd licet regulariter quælibet causa feudalis sit ordinaria, & feudalis, vt scripsi supra in 16. *quest.* tamen quando proceditur in Mag. Reg. Cur. per viam instantiæ, seu cædulæ condemnatoriæ super feudo, summarie procedi debet, quia tunc à sententia lata in instantia, in qua processum
 3 fuit per viam cædulæ non appellatur † à Mag. Cur. iuxta formam Ritus, quia illud

est priuilegium processus per viam cædulæ, de quo Ritus specialiter, & expressè disponit, quòd nõ appelleretur, & hoc prouenit ex pacto contrahentium in contractu feudi, vt quemadmodum infra decennium ad redimendum feudum proceditur via exequutiua à die, quo agi potuit, ita post decennium agi poterit per viam instantiæ, vel hoc etiam prouenire potest ex natura causæ iuxta formam Ritus, quæ non distinguit inter causas feudales, & non feudales, sed tantum si agatur post decennium virtute contractus, vel post annum virtute rei iudicatæ, idè nec nos distinguere debemus, & tamen si procederetur ordinariè, appellaretur, idè sequeretur inconueniens, vel quòd in ea causa procedatur ordinariè, & non sit appellabilis, vel quòd procedatur summarie, & sit appellabilis, idè dicendum est, vt summarie procedatur, ex quo à tali sententia non appellatur.

Et quemadmodum omnes termini duplicantur, sicut duplicatur terminus principalis in causa feudali, in qua proceditur ordinariè, prout scripsi supra in 16. *quest.* ita etiam duplicatur primus terminus principalis, qui ponitur in cædula condemnatoria, & in causis allodialibus est diesam quindecim, in causis feudalis erit mensis vnus, & erit communis vtrique parti propter facultatem attributam auctori in dicta cædula ad probandum infra eundem terminum, si quæ sibi desunt, vt distant verba Ritus, & ita etiam duplicabuntur omnes alij termini subsequentes iuxta naturam causæ.

Secundò aduertendum est, quòd cum
 4 in hoc iudicio, in quo proceditur per viam instantiæ non contestatur lis † expressè inter ipsas partes in pleno iudicio, sequitur quòd primus actus contradictorius, qui fit in iudicio Iudice sedente pro Tribunali habebit vim litis contestatæ, † iuxta ea, quæ ponit *Felinus in cap. in sinante*, in *ult. col. de offic. deleg. & Iason, & Moder. in l. nulla dubitatio, C. de procurat.* & tunc habebit vim litis contestatæ presentatio
 5 capitulorum, * quæ fit in instantia prædicta, ex quo est primus actus contradictorius, qui fit in iudicio Iudice sedente, pro Tribunali, vel habebit vim litis contestatæ ille primus actus, qui fit quando Iudex incipit tractare de meritis, vt dixit *Iason in l. nulla dubitatio, C. de procurat.* sed incipit Mag. Cur. tractare de meritis in causa feudali per viam instantiæ, quando condemnat conventum in pede cædulæ

læ condemnatorię sequuta eius receptio-
ne in actis Mag. Cur. post consimilem cæ-
dulam traditam parti, quia illa condem-
natio concernit merita causę, & non pro-
cessum eius, est tamẽ quod incipiet à præ-
sentatione capitulorum, & sic ab eo die
incipiet currere instantia causę feudalis
per viam instantiæ intentatę, super quo
vide quę scripsi in *tit. de natura, & forma
cadular. lib. 2. cap. 89.*

A D D I T I O.

- A** Vide *Ottav. Corset. in quest. forens. lib. 2.
quest. 16. Cumi. super Rit. cap. 37. num. 50.
& num. 128.* qui allegat Authorem no-
strum hic.
- B** *Retrouendendo.*] Vide ea, quę dixi in
*meis questionibus ad Capit. Carol. 214. q. 6.
vers. non omitam.*
- C** *Presentatio capitulorum.*] Vide *Cumi. ubi
supra, num. 84.* qui reprobat per *Ottav.
Corset. lib. 2. q. 8. fol. 150.* & ibi dat veram
intelligentiam dictis hic per Authorem
nostrum.

Mastrillus.

S Y M M A R I U M.

- 1 *Feudalibus in causis quando proceditur
per visionem scripturarum qualiter pro-
cedatur.*
- 2 *Terminus ad reprobandum an detur in
causis, in quibus proceditur summarie.*
- 3 *Conclusionem quis actus faciet, ubi expres-
sè non concluditur in causa.*
- 4 *Litem contestatam quis actus faciet, ubi
expressè non contestatur.*
- 5 *Diffusio loco postę quid importet.*
- 6 *Termini ad defendendum, & reproban-
dum quando sunt communes.*

A R G V M E N T U M.

**Feudalibus in causis quãdo pro-
ceditur per visionem scrip-
turarum qualiter proce-
datur.**

Q V A E S T I O XXI.

Vigesimo primò quærò, qualiter
procedatur in tota processu cau-
sę feudalis, in qua proceditur
per visionem scripturarum. ¶

Respondet, per visionem scripturarum, &

formam Ritus huius Regni proceditur
nullis datis terminis, qui in causis ordina-
rijs, aut summarijs dari consueverunt, nec
etiam dato termino ad probandum, &
probatum habendum, iuxta ea, quę habẽ-
tur per *Felin. post alios in cap. licet causam,
de probatio.* Sed proceditur ex abrupto,
productio effectu in vim quãlis qualis pe-
titionis, adiunctis alijs scripturis proban-
tibus intentionem agentis circa ea, quę
deducuntur in ipso effectu in vim proba-
tionis protestatorum, aduersus quas scrip-
turas tanquã veras, & prolatas parte
alia non reclamante in modo procedendi
2 non datur terminus ad reprobandum, ¶
prout in alijs causis feudalibus, in quibus
ordinarię, vel summarie proceditur, dari
consuevit, iuxta ea, quę ponit signanter
*Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver-
de plano, quem refert, & cõmendat Roma-
nus cons. 519. incip. in casu propositę consul-
tationis, & cons. 156. incip. honoranda dõ-
minę, quem sequitur Alex. in l. qui ante Ka-
lendas in 2. col. ff. de verb. oblig. nec conclu-
ditur in causa, sed parte citata, & inculata
sibi contumacia ad effectum in scripturis
contentũ recitatur effectus partis agentis
per Mag. Cur. in pleno iudicio, & aperitũ-
tur puncta, quę recitatio effectus, * & ape-
ritio punctorum cum sit primus actus, qui
fit post conclusionem, ubi concluditur in
causa, in huiusmodi causa, in qua proce-
ditur per visionem scripturarum, & in ea
non fit conclusio, talis recitatio, & aperitio
3 punctorum habebit vim conclusionis, ¶
ita voluit *Imol. in clemen. si. de caus. poss. &
proprie, quem refert, & cõmendat Feli. in
c. insinuante, in ult. col. de off. deleg. & in eua-
tio contumacię ad effectum in scripturis
contentum, cum sit primus actus contra-
dictorius, qui fit iudice sedente pro Tri-
bunali, (ubi lis non contestatur) habebit
4 vim litem contestatę, ¶ prout dixit *Feli. in
B. d. c. insinuante, in ultima col. maxime * Ad-
uocato partis contentę respondente pro
ea in pleno iudicio, & ab eo die incipit
currere instantia huius causę feudalis, &
scripta huiusmodi responsione in pede
contumacię prædictę, & idem visis scrip-
turis per omnes quatuor Iudices Mag.
Reg. Cur. dabitur vtri que parti, & eorum
Aduocatis terminus mensis vnus ad dis-
putandum, & inde vocata causa, & facta
prius relatione Illust. D. Protegi, prout in
causis feudalibus fieri debet, prout scripsi
suprà in 7. q. in fin. proceditur ad ferendam
interlocutoriã in causa feudali in con-
trariũ, ita ex abrupto per visionem scrip-
turarum***

turarum vtraque parte consentiente procedi potest.

Si verò altera pars supplicauerit, quòd non consentit, quòd eo modo procedatur in causa feudali per visionem scripturarum, & dicit se habere releuantes defensiones in iure, & in facto in causa prædicta, tunc stante effectu loco postè †, id est, loco qualis qualis petitionis, vt declarat glo. in clem. sapè, de verb. signi. datur terminus alteri parti ad defendendum, & reprobandum coniunctim, vel diuisim duplicatus aliorum terminorum, qui in causis allodialibus, stante effectu loco postè dari consueuerunt.

Et licet vbi agitur ordinariè in causa feudali detur terminus principalis mensis vnus tantum, illud procedit, quia talis terminus est communis † vtrique parti ex forma Ritus, prout dixi supra in 16. qu. sed hic cum actor direxerit, se per visionem scripturarum iam prætendit fundasse intentionem suam per scripturas probatas, & sic quòd eum nõ est opus alia probatione quòd fundandam eius intentionem, & per consequens stante effectu loco postè non est dandus terminus communis vtrique parti mensis vnus, sed tantum dandus est terminus ad defendendum dierum sexdecim, & inde ad reprobandum dierum octo, qui sunt termini duplicati, & proprii ipsius conuenti, & non communes vtriusq; partis, nisi conuentus illis vtatur, quia tunc efficiuntur communes, iuxta ea, quæ habentur per Pau. de Castro in l. petenda, C. de tempo. in integ. restit. peten. & inde proceditur datis alijs terminis duplicatis, qui in causis summarijs feudali- bus dari consueuerunt, vsque ad conclusionem in causa, nec per hoc talis datio terminorum immutat* naturam causæ ordinariæ feudalis, & appellabilis, quia modus procedendi stante effectu loco postè semper intelligitur secundum naturam causæ feudalis, licet pars dixerit, quòd summarie procedatur, vel quòd datis terminis, qui in causis summarijs dari consueuerunt, procedatur, nihilominus causa erit ordinaria, & sic de sui natura appellabilis, iuxta dispositionem Ritus in cap. Item si proceditur, in fine, & dicitur procedi iuxta naturam causæ, quando est in facultate partis posse contradicere, & non consentire, in tali modo procedendi per visionem scripturarum, vt declarat glo. in clem. sapè, in fine, in ver. non contradicentibus, de verbo signifi. & in glo. in clem. dispendiosam in ver. valeat, de iud.

A D D I T I O.

- A *Effectus.*] Adde, quòd ex quo tunc liquet Iudici de causa, habet vim conclusionis, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, ver. & figura nu. 18.*
- B *Maximè*] *Osiani. Corsett. qu. foren. lib. 2. q. 16. Alexan. conf. 42. lib. 3. incip. in causa, col. 2.*
- C *Immutat.*] *Osiani. Corsett. lib. 2. q. 12. vbi etiam de modo procedendi stante effectu loco postè.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pecuniola an possit peti in causa feudali super fructibus feudi.*
- 2 *Pecuniola qualiter petatur.*
- 3 *Pecuniola auctore obtinente in causa compensatur cum fructibus rei petita.*
- 4 *Pecuniola non solum debet concedi in iudicio principali, sed etiam in iudicio appellationis.*
- 5 *Pecuniola tunc debet prestari super fructibus, quando res petita facit fructus.*

A R G V M E N T V M.

Pecuniola an possit peti in causa feudali super fructibus feudi.

Q V A E S T I O XXII.

VIgesimosecundò quæro, non quid pendente lite causæ feudalis possit actor petere sibi dari, seu concedi pecuniolam* à cõ-

- A
- 1 uento super fructibus feudi † petiti pro subministrandis sumptibus litis, Ad hoc breuiter respondeo, quòd sic concurrentibus duobus copulatiue, scilicet iure agendi radicato in personam agentis pro fundamento intentionis suæ, & paupertate ipsius, ita quòd non habeat aliunde vnde tales sumptus litis subministrare possit, & de iure suo satis constare debet per publicas scripturas, puta priuilegium, inuestituram, testamentum, vel alia documenta, de paupertate verò satis super hoc articulo incidenti, vel emergenti à tota causa constare poterit procedendo † per viâ informationum, iuxta formam Ritus, & verificata possessione feudi petiti in persona conuenti, & quantitate fructuum, qui

qui percipiuntur ex illo, & ita cōcedi solet pecuniola ipsi actori arbitrio Mag. Curia pro subministrandis sumptibus litis, prestito per eum de illam restituendo ipsi conuento, casu, quo succumbeeret actor in iudicio principali, & si actor obtineret, 3 compensabit ꝑ illam pro quantitate concurrenti cum fructibus feudi petiti, & eodem modo dicta summa erogata poterit eadem pecuniola facta prius distributio primæ pecuniolæ concessæ, iterum, & de nouo sub eadem forma, & fideiussione concedi, & ita seruamus in Regno, quod originem habuit ex eo, quod notant *Pagnorm. Aret.* & alij in *cap. ex parte, l'ultimo, de accusat. Alb. in l. fin. C. de ord. iud. Bald. Angel. & Paul. de Castr. in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam.* vbi plus dicunt, quod non solum hæc pecuniola cōcedi potest in iudicio principali, ꝑ constituto prius de iure intentionis agentis, & eius paupertate, sed etiam pendente lite in iudicio appellationis, & tunc satis dicitur constare de iure agentis, statim, quod actor obtinuit primam sententiam distinctiuam in sui fauorem in iudicio principali, licet illa suspensa fuerit per interpositionem appellationis, vñ ibi per eos, de quo vide aliquid per *Matth. de Afflict. in Constit. Comitibus, in 1. col. vers. 10. quero, in tit. de adiut. milit. prestito, lib. B 7.* & vide eundem *Dom. Matth. decif. 10. incip. vxor.* Aduerte tamen ad vnū, quod 5 hæc pecuniola ꝑ concedi debet ex fructibus, seu redditibus feudi petiti, quando ex tali feudo fructus renascuntur, secus autem esset, quando ex tali feudo pendente lite nullatenus fructus renasceretur, quia non teneretur eo casu prestare de suo pecuniolam pro subministrandis sumptibus litis, super quo tamen cogita,

A D D I T I O.

A *Pecuniolam.*] De hac questione vide, *Asin. in sua praxi, §. 32. ampliat. 29. & seq. Surd. de alim. tit. 1. q. 129. & 130.* vbi latissime. Nec est necessarium, vt obtineat pro se actor primam sententiam, quia ex æquitate, ne fame pereat, & cogatur processum derelinquere, idem dicendum in prima instantia, non expectata aliqua sententia, & sufficit, quod constet de aliquo iure, *Rebuff. in Constit. Gall. tit. de sentent. prouis. gloss. 2. num. 5. & 6. Rota dec. 2. in tit. de iud. Affl. dec. 10. et 11.* vbi de communi testatur, & ita seruatur in Fran-

cia, *Rebuff. in practico loco, Cephal. cons. 127. Alciat. 3. regu. præsumpt. 9. num. 10. Couar. pract. qq. cap. 6.* quos sequitur *Ludovic. dec. Perus. 46. num. 5. & 6. Io. Vinc. de Anna sing. 25.* communem, & dicit debere seruari *Lauren. com. opin. cent. 4. conclus. 25. Duen. regul. 365.*

B *Vrsill. ad Afflict. in d. dec. 10. n. 4.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationes quænam fieri debeant, & requirantur in causa feudali.
- 2 Pares Curia in causis feudalibus non dantur hodie in Regno.
- 3 Feudum an possit probari, quod sit aliter, quàm per inuestituram, & priuilegium.
- 4 Feudum possideri non potest sine mandato Superioris, idè requiritur probatio tituli.

A R G V M E N T V M.

Probationes quænam fieri debeant, & requirantur in causa feudali.

Q V A E S T I O XXIII.

1 **V**igesimotertio quæro, quæ probationes requirantur in causa feudali. ꝑ Respondeo, quod hanc materiam probationis in causa feudali siue agatur inter dominum, & vasallum, siue inter dominum, & agnatum vasalli inter duos vasallos, plenissime examinat *Bald. post Iacobum de Belniso in cap. 1. quasi per totum, in tit. qui testes sunt necess. xij. ad proban. nou. inuestit. quem refert, & sequitur Iacobin. de Saucto Georgio in suo tract. de feud. in verb. & dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus, in decima col. vers. quem ulterius, idè ne bis idem repetam, ulterius non insisto.*

2 Vnum tamen addo, quod cum hodie non sit dare pares ꝑ Curia in hoc Regno, prout scripsi supra in 7. q. vers. 2. infero, non requiritur aliqua probatio per pares, ex quo illos non habemus, sed eo casu sufficiunt testes extranei, dum tamen sint probatæ, & optimæ opinionis, vt dixit *Bald. ubi supra, in pen. col.*

Item addo aliud, quod aut agitur de probatione proprietatis feudi, & nõ potest aliqua res probari, quod sit feudalis ꝑ

A per inuestituram, * seu priuilegium, ita voluit *Raphael Cuman. conf. 137. incip. consultus*, aut agitur de probatione possessionis feudi, & tunc licet probatio possessionis probari possit per vnum testem tantum, vt voluit *Bart. in l. 2. C. quorum bonorum, Mathesilan. notab. suo 3. & Iason in repetit. l. admonendi, ff. de iureiur.* quia dicitur esse modici praeiudicii, vt dixit *gloss. in rubr. C. si de moment. poss. fuer. appel.* tamen aliquando in causis feudalibus quando militat praesumptio contra agentem, non solum requiritur probatio possessionis + feudi, sed etiam probatio tituli, quia feuda sine mandato, & autoritate Superioris possideri non possunt, vt voluit *Bald. in l. qui se patris, quinta col. vers. & scias, C. vnde liber. Soc. conf. 19. in 1. vol. & Dom. Matth. de Afflict. in d. Constit. Ab Officialibus, in 3. notab. in tit. vt nullus Officialis cogat aliquem, lib. 1.*

A D D I T I O.

A *Inuestituram.*] Sed hoc quando procedat, vide *Villalob. commun. opin. in verb. feudalis res, num. 26. Bursat. conf. 41. nu. 1. usque ad quintum*, vbi infinitos more suo refert, & quomodo probetur, *Mascard. de probat. conclus. 768. incip. feudum itaq; & concl. seq. Bursat. conf. 46. num. 34. & conf. 10. nu. 11. & vide Vrsil. ad Afflict. dec. 277. per totam.*

Sed cui incumbat onus probandi in causa feudali, vide *Odoiff. in summa feud. in tit. cui incumbat onus probandi, fol. 161. & num. seq. fol. 165.*

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Dominium vtile feudi qualiter probetur in personam agentis in iudicio rei uendicatorio.*

A R G V M E N T V M.

Dominium vtile feudi qualiter probetur in personam agentis in iudicio rei uendicatorio.

Q V A E S T I O XXIII.

- 1 **V**igesimoquarto quaero, qualiter probetur vtile dominium feudi in personam agentis in iudicio rei uendicatorio causae feudalis, & qualiter probetur possessio feudi in persona conuenti.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Testes idonei qui dicantur in causa feudali.*
- 2 *Feudales causa dicuntur magnae, & magnarum rerum.*
- 3 *Feudalibus in causis non potest deferri iuramentum in supplementum probationis.*
- 4 *Testis non potest esse mulier in causa feudali.*
- 5 *Testes in causa feudali debent iurare tactis Euangelis, & non sufficit dicere testis iuratus.*
- 6 *Pares Curiae possunt recipi in testes.*

A R G V M E N T V M.

Testes idonei qui dicantur in causa feudali.

Q V A E S T I O XXV.

- 1 **V**igesimoquinto quaero, qui testes idonei dicantur in causa feudali. + Respondeo, quod licet edictum de testibus sit prohibitorium, ita quod omnes admittuntur in testes, nisi sint expressè prohibiti, ne producantur, l. 1. & ibi per *Doctorem. ff. de testib.* tamen in causis feudalibus strictius proceditur in ea probatione, quae fit per testes, quam in causis allodialibus procedatur, & ratio esse potest, quia causae feudales + dicuntur causae magnae, & magnarum rerum, vt dicit *Bald. in l. in bona fidei, in ult. col. C. de re. cred.* vbi etiam ex hoc infert, quod in causis feudalibus non potest deferri iuramentum parti in supplementum probationis, vt ibi per eum, & per *Io. Baptistam de S. Scuerino in repet. cap. 1. de feud. cognit. in 5. par. in 12. reg.*

A Secundo infero ex hoc, quod mulier + non potest esse testis + in causa feudali, quia non dicitur integra testis, in tantum quod sibi non potest deferri iuramentum in supplementum probationis, ita voluit *Iason in l. fin. in ult. col. post alios ibi per eum allegatos, C. de codicil. & idem voluit*

expressè Io. Baptista de S. Seuerino in rep. cap. 1. de feud. cognit. in 6. par. in 2. concord. & ponit vnum verbum Bald. in cap. 1. in ultima col. in fin. qui testes sunt necessar. ad proban. nou. inuest.

Tertiò infero, quòd licèt quando testis deponit iuratus, &c. præsumatùr tacitis scripturis, tamen in causis feudalibus licèt testis dicat, iuratus, &c. non tamen præsumatùr tacitis scripturis, nisi id expressè dicatur, immò requiritur, quòd dicat talis testis iuratus ad sancta Dei quatuor Euangelia, † scripturis corporaliter tacitis, aliàs non probat: ità dixit Gugliel. de Perno conf. 14. incip. ad feudorum notabilia videamus, in 2. car. uers. item nos 2., quòd in iuramento testis, de quo vide Bald. in l. Theopompus, ff. de dot. prelegat. & in proemio Digestorum, in fin. & Lanfrancum in repet. cap. quoniam contra, in vers. iuramenta, de probat. & eundem Io. Baptistam de S. Seuerino in repet. d. cap. 1. de feud. cog. in 6. par. in 7. concord.

Adde tamen, quòd Pares Curiz, idest alij conuatali, qui sunt de domo domini in testes † recipi possunt, vt dixit idem Io. Baptista in repet. d. c. prim. de feud. cog. in 6. par. in 13. differ. sed hoc puto verum, attenda dispositione iuris communis feudorum, per ea, quæ superius dixi in 7. q. uers. 2. infero, & in q. preced.

ADDITION.

A Mulier. Vide Mascard. de probat. concl. 769. num. 3. & per totam in materia questionis nostræ.

Mastrillus.

SUMMARY.

- I Interrogatorium aduersus testes producendos in causa feudi qualiter fiat.
- I Interrogatorium aduersus testes non presentatur in causa spoli, nec in termino reprobatorio.

ARGUMENTUM.

Interrogatorium aduersus testes producendos in causa feudi qualiter fiat.

QUESTIO XXVI.

Vigesimosextò quæro, qualiter sint interrogatoria aduersus testes producendos in causa feudali. †

SUMMARY.

- I Testium receptio ad literas de audientia testium in causa feudali committitur.
- 2 Feudaliū causarum iurisdictio non potest alijs committi, nec prorogari, quia est Magistri iustitiarij, & M. R. C. in Regno.
- 3 Testium receptio potest alteri committi, sed in causis feudalibus seruatur consuetudo.
- 4 Consuetudo seruanda est in respicientibus ordinem iudiciorum ubi agitur.
- 5 Testium receptio ubi aliàs non teneret, tenet parte non contradicente.
- 6 Attestationes sunt de actis M. C. quàm diu sunt panes Commissarium illas recipientem.
- 7 Attestationes postquam veniunt non presentantur, sed insistantur cum alijs actis eiusdem processus.
- 8 Attestationes si venerint post conclusum in causa, non rescindunt conclusionem.
- 9 Attestationibus aduenientibus an detur terminus ad reprobandum, & dum capiuntur an, & quando impediatur processus ad ulteriora.

ARGUMENTUM.

Testium receptio qualiter ad literas de audientia testium in causa feudali committitur.

QUESTIO XXVII.

Vigesimoseptimò, & successiuè quæro, qualiter committatur receptio testium ad literas de audientia testium in causa feudali, † Respondeo, dixi supra in 7. q. quòd Magister Iustitarius, & quatuor Iudices M. R. C. sunt Iudices competentes in causis feudalibus in hoc Regno, in tantum,

- 1 quòd huiusmodi iurisdictio † nec in aliū prorogari potest, nec alicui ordinario, vel delegato in totum committi potest, verum est, quòd media causæ, prout est receptio testium, † per literas remissorias ad partes Commissario Mag. Reg. Cur. committi potest, nam licèt in causis allodialibus licita sit talis commissio testium alteri, vt in l. Iudices, & ibi per Cy. & Doctor. & in aurb. apud eloquentissimum C. de feud. infirm. tamen in causis feudalibus attendendus, est mos, & consuetudo iudiciorum, † l. fin. in f. C. de iur. iuran. & ita dicitur.

xit *Alua. in cap. 1. in vltima col. si de inuesti. inter do. & vass. lis oria.* & ratio est, quia in respicientibus ordinem iudiciorum, seruamus mores, & consuetudinem loci, vbi iudicium agitur, l. 3. §. fin. & ibi glo. ff. de testi. glo. in cap. illud 12. distin. Panor. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ cum concord. de quibus ibi per Fel. de constit. sed mos, & antiqua consuetudo Mag. Reg. Cur. in hoc Regno fuit, & est, quod quando testes sunt recipiendi in loco vbi degit Mag. Cur. & causa feudalis excedit summam vnciarum centum, tunc examinari debent per vnum ex Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, prout habetur in capitulis Regni vocatis *di la sala bassa*, ab Alfōso Rege cōcessis in anno Domini 1423. sub titulo, quibus *castib. is testis per Iudices examinentur*, sed si receptio testium in causa feudali committatur ad literas de audientia testium Commissario eiusdem M. R. C. expeditis literis remissorijs ad recipiendum testes in locis sibi in dictis literis designatis, recipere potest testes intrā terminum sibi datum, & facta tantum publicatione super termino sibi indulto supersedetur in prosecutione causæ in Magn. Reg. Cur. vsque quo Commissarius vacet saltem per mensem in productione testium in locis destinatis, & inde fiunt literæ refrenatoriæ directæ Commissario, vt tantum producat vsque ad certam dilationem arbitrio Mag. Cur. moderandam, & eo termino elapso non potest producere amplius super eisdem capitulis, & in eadem Magna Curia ex tunc proceditur in tela processus ad vltiora, & idem Commissarius exinde infra terminum dierum viginti transmittere, seu apportare debet attestaciones prædictas penes Archiuum Mag. Reg. Cur. vt ibi conseruentur, prout dicitur in nouis pandettis, vbi tractatur de iuribus Magistrī Notarij Mag. Reg. Cur. in vlt. cap. & alibi vbi tractatur de iuribus Commissariorum in cap. item quilibet *Sindicator, siue Commissarius.*

Receptio verò testium in causa feudali nunquam committitur ordinario loci, per *tex. in Const. Statuimus, in fi.* arguendo à tota causa feudali ad eius partem, nisi forte vtraque parte consentiente, † prout voluit *Inno. in cap. cum causam, in fi. de testi. quem refert, & commendat Alua. in d. cil. in vlt. col. in fi. si de inuest. inter do. & vass. lis oria.* & huiusmodi attestaciones † factæ in causa feudali per Commissarium etiam antequam veniant ad Archiuum M. C. & quamdiu sunt penes Commissarij dicun-

tur esse de actis M. C. & postquam venerint ad Magnam Curiam non requirunt nouam præsentationem, sed infilzantur † cum alijs actis eiuidem processus, in tantum quod si venerint postquam conclusum est † in causa, non rescindunt cōclusionem, sed tanquam pars actorum existentium extrà processum in Archiuo reintegrantur, & sumuntur simul cum alijs actis in processu, quod tamen secus est in alijs causis allodialibus, in quibus receptio testium ad literas de audientia testium ordinario loci committi solet, quia tunc tales literæ non impediunt processum ad vltiora † in M. C. nec sunt literæ infrenatoriæ, sed ordinarius procedere potest etiam ad receptionem testium, vsque ad conclusionem, & pars prosequitur causam in datione terminorum, vsque ad conclusionem, & inde si venerint attestaciones prædictæ infrā dies octo, à die cōclusionis præsentantur in M. C. & rescissa cōclusionem, ne datur alteri parti terminus ad reprobandum, & iterum de nouo concluditur; & proceditur ad expeditionem causæ, si verò tales attestaciones non venerint elapsis octo diebus, nec superuenerint in prolatione sententiæ, imputandum est parti, quæ tamdiu distulit eas præsentare, quamdiu tempora largiebantur, & reseruantur sibi in alio iudicio, si quod fortè sibi competit, & proceditur ad expeditionem causæ, absque alia dilatione, & ita seruetur in M. R. C.

S V M M A R I V M.

- 1 *Instrumenta qualiter producantur in causa feudali.*
- 2 *Præsentatio protestatorum in M. R. C. potest fieri absque termino ante cōclusionem in causa.*
- 3 *Acta si sunt præsentata in iudicio presenti poterit Iudex dare terminum, vt ea præsentet, aliàs deleantur capitula protestatoria, vel quod priuetur commodo talium protestatorum.*
- 4 *Instrumenta præsentata in iudicio si non sunt authentica datur terminus ad authenticandum.*
- 5 *Authenticatio actorum an possit fieri post conclusum in causa.*
- 6 *Authenticatio qualiter sit faciendā de actis præsentatis in Curia.*
- 7 *Acta solent præsentari in partibus pro se facientibus tantum, & non contra se.*

A R G V M E N T V M.

Instrumenta qualiter producantur in causa feudali.

Q V A E S T I O XXVIII.

Vigesimo octavo quæro, qualiter instrumenta producantur in causa feudali. † Respondeo licet instrumenta protestata in capitulis præsentari possunt in Magna Reg. Cur. quancumque absque aliquo termino antè conclusionem causæ feudalis, ut est *text.* & ibi notât *Docto. in cap. cum dilectus, de fid. instru.* potest dari tamen terminus à Iudice † parti protestanti talia instrumenta, ut ea infra certam dilationem producere habeat, aliàs eo termino elapso, & eis non præsentatis deleantur capitula protestatoria, ut voluit *Bald. Card. Panorm. & Felin. in d. cap. cum dilectus, in pen. col.* vel etiam mandari poterit, quòd si non præsentaret ea infra talem terminum, ut priuatur commodo talium instrumentorum protestatorum, ut illa ulterius præsentare non possit, ut voluit *Innoc. in cap. perpetuus, de fide instru. Bald. in cap. vasallus, in ult. col. si de feudo fuer. controu. & in l. 2. C. ut lit. pend.* quod sequitur, & commendat *Iacobin. de Sancto Georgio in tract. de feud. in verb. dictiq. vasalli promiserunt recognoscere, in 6. col. in fin. et seq. li* verò pars præsentauerit ea, & non fuerint authentica, † solet mandari per Iudicem ad instantiam alterius partis, ut illa infra certam dilationem habeat authenticare, quo termino elapso, & eis non authenticatis, ut decet, mandari solet, quòd fiat nota, quòd habeantur pro non authenticatis, & faciant illam fidem, quam de iure facere possunt, per ratione, & iura præallegata.

Et huiusmodi authenticatio † instrumentorum præsentatorum peti poterit per partem, quòd fiat etiam post conclusum in causa feudali, quia tunc non est aliquid de nouo addere, sed additum confirmare, ità *Bald. in cap. 1. in princ. de fide instrum.*

Aduertendum tamen est, quòd ad hoc ut valeat præsentatio, seu productio instrumentorum † in causa feudali requiritur, quòd fiat parte citata, quando sit extrà iudicium, vel saltem parte vocata in pleno iudicio, quia tunc præsumitur pars habere Aduocatum, & Procuratorem.

causæ in Curia infra sex menses ab ultimo actu, qui fit inter partes, iuxta formam Ritus, aliàs talis præsentatio, seu productio non valet, etiam ad fundandam Iudicis iurisdictionem, ut voluit *Bald. in l. falsus, in 6. col. vers. & scias, C. de furt.* vbi scripsi concordantes.

Requiritur etiam, ad hoc ut alia instrumenta producta faciant probationem in præiudicium partis, quòd de illis detur copia parti, & detur terminus ad reprobandum, ità dixit in indiuiduo *Barrol. in Extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano, quem refert, & commendat Rom. conf. 519. incip. in casu proposita consultationis, & conf. 156. incip. honorande domine, & sequitur Alex. in l. qui ante Kalendas, in 2. col. ff. de verb. oblig.* & hinc est, quòd dici solet quādo datur terminus ad reprobandum in plena Curia per partem aduersā, ut non currat nisi à die habitæ copix, & ex aduerso replicari solet, vobis curantibus.

Sed cautum est producenti capitula protestatoria, ut illa protestetur præsentare † velle in passibus, & punctis pro se facientibus tantum, & non aliter, nec alio modo, ut voluit *Bald. & Alex. in l. 1. C. ut qua defunt aduo. & latè ponit Felin. in cap. cum venerabilis, de exequut.* aliàs dicta protestata simpliciter præsentata cum sint effecta communia: ità facerent contrā producentem, sicut & pro ipso producēte, ut ibi per eos, & idem dici solet in fine cuiuslibet capituli protestatori, quorum tenorē sibi protestatur, si, & quatenus pro se faciunt.

A D D I T I O.

A Curia.] *Cumi. super Rit. cap. 76. nu. 105. Mastrillus,*

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptiones dilatoria, & peremptoria an, & quando opponi possunt in causis feudalibus.
- 2 Exceptio declinatoria fori opponi potest in causis feudalibus.
- 3 Exceptio incompetentia in causis feudalibus opponi potest, & quancumque.
- 4 Exceptio hostica an, & quando possit opponi in causis feudalibus.
- 5 Exceptio prescriptionis feudi an, & quando possit opponi in causis feudalibus.
- 6 Exceptio prescriptionis vasallagij an, & quando possit opponi in causis feudalibus.

- 7 *Præscribi an, & quando possit pars feudi.*
- 8 *Præscriptio quadriennij an, & quâdo possit opponi in feudis.*
- 9 *Præscriptio in feudo hereditario, & pacti, & prudentiæ quando opponi possit.*
- 10 *Exceptio nouendij ratione luctus opponi potest in feudis.*
- 11 *Nouendum quando incipiat currere.*
- 12 *Exceptio nouendij per quos allegari poterit.*

A R G V M E N T V M.

Exceptiones dilatoriarum, & peremptoriarum an, & quando opponi possunt in causis feudalibus.

Q V A E S T I O XXIX.

Vigesimononò quæro, quæ exceptiones opponi possunt in causa feudali, † certum est, quòd vbiunque in vrbibus feudorum non inuenimus legem expressam, nec expressam decisionem Doctorum, quibus iudicandum sit, semper recurrimus ad dispositionem iuris communis, cap. 1. & ibi declarant *Doctor. de feud. cogn.* sequitur ergo, quòd in omnibus causis feudalibus opponi possunt omnes exceptiones tam dilatorias, quàm peremptorias, & etiam impediètes lictis ingressum, vbi aliter nõ reperitur expressè dispositum in lege feudi; quæ autem sint exceptiones dilatorias, & qualiter, & quâdo opponi possunt, ponit *Iason* post alios in *litâ demum, C. de procur.* qualiter autem opponi possent exceptiones impediètes lictis ingressum, ponunt *Doctar. in l. nam & postea, §. si minor, ff. de iur. iur. & in cap. 1. de lit. contest. lib. 6.* vbi scripti concordantes, & latius scripti suprâ in qu. 13. verùm quia reperiuntur aliquæ exceptiones tam dilatoriarum, quàm peremptoriarum, quæ peculiariter cadunt in causa feudali, ideò de illis tantum aliqua dicam.

Prima igitur exceptio dilatoria opponi poterit in causa feudali, quæ est exceptio declinatoria † ratione incompetentiæ Iudicis, & iurisdictionis, quia solus Magister Iustitiarius, & quatuor Iudices Mag. Reg. Cur. in hoc Regno de causis feudalibus cognoscere, & decidere possunt, per *text. in Const. Statuimus, in princ. in tit. de offic. Magistr. Iustitiar. & in Const. Mag. Cur. in princ. in tit. vs post renuncia-*

tionem, lib. 1. de quo latius scripsi supra in 7. qu. in tantum quòd hæc iurisdictione dicitur eis abdicatiuè concessa. nec est in alium Iudicem prorogabilis, & ex ea non solum oritur exceptio declinatoria fori ratione incompetentiæ, † sed etiam iurisdictionis, per ea, quæ ponit *Felin. in c. licet in corrigendis, de officio ordinarij, & reddit iudicium retronullum, & quandocunque talis exceptio opponi potest, vt voluit gloss. in Clem. fin. de caus. poss. & propriet. cum concordantibus, quos ibi scripsi,*

4 Secundò poterit opponi † exceptio hostica, per quam feudatarius conuentus submonitus ad seruitiũ militare per dies quindecim post submonitionem antequàm discedat à domo sua, seũ antequàm faciat monstram, & per dies quindecim postquam reuersus fuerit ab exercitu, & per totum tempus, quo steterit in exercitu per se, vel per procuratorem suum in ius vocatus ire non teneatur, per *text. in Const. Hostici, in tit. de exceptione hostica, lib. 2.* quia tutus exceptione dilatoria, & quæadmodum non teneatur per se comparere in iudicio, ita etiam pro ea causa non teneatur mittere procuratorem, vt declarat *Bart. in l. 1. ff. de diuers. & temp. prescript. de quo latius scripsi in alio tract. meo de concess. feud. in 4. qu. octaua partis principalis, & ad ibi dicta me remitto.*

5 Tertiò opponi poterit exceptio † præscriptionis feudi, per *text. in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feudo fuer. contron. & in Const. Consuetudinem, in tit. de prescript. in feudis, & ibi per Moder. in repet. d. Constit. quam habeo in penna, & in Pragm. Sanctione Regis Martini, quæ incipit, Contina, & eius repet. quæ fuit Gugliel. de Perno, & eam habeo in penna, & latius per Dom. Francisc. Curtium Seniore in cons. suo 25. in 1. col. & Dom. Matth. de Afflict. dec. 254. incip. sepe, iuncta tamen bona fide possidentis, & præsentia aduersarij, vt voluit *Bal. in cap. 1. in 6. col. si de feud. fuer. contron. de quo in allegationibus in materia feudali in 5. cart. verlic. item obiectum est,**

6 Item poterit etiam opponi † exceptio præscriptionis iuris vassallagij (spatio centum annorum, vt voluit *Iacobin. de Sancto Georgio in tract. suo de feud. in 8. col. vers. 5. finitur, et Iason in l. 2. in 83. col. vers. 4. quæro, C. de iur. emphyt. quia præscriptio in feudis est fauorabilis, licet in alijs sit odiosa, vt voluit *Iason in l. fin. in 1. col. ff. de eo, per quem fact. erit, et Io. Baptista de S.**

Se;

Seuerino in repet. cap. 1. de feud. cogn. in 6. par. in 23. differ.

ADDITIO.

Prædicta procedunt quoad exceptionem præscriptionis totius feudi integri, res tamen particulares ipsius feudi, quæ sint feudales præscribi nõ possunt, nè seruitia confundantur, vt voluit *Luc. de Pen. in l. si quis, in 1. col. et seq. C. de omn. agr. deser. lib. 11.* & per consequens in his non potest opponi exceptio præscriptionis.

8 Qualiter autem opponi possit t exceptio præscriptionis quadriennij in feudis iuxta *text. in l. benè à Zenone, C. de quadr. præscrip. vide latè in allegationibus in materia feudali à car. 1.*

9 Qualiter etiam procedat t exceptio præscriptionis in feudo hæreditario, & qualiter in feudo ex pacto, & providentia, vide quæ latè scripsi in *tratt. meo de concess. feud. in 10. q. 2. partis principalis, uers. nonus effectus.*

10 Quartò opponi poterit t exceptio nouendij, ratione luctus propter mortem superuenientem in personis consanguineorum, vel affinium alicuius ex litigantibus, in quo notandum est.

Primò, quòd hæc exceptio ita demum prodet, si pars, cui comperit eam allegauerit, prout voluit *glass. et ibi Iason post alios in l. rescripta, C. de precib. Imp. offer. et Felin. in cap. si autem, de rescrip. & à die quo eam allegauerit in antea, & non prodet antequàm fuerit allegata, prout in simili declarat Bart. de exceptione infirmitatis in l. questum, ff. de re iud.*

11 Secundò notandum est, quòd hoc t nouendum currit à die mortis, & non à die scientiæ mortis, licet pars ab illo fuerit absens, vnde licet eodem die luctum sumere, & deponere, vt dicit *text. in l. genero, in fin. ff. de his, qui not. infam.*

12 Tertiò notandum est, quòd licet hoc nouendum allegari potuisset olim de iure communi pro omnibus consanguineis, & affinibus vsquè ad gradum successibilem, vt notatur in *l. 2. ff. de in ius uoc. et in l. 2. et 3. C. eod. tit. tamè hodiè propter frequentiam allegandò nouendum ad diffugiendum iudicium, restrictum fuit, vt allegari possit vsquè ad quartum gradum tantum, secundum ius ciuile computandum, & sic vsq; ad consobrinos, vel affines carnales tantum inclusiuè, vt patet in *Capitulis Regni à Ferdinando Rege concessis in anno Domini 1509. sub tit. 3. de quo nouendio adde quæ scripsi in 1. libr. alleg. marum, car. 7.**

A Sed an exceptio declinatoria fori possit opponi, vide *Parid. de Put. de reintegr. feud. cap. an citatus, fol. mihi 108.*

B *Hostica.* Et an exceptioni Hosticæ tanquam introductæ ob publicam vtilitatè possit renunciari, vide *Frec. de subfeud. in tit. de offic. Admir. maris, num. 18. fol. 29. vbi & alia dicit, V inc. de Franch. dec. 64. n. 9. et dec. 286. vbi an possit opponi post latam sententiam, vel conclusum in causa per totam, & alios refert, & quid in causa criminali, vide latè *Foller. præf. crimin. par. 1. 2. par. uers. audiantur excusatores, num. 21. cum seq. Cumi. super Rit. 42. n. 56.**

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutiones in tela processus causarum feudalium qualiter, & quibus dentur.
- 2 Restitutionis in integrum beneficium quale est.
- 3 Restitutionis in integrum beneficium, quod conceditur pendente iudicio quid sit.
- 4 Restitutiones in causa allodiali, quæ dantur personis restituibilibus sunt dierum sex, in causis verò feudalibus dierum duodecim.
- 5 Restitutiones extraordinariæ an sint arbitrio Iudicis, vel dierum sex.
- 6 Restitutiones ordinariæ ad probandum bene tantum conceduntur.
- 7 Restitutiones extraordinariæ an bene tantum concedantur.
- 8 Restitutiones ordinariæ, & extraordinariæ an admittantur antè, & post conclusum in causa, & antè aperta puncta.
- 9 Restitutiones qualiter concedantur si cum personis restituibilibus concurrunt persone non restituibiles.
- 10 Restitutio personis restituibilibus an debeat concedi in causa feudi post aperta puncta, & post votatam causam, & post relationem factam Proregi.
- 11 Restitutionis terminus an, & quando sit communis utriq; parti.
- 12 Appellatio ita demum est communis, si pars utatur illa.

ARGUMENTVM.

Restitutiones in tela processus causarum feudalium qualiter, & quibus dentur.

K 2 QVAE,

QVÆSTIO XXX.

A Trigesimò quæro, qualiter, & quibus personis dentur restitutiones * in tela processus causæ feudalibus. † In hac quæstione præ-

1 suppono primò, quòd duplex est beneficium † restitutionis in integrum, vnum,

2 est quod conceditur post sententiam, & aduersus sententiam infra quadriennium à die latæ sententiæ propter instrumenta de nouo reperta, vel ratione doli, vel falsæ causæ, super qua sit fundata sententia, vel ex alijs causis positis per *Doctar. in l. Diuus, ff. de re iud. per Bart. in l. qui agnitis, ff. de excep. & Paul. de Castro, & Moder. in l. sub specie, C. de re iud. cum concordantibus, de quibus per Dom. Matth. de Afflic. in Const. Obscuritatem, in 1. col. ver. & iuxta hoc querit gloss. in tit. de in integ. restit. mulier. lib. 2.* Aliud est beneficium restitutionis, quod conceditur pendente iudicio, † & in exercitio iudicij tantùm, donec iudiciu agitatur, prout loquitur *tex. in l. græcæ, §. 1. ff. de fideiuss. in l. in delictis, §. vlt. ff. de noxal. si fortè dum pars suâ litem exequitur lèditur, vt quia articulos, seù defensiones non omnes, seù nullos fecit, aut quos obtulit, non probauit intrâ terminum, seù minus plenè sicut pars aduersa probauit, & sic lite adhuc pendente iterum per beneficiu restitutionis petit admitti ad pinguius probandum probationem omissam, & de hac restitutione loquitur *tex. in l. & in minore, in l. minor vigintiinq; annis omissam allegationem, & in l. minor autem Magistratus, §. si autem Princeps, ibi, dum ea, qua pro sua causa sunt dicta non allegauit, & in l. ait Prætor, §. sed & in iudicijs, ff. de minor. & in l. minoribus, C. de in integ. rest. min. & de hac etiam restitutione loquitur *tex. in muliere in dicta Const. Obscuritatem, & ibi latius per gloss. in verb. iudicijs, et Andr. de Ifern. et Moder. ibi.***

Secundò præsuppono, quòd hoc beneficium restitutionis, quod conceditur pendente iudicio est duplex, quia quoddam est ordinariu, & quoddam extraordinariu: ordinariu est, quod conceditur personis restituibilibus, & priuilegiatis, extraordinariu verò est, quod conceditur personis non priuilegiatis, sed maioribus ex clausula generali, si qua mihi insia causa esse videbitur, iuxta ea, quæ habentur in *l. 1. ff. ex quib. caus. maior, & de his restitutionibus ordinarijs, & extraordinarijs, quæ dantur pendente iudicio*

modò videndum erit.

His igitur sic præsuppositis, respondeo ad quætionem, quòd restitutiones ordinariæ, quæ dantur personis restituibilibus in causa allodiali, † sunt dierum sex pro qualibet, vt dictant verba *Ritus in tit. de modo procedendi in causis ordinarijs, quo casu cum in causis feudalibus dentur termini duplicati, prout scripsi supra in quæst. 16. sequitur quòd termini restitutionij, qui dantur in causa feudali erunt dierum duodecim pro quolibet, & ita seruamus in Magna Curia. Restitutiones verò extraordinariæ, † quæ personis non restituibilibus dari consueuerunt licet ex forma Ritus in loco præallegato non habeant certum terminum, sed subsistente, in ista causa dantur ad terminum Iudicis arbitrio statuendum pro locorum distantia, quia dabantur olim cum causæ cognitione in plus, vel minus, secundum iustam causam concedendi, ideò non miru si talis terminus tanquàm incertus Iudicis arbitrio fuit remissus, argumento *l. 1. ff. de iur. delib. & c. de causis, de offic. deleg. sed prædictæ restitutiones ordinariæ dabantur personis restituibilibus petentibus sine alia causæ cognitione, quia statim quòd sunt personæ restituibiles, præsumuntur lætæ, d. l. minor 25. annis filio, §. minores, per quem *tex. ita formaliter dicit gloss. in d. Const. Obscuritatem, in ver. in iudicijs, in fin. tamen hodiè in hoc Regno ex antiqua consuetudine, & obseruancia Mag. Reg. Cur. quæ in ordinarijs iudiciorum seruanda est, l. 3. §. fin. ff. de testib. cum similibus tam restitutiones ordinariæ, quàm extraordinariæ in causis allodialibus sunt dierum sex pro qualibet, & per consequens in causis feudalibus erunt dierum duodecim pro qualibet, & ambæ restitutiones tam ordinariæ, quàm extraordinariæ dantur binæ + tantùm sine causæ cognitione, prout infra dicam.***

Aduertendum tamen est in præmissis, & primò, quòd istæ restitutiones ordinariæ ad probationem omissam binæ tantùm, & non vltra personis restituibilibus sine causæ cognitione conceduntur, ita dicit *Andr. de Ifern. in d. Const. Obscuritatem, in 2. col. & seq. vbi dicit, quòd ita seruat Magna Curia, nè res abiret in infinitum, l. fin. C. de sacros. Eccles. & vt sit finis litium, l. fin. ff. pro soc. exemplo appellationis, quæ bis tantùm admittitur, & non tert. l. 1. C. nè liceat tert. prouo. & etiam exemplo excommunicationis, quæ pro eadem causa non proponitur vltra duas vices,*

cap.

cap. 1. de except. lib. 6. cum concordantibus de quibus per Moder. in d. Const. Obscuritatem, in 3. col. in 8. q. & si vtraque pars actoris, & conuenti fuerunt personæ restituibiles, tunc cuilibet parti ex persona sua binæ restitutiones ordinariæ conceduntur, & sic poterit esse casus, in quo quatuor restitutiones ordinariæ personis restituibilibus sine causæ cognitione dari poterunt in tota causa, & ita concludit Andr. de Isern. in d. Constitut. Obscuritatem, in vlt. col. vers. item posset concedi, & ibi Moder. d. q. & prima restitutio, quæ datur personis restituibilibus dicitur ex causa primæ restitutionis concessæ, & secunda restitutio dicitur ex causa secundæ, iuxta formam Ritus in loco præallegato, & hoc idem seruamus in restitutionibus extraordinarijs in Magna Curia, vt binæ tantum pro qualibet parte concedantur, & non vltra sine causæ cognitione, & ideò dici solet in pleno iudicio, si habuit binas, deleatur tertia.

Et si fortè tertia restitutio peteretur ex iusta causa, tunc ad supplicationem partis cum causæ cognitione concedi consuevit, & non aliter, quia tres restitutiones non dantur secundum vsu, & stilum Magnæ Curie, prout dixit Andr. de Isern. in d. Const. Obscuritatem, in 3. col. vers. nunquid ergò.

Secundò aduertendum est, quòd huiusmodi restitutiones ordinariæ concedi possunt ad probationem omissam tam antè conclusum, & in causa, quam etiam post, si antè conclusionem causæ ceptæ non fuerunt, ita voluit Andr. de Isern. in d. Const. Obscuritatem, in 3. col. vers. nunquid ergò, per rationes ibi per eum allegatas cum concordantibus, de quibus ibi per Moder. in 2. col. vers. nono quero, & col. seq. & hoc non solum procedit in restitutionibus ordinarijs, de quibus loquitur text. & ibi Andr. & Moder. in d. Const. Obscuritatem, sed etiam in restitutionibus extraordinarijs introductis ex dispositione Ritus ibi in tit. de modo procedendi in causis ordinarijs. Est bene verum, quòd Ritus ibi disponit vnum, quod est plus, quia restitutiones extraordinariæ conceduntur post conclusionem in causa, & antè aperta puncta tantum, & dicuntur aperta puncta per reassumptionem, seu recitationem processus causæ feudalis per Iudicem primum visorem in pleno iudicio, vbi aperiuntur puncta iuris, in quibus consistit difficultas ipsius causæ, prout declarat Speculator in tit. de renunciatione, & con-

clusionem, §. primo, vers. 1. sed restitutiones ordinariæ, quæ dantur personis restituibilibus, per eos capi possunt etiam post aperta puncta, & si cum eisdem personis restituibilibus concurrerent personæ non restituibiles, & si verò est indiuidua restitutio concessa vni prodest omnibus consortibus eiusdem litis, prout ibi dicunt verba Ritus, quæ fundantur per text. in l. si communem, §. 1. ff. quemad. seruit. vendi. vbi priuilegium concessum vni ex personis priuilegiatis in causa indiuidua trahitur etiam ad aliam personam non priuilegiatam, cum concordantibus, de quibus latè per Felin. in cap. 1. in 2. & 3. col. de præscr. & per Bart. in l. præcipimus, §. penult. C. de appellat.

Et licet aliàs fuerit dubitatum, nūquid post aperta puncta, causam disputatam, votatam, & relatam Illustr. Domino Proregi possent concedi personis restituibilibus restitutiones extraordinariæ, & dicebatur, quòd non, per text. cum gloss. in l. si rem, §. fin. ff. de euict. vbi licet denunciatio litis fieri possit omni tempore, non tamen fieri potest postquam nimium se arcuauit, & postquam diu fuit litigatum in causa, & nihil dictum fuit de huiusmodi restitutione, & ita dicebat Dom. Math. de Afflic. in d. Const. Obscuritatem, in 4. col. in 9. q. & in Const. Vt uniuersis, in 10. col. vers. 10. in tit. de seruando indemne, lib. 1. vbi dixit, quòd post relationem factam de causa instructa Superiori, nihil produci potest, quod sit in facto, vt probat text. in cap. dudum, il. 1. ibi; iam dicta erant, de elect. vbi hoc firmat Dom. Card. in 2. col. tamen ad tollendas istas dubitationes vltimo loco emanauit quoddam Capitulum Regni à Cætare Maiestate Imperatoris, & Regis Caroli concessum in anno Domini 1525. sub tit. de restitutionibus extraordinarijs post votatam causam non concedendis, vbi cōcluditur, quòd post votatam, & relatam causam feudalem restitutiones extraordinariæ etiam personis priuilegiatis non concedantur.

Tertiò aduertendum est, quòd licet terminus principalis in causa feudali sit cōmunis & vtriq; parti, siuè altera pars vtatur illo, siuè non, quia pariter, & communiter datus fuit à lege Regni in fauorem vtriusq; partis, vt disponunt verba Ritus eodem tit. de modo procedendi in causis ordinarijs, in princ. tamen quando datur terminus restitutionis tam personis restituibilibus, quam personis non restituibilibus, talis terminus ita est demum com-

munis, si ille, cui cōceditur vtatur illa aliquid faciendo, & non aliter, itā formaliter dicant verba *Ritus in cap. item in causis criminalibus, in fin. & ratio est, quia talis terminus restitutionis datur in fauorē eius, cui conceditur, idēō non extenditur ad alteram partem, nisi prius ille, cui conceditur eo vtatur, sicut dicimus in appellatione, & quia itā demum est communis, si pars vtatur illa, & non antē, vt notant *Doctōr. in l. ampliore, C. de appellat. & in l. fin. §. fin. C. de tempor. appel.* & sicut etiam dicimus in rescripto, quōd itā demum est commune, si pars, quæ illud impetrat, illud præsentaui, & sic vtatur illo, & non antē, vt voluit *Phillipp. Franc. in cap. vt nostrum, de appellat. & Bal. in l. falsas, in §. col. vers. & scias, C. de furt. cum similib.* & hoc totum habuit originem ex *tex. in l. petenda, & eorum, quæ voluit ibi Bart. & Paul. de Castr. de temp. in integr. rest. per. & in l. si post mortem, §. fin. ff. de bon. poss. contra tab. & in l. si Iudex circumuenio, ff. de minor. & ex his, quæ voluit *Bal. in l. amicitissimos, §. hinc, ff. de excus. tutor. & in tantum hic terminus restitutorius est cōmittitur vtrique parti, si pars, quæ cepit illum, eo vtatur, vt non possit eadem pars eidem termino posteaquā effectus est communis renunciare in pręiudiciū partis alterius, cui fuit hoc beneficium, ex dispositione iuris acquisitum, per regulam nemo potest, ff. de regul. iur. & in d. l. si post mortem, §. fin. & in cap. mutare, & in cap. indulgentiam, de regul. iur. lib. 6. & itā concludit *And. de Isern. in d. Const. Obscuritatem, in ult. col. & ibi Moder. in 4. col. in 10. quest.****

Ex quibus infero, quōd si pars capiat sibi terminum restitutorium dierū duodecim in causa feudali, vt superius dixi, licet illo vtatur per quatuor dies tantum, & inde noluerit eo amplius vti, tamen ex quo semel effectus fuit communis per vsum partis capientis illum, poterit pars aduersa eo totaliter vti vsque ad vltimum diem termini, & vsque quo super eo fiat publicatio, & etiam post publicationem arbitrio Iudicis, si fuerit in continua productione, & super publicatione petierit, quōd apponatur verbi, & producat, prout de stilo Magnæ Curie seruari consuevit.

Quæ autem dicantur personæ restituibiles in exercitio iudicij pendente lite, *text. in d. Const. Obscuritatem* nominat mulierem tantum, & *And. de Isern.* ibi sentit, idem esse in minore, per *rex. in l. minor 27. annis omissam, ff. de minor.* quia maius est

privilegium minoris, quā mulieris, vt ibi patet in *d. Const. Obscuritatem*, maxime quia mulieribus nullum intelligitur à iure privilegium concessum, nisi quatenus illud in iure reperiatum expressum, per *rex. in l. fin. & ibi gloss. & Doctōr. C. de iur. & fact. ignor. per Bald. in l. fin. in princ. C. de iure deliber. sed Ritus addit in tit. de modo procedendi in causis ordinarijs, quōd personæ restituibiles sunt minor, mulier, & Ecclesia, & sic non solum pupillus, sed etiam adultus minor annis decem, & octo, iuxta *rex. in Const. Minorum, in fin. de rest. min. lib. 2.* dicitur persona restituibilis per prædicta, sic etiam Fiscus, & Ecclesia quoad huiusmodi restitutiones capiendas æquiparantur, & idem dici posset in Republica, seu Vniuersitate, in qua sunt mulieres, pupilli, & Ecclesie, vt pariformiter restitui possent, iuxta eā, quæ voluit *gloss. in §. item miata, in verb. in iudicium, Instit. de action.**

ADDITIO.

- A Restitutiones.] Vide *Prosper. Caranin. in Ritibus Neap. Rit. 71. & 152.*
 B Binas.] Dummodò non sit conclusum ex parte ipsius, *Cumi. super Rit. capit. 77. num. 5. & in n. 17.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Terminus reprobatorius qualiter, & quādo datur in causa feudi, et quot sit dierum.
- 2 Terminus reprobatorius datur post omnes terminos autē conclusum in causa.
- 3 Acta presentata in iudicio non probant, nisi datur terminus ad reprobandum contra ea.
- 4 Terminus ad reprobandum datus simpliciter, intelligitur ad reprobandum testes, instrumenta, & acta omnia.
- 5 Terminus ad reprobandam nunquam currit, nisi de productis datur copia.
- 6 Terminus reprobatorius est odiosus, et eius dilatio restringenda, & non habet continuum.
- 7 Terminus ad reprobandum reprobandes non datur.
- 8 Interrogatorium non presentatur in termino reprobatorio.
- 9 Terminus reprobatorius potest in totum renunciari.

ARGUMENTVM.

Terminus reprobatorius qualiter, & quando datur in causa feudi, & quot sit dierum.

QVAESTIO XXXI.

- T**rigesimoprimum, & successiue quæro, qualiter, & quando datur terminus reprobatorius in causa feudali. † Respondeo, terminus reprobatorius in causis allodialibus ex forma *Ritus in titulo de modo procedendi in summarijs* est dierum quatuor, ita quod duplicatus in causis feudalibus est dierum octo, prout scripsi supra in q. 16. & talis terminus ad reprobandum † datur ultimo loco post omnes terminos ordinarios ante conclusionem causæ, ita proprie distant verba *Ritus in titu. de modo procedendi in causis ordinarijs*, ubi, & demum datur terminus ad reprobandum, & ratio est, quia sola productio, seu presentatio instrumentorum, vel attestacionum facta, per partem in iudicio non sufficit ad faciendam probationem eorum, quæ in dictis instrumentis, vel attestacionibus deducuntur in prejudicium partis aduersæ, nisi de his datur copia parti aduersæ, & terminus ad opponendum, seu reprobandum deducita contra eum †, ita dixit notanter *Barthol. in extravaganti ad reprimendum, in ver. de plano*, quem refert, & commendat *Romanus cons. 159. incip. in casu propositæ consultationis, & cons. 156. incip. bonoræ de domine*, & sequitur *Alexan. in l. qui ante Kalendaris, in 2. col. ff. de verbor. obliga.* & talis terminus ad reprobandum simpliciter datus, † intelligitur datus ad reprobandum testes, instrumenta, & acta omnia producta, & presentata usque ad diem termini prædicti, ut dicit *Ritus in loco præallegato*, & hoc est quod dici solet in pleno iudicio, quando datus talis terminus † ad reprobandum, ut non currat, nisi à die habitæ copie parte curante.

Aduertendum tamen est in præmissis, quod terminus reprobatorius est odiosus, † & ideo eius dilatio est refrigeranda, ita dixit formaliter *Bal. in cap. licet dilectus de testi.* & ratio est, quia tendit contra presumptionem iuris, quæ mediante quilibet præsumitur bonus, *l. merito ff. pro soc. cap. su. de presump.*

Ex quo infero primo, quod ideo non datur terminus ad reprobandum repro-

bantes, † quia odiosus, per *sex. in d. cap. licet dilectus*, & ne procedatur in infinitum, sed tantum potest altera pars infra eundem terminum approbare iuxta formam *Ritus*.

Secundo infero, quod ideo in *M. Curia* non presentatur interrogatorium † contra testes producendos in termino prædicto, quia odiosus, de quo vide *Felin. in d. c. licet dilectus, in 1. & 2. col.*

Tertio infero, quod ideo talis terminus reprobatorius potest per eandem partem cui competit renunciari in totum, quia odiosus, & propterea quando concluditur in causa dici solet, renunciato termino reprobatorio ex parte concludentis, licet alijs terminis ordinarijs, utpote introductis à lege propter publicam utilitatem, partes in totum renunciare non possunt, ut declarat *glo. & Docto. in cap. de causis, de offic. deleg.* sed bene potest pars sibi illos abbreviare, ut voluit *Bal. in cap. significante, de appell.*

Quarto infero, quod talis terminus reprobatorius post eius publicationem non habet continuam, quia odiosus, per rationem *d. c. licet dilectus*, & ita seruatur in *Magna Regia Curia*, attenda ratione prædicta.

SUMMARIUM.

- 2 Testes producti in causa feudali qualiter reprobentur.

ARGUMENTVM.

Testes producti in causa feudali qualiter reprobentur.

QVAESTIO XXXII.

- T**rigesimo secundo quæro, qualiter reprobentur testes, & instrumenta producta in causa feudali.

SUMMARIUM.

- 1 Testes producti in causa feudali qualiter approbentur.

ARGUMENTVM.

Testes producti in causa feudali qualiter approbentur.

QVAESTIO XXXIII.

- T**rigesimo tertio quæro, qualiter approbentur testes producti in causa feudali.

S V M M A R I V M.

- 1 *Falsitatis causa pēdente testium productorum in causa feudali an debeat interim supersederi in expeditione causa.*

A R G V M E N T V M.

Falsitatis causa pēdente testium productorum in causa feudali an debeat interim supersederi in expeditione causæ.

Q V A E S T I O XXXIV.

- 1 **T** Rigesimoquarto quæro, numquid pēdente accusatione falsitatis testium productorum in causa feudali debeat interim supersederi in expeditione principalis causæ feudalis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Instrumenta producta in causa feudali quando valeant authenticari.*

A R G V M E N T V M

Instrumenta producta in causa feudali quando valeant authenticari.

Q V A E S T I O XXXV.

- 1 **T** Rigesimoquinto quæro, qualiter, & quando valeant authenticari instrumenta producta in causa feudali.

S V M M A R I V M.

- 1 *Litis cessio qualiter fiat in causa feudali, & de eius effectu.*
 2 *Cedens liti mota an, & quando intelligatur renunciare instantiæ, iuri, & causæ.*
 3 *Beneficium non potest renunciari, nisi in manibus superioris.*
 4 *Feudum non potest renunciari nisi in manibus superioris.*
 5 *Feudum non potest obtineri sine beneficio, & consensu domini.*
 6 *Cessio litis facta per defunctum an noceat successori in feudo.*
 7 *Transactio in feudalibus quando valeat, etiam in præiudicium successoris.*

- 8 *Cedens liti an, & quando teneatur ad expensas.*

A R G V M E N T V M

Litis cessio qualiter fiat in causa feudali, & de eius effectu.

Q V E S T I O XXXVI.

- 1 **T** Rigesimosexto quæro, qualiter fiat cessio litis in causa feudali, & de eius effectu. † Respondeo, quòd licet cedens liti motæ † intelligatur renunciare non solum instantiæ, sed etiam iuri, & causæ, per *tex. in l. postquam liti*, & ibi notant omnes, C. de *pass.* tamen si quis actor litigans super feudo cederet, seu renunciaret simpliciter liti, non intelligitur renunciassse iuri, & causæ ipsius feudi, sed instantiæ tantum, quia sicut in beneficiis † quis simpliciter cedendo liti intelligitur renunciare soli instantiæ, & non iuri, & causæ ipsius beneficii, quia iuri beneficii non potest renunciari, nisi in manibus superioris, *cap. admonet, de renuncia.* secundum *Dominos de Rota decisione 301.* refert, & sequitur *Imo. in cap. veniens, de renuncia.* eodem modo dicendum est in feudo, † quòd non potest renunciari, nisi in manibus superioris, ut voluit *Bald. in authe. in successione ad fi. C. de suis, & legi.* & est *text. in capit. 1. de eo, qui fi. facit agna.* & hanc limitationem in individuo ponit *Iaso. in d. l. postquam liti, in 1. col. vers. 3. singulariter limita, C. de pass.* quam confirmo, quia sicut feudum † non potest obtineri sine beneficio domini concedentis, ut voluit *Bal. in l. qui se patris, in 5. col. vers. & scias, C. unde libe. & Do. Soci. conf. 19. in 1. vol.* ergò eodem modo non potest renunciari sine beneficio, & consensu domini refutantis, quia sicut se habet oppositum in opposito, ità, & propositum in proposito, *l. fi. §. ff. de leg. 3.* & de beneficio Ecclesiastico est *calus in cap. 1. de reg. iu. lib. 6. & in cap. 2. de eo, qui mitt. in pos. cau. rei serva. lib. 6.* ex quibus infero, quòd cessio litis facta per defunctum † non nocet eius successori in feudo, quia non censetur cessum iuri, & causæ, sed instantiæ, nisi facta fuerit in manibus superioris, per prædicta, secus autem esset, si in medio litis causæ feudalis fieret transactio † inter ipsas partes super ipso feudo, quia si fieret dimittendo feudum pēnēs possidentem, vateret, secus autem

tem si fieret tradendo, seu transferendo feudum penes petentem, quia tunc sine licentia Principis fieri non posset, maxime in prauiudicium successoris non consentientis, vt declarat Iason post alios in l. si pro fundo, in 6. nota. C. de transactio.

Effectus autem huius cessionis est quod ad ipsum cedentem statim tempore, quo cessit, quia si cessit ab initio, quamprimum scire potuit se istam causam non fouere, non tenetur ad expensas, si vero cessit ex interuallo postquam potuerit scire se non habere iustam causam litigandi, tenebitur ad expensas factas ab eo tempore, quo scire potuit, se iniustam causam fouere, prout disponitur ex forma Ritus in cap. item in causis criminalibus, de quo vide Bar. in l. si quis inficiatus ff. de positi, & in l. qui solidum, §. etiam ff. de leg. 2. et Iason post alios l. properandum, §. si autem alterutra, vbi ponit plures limitationes, & declarationes ad hæc C. de iudic.

S Y M M A R I U M.

- 1 Recitatio processus in iudicio causa feudalibus vnde habuit originem.
- 2 Iudex vt appareat instructus de processu, omnia sub compendio debet repilogare.

A R G V M E N T V M.

Recitatio processus in iudicio causæ feudalis vnde habuit originem.

Q V A E S T I O XXXVII.

Trigesimo septima quaero, vnde habuit originem recitatio processus causæ feudalis in pleno iudicio, & de eius effectu. Respondet, quod originem habuit ex exemplo Salomonis, qui in questione duarum mulierum de filio mortui litigantium dixit, hæc dicit filius meus viuit, & filius tuus mortuus est, c. contra, dixit, illa mentiris, immo filius tuus mortuus est, sed meus viuit, quod exemplum Salomonis refert Speculator in titulo de renuntia. & conclusa. §. 3. varf. auditis, vbi dicit, quod Iudex vt appareat instructus in causa petitionem, & causæ processum, allegationes quoque, & responsiones, & singula actiata sub compendio repiloget,

& hæc repilogatio probatur in a. Abbate sane, de re. iud. lib. 6. & in cap. quia cum illis de concess. preben. eo. lib. vbi Summus Pontifex repilogat iura partium, & postea procedit ad decisionem, vt ibi patet.

Cuius autem sit effectus huiusmodi recitatio processus, satis apparet, quia per huiusmodi recitationem dicuntur aperta puncta, & post aperta puncta non dantur restitutiones, maxime in causis feudaliibus, nisi tantum personis restituibilibus, prout disponitur ex forma Ritus in titulo de modo procedendi in causis ordinariis, vt dixi latius supra q. 30.

S Y M M A R I U M.

- 1 Feudales causa per quæ iura deciduntur in Regno.
- 2 Feudorum Ecclesiasticorum causæ deciduntur secundum iura Canonica.

A R G V M E N T V M.

Feudales causæ per quæ iura deciduntur in Regno.

Q V A E S T I O XXXVIII.

Trigesimo octavo, & successiue quaero, qualiter Iudices M. R. C. decidere, & terminare debeant questiones feudales. Super hoc Panor. conf. 3. incip. nitar in presenti causa, in 23. col. in 22. q. in 2. vol. dixit, quod causæ feudales regulantur secundum consuetudines locorum, & dixit Raphael Cumanus cõf. 67. incip. Ioseph, in princ. quod in causis feudaliibus diuersimode secundum diuersas Regionum consuetudines iudicatum est, & ideo dico, quod questiones feudales regulantur, & deciduntur secundum ius commune, vel argumenta legum, nisi reperiantur expresse decise per legem, vel consuetudinem feudi in vrbibus feudorum, vel Constitutionibus, aut Capitulis Regni, vel per similem consuetudinem in materia consuetudinis feudorum, tex. est in cap. 1. & ibi Doct. maxime Aluar. in 3. col. & seq. ver. ex qua glo. de sen. cogni, de quo vide etiam in allegationibus in materia feudali car. 2. 76. in prin. nisi essent questiones in feudis Ecclesiasticis, quæ primo per ius Canonicum, & in defectu Canonum regulantur secundum consuetudines feudorum, ita Petrus de Ancharan. conf. 174. incip. Domi-

Dominus Lazarus in 1. col. & his deficientibus per ius commune, per tex. in d.c. 1. de feu. cogni.

Ex quibus infero, quòd si quæstiones feudales requirunt expressam decisionem in lege feudi, ad hoc ut decidantur secundum consuetudines feudorum, quòd si resullaret aliqua decisio iuris feudalis per argumentum à contrario sensu, vel ex mente quæstionis feudalis, vel secundum communem usum loquendi feudorum, vel arguendo ab vno ex correlativis ad aliud correlativum, non sufficeret ad decisionem quæstionis feudalis, quia ita omnia non dicuntur expressè decisa per iura feudalia, sed tacite subintellecta, ex quibus non fit extensio de vno iure singulari ad aliud, de quibus vide latius per *Iaso. in l. 1. in 13. col. vers. pro ista etiam parte, C. de iur. emphy. vbi scripsi concordantes.*

ADDITIO.

- A** De hac quæstione vide *Odosfred. in summa feud. in titu. que iura obseruen. in feu. fol. mihi 115. & ibi Lipart. in addit. Camerar. in repet. c. 1. an agnatus, nu. 79. & nu. 82.*
- B** *Ecclesiasticis.*] Adde, quòd consuetudines feudales ligant etiam Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, ut de magis communi opinione refert *Matth. Iuris. com. opinio. littera feudum, qui allegat Cür. Tun. cons. 177. incip. habita diligenti, col. 3. nu. 21. vol. 2. Maran. in Specul. 3. parte, nu. 93. Emanu. Soarez recept. senten. littera feudorum consuetudinibus, nu. 92. Clar. in 5. feudum q. 3. vers. sed nunquid, Bal. in prælud. fou. nu. 5. Becc. cons. 101. nu. 15. Michael Craff. lib. 2. com. opi. in ver. feudum, quæst. 2. vbi testatur, hanc esse receptam, & communem conclusionem.*

Mastrillus.

SYMMARIUM.

- 1 *Fendalium causarum processus qualiter transmittatur ad Sacrum Regium Consilium.*
- 2 *Causæ Siculorum an, & quando extrahantur à Regno, & quo remedio.*
- 3 *Rex Siciliæ extra Regnum non habet iurisdictionem contentiosam inter Siculos in actu.*

ARGUMENTUM.

Feudalium causarum processus qualiter transmittatur ad Sacrum Regium Consilium.

QVÆSTIO XXXIX.

- A** **T** Rigesimononò principaliter quæro, qualiter transmittatur * processus causæ feudalis ad Sacrum Regium Consilium Cæsareæ, & Catholicæ Maiestatis Imperatoris, & Régis nostri Caroli causa recognoscendi vota Iudicum Magnæ Regiæ Curie. Super hac quæstione præsuppono, quòd olim fuit dispositum per
- 1 Capitula huius Régni, quòd causæ Siculorum non extrahantur à Regno in quouis iudicio, nec quòvis remedio, etiam si motu proprio, & de potestate absoluta Princeps illas extrahere vellet, nisi tantum consentientibus partibus, prout habetur in primis *Capitulis Regni* ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1446. *sub tit. quòd causæ Siculorum non extrahantur à Regno*, quòd Capitulum fuit exinde ampliatum, etiam si ageretur inter Fiscum, & priuatum, ut habetur in secundis *Capitulis Regni* ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1412. *sub tit. de non extrahendis causis à Regno Sicilia*, & illud exinde fuit etiam ampliatum per aliud Capitulum Regni ad omnes quæstiones, siue ciuiles, siue criminales, tam in principali iudicio, quàm in causa appellationis, & reuisionis, prout habetur in tertijs *Capitulis Regni* à Rege Alfonso concessis in anno Domini 1452. *sub tit. quòd causæ extra Regnum non extrahantur*, quòd Capitulum successiuè fuit magis ampliatum, etiam si ageretur ad petitionem Procuratoris Regij Fisci, & cuiuscunq; alterius personæ priuilegiatæ, etiam si priuilegium esset clausum in corpore iuris, ut habetur in *Capitulis Regni* à Rege Ioanne concessis in anno Domini 1460. *sub tit. de Siculo non extrahendo à Regno*, & ratio potuit esse, quia sicut Proconsul existens extra Prouinciam sibi designatam non habet in Prouinciæ aliquam iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam tantum, *l. 2. ff. de offic. Procons. & leg.*
 - 3 ita † Rex Siciliæ existens extra Regnum in Siculos existentes extra Regnum non habet iurisdictionem contentiosam in actu,

sed in habitu tantum, & ideo non mirum si causę Sicularum extra Regnū extrahi non possunt, tam ex defectu iurisdictionis actualis contentiosę in iurisdictionem, iuxta ea, quę habentur in *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* quām etiam ex incompetencia fori ipsius Siculi conuenti extra Regnum, à quo extrahi non potest, *cap. cum sit generale, & cap. fin. de for. comp. l. 1. & 2. C. ubi in rem actio, & in auth. qua in prouincia, C. ubi de crim. agi oportet.* verum quia contingebat aliquando, quod vertētibus quęstionibus feudalibus in Magna Curia huius Regni partes recurrerent ad Regem, & ab eo sibi prouisiones Regias impetrabant, quod Iudices Mag. Reg. Cur. vota causę feudalis mittere debeant Suae Maiestati, & interim supersederetur in expeditione causę feudalis in graue præiudicium, & vexationem iuriū partis alterius ius fouentis in causa, propterea dispositum fuit certo modo per quatuor Capitula Regni, quod si, & cum contingerit de mandato Suae Regię Maiestatis vota dictarum causarum feudalium sibi à dicto Regno destinari proprio motu, vel ex officio, vel etiam ad petitionem partis, eo casu si infra menses quatuor responsum non fuerit, & responsio Iudicibus M. Cur. presentata, possint Iudices impunē vltiori dilatione non expectata procedere ad decisionem dictę causę feudalis, prout hæc latius habentur in quatuor Capitulis Regni ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1457. *sub tit. quod expectetur per quatuor menses decisio causę, si Regia Marcellas voluerit vota causę, quod Capitulum fuit exinde confirmatum per alia Capitula Regni à Ferdinando Rege concessa in anno Domini 1488. sub tit. de non extrahendis causis à Regno, & per aliud Capitulum ab eodem Ferdinando Rege concessum in anno Domini 1509. quod incipit, perche in lo ditto Regno, fuit exinde confirmatum, & restrictum dictum Capitulum Regni, vt talis causa feudalis non transmittatur vltius ad Sacrum Regium Consilium causa recognoscendi, nisi ad petitionem Regnicolarum tantum, & non exterrorum, prout in d. cap. continetur, & hoc satis rationem habere potuit ratione directi dominij, & aliorum iurium, quę Rex noster habet in feudis huius Regni, & in eo bene potest Rex in hoc Regno, ad quę spectat cognoscere de feudis quaternatis, & velle, qui eadem iurisdictionē concessit Magistro Iustitiariorum, & quatuor Iudicibus Mag. Reg. Cur. prout latius scripsi*

supra in 7. q. eisdem Iudicibus Mag. Reg. Cur. certo modo inhibere, ne in tali causa feudali iudicent, antequam eorum vota, & iustificationes in causa ad eius Sacrum Regium Consilium recognoscendi causa transmittant, per ea, quę habentur in *l. iudicium soluitur, ff. de iud. & ea, quę ponit Bald. in l. 1. in vlt. col. in fin. C. quo. & quan. iu. & eandem causam feudalem conclusã, & votatam ad se auocare, per ea, quę habentur in cap. vt nostrum, & ibi per Philip. Francum, & alios de appellat. vt Rex melius informatus de meritis causę, & illis recognitis facilius scire possit, quem ex litigatoribus recognoscere habeat in suum vasallum, & à quo recipere debeat iuramentum fidelitatis, & cui concedere debeat renouationem inuestiturę, & quem requirere habeat, cum opus erit ad præstandum Regię Curię seruitium militare, quemadmodum etiam in hoc Regno inhibitum est Iudicibus Mag. Reg. Cur. ne procedant ad ferendam sententiam diffinitiuam in causa feudali, nisi prius facta relatione Illust. Domino Proregi, prout latius scripsi supra in 7. q. vers. 3. *restringitur.**

His igitur sic presuppositis respondeo ad quęstionem, quod regulariter in hoc Regno nunquam transmitti potest processus causę feudalis ad Sacrum Regium Consilium causa recognoscendi vota, & iustificationes Iudicum Mag. Reg. Cur. ne causę Sicularum extrahantur à Regno, contra formam Capitulorum Regni, nisi hoc expressè ad literas Regias, vel motu proprio, & ex officio, vel ad supplicationem partis Regnicolę fuerit demandatum, quia ista transmissio processus causę recognoscendi habet vim auocationis causę ad Sacrum Regium Consilium, sed nunquam Princeps consentit ad se auocare causam pendente coram suo inferiore (præsertim ordinario) nisi hoc expressè dicat, vt dixit Philip. Franc. in d. cap. vt nostrum, in 1. col. ergo, &c.

Et si Rex expressè per literas suas causam feudalem pendente in Regno, postquam conclusa, disputata, & votata fuerit, ad se, & suum Sacrum Regium Consilium auocauerit, eo ipso suspensa est iurisdictione Mag. Reg. Cur. ne vltius in causa procedat ad prolationem sententię, ne talis sententia ex defectu iurisdictionis suspensę reddatur ipso iure nulla, maximè si tales literę Regię continerent in se clausulam decreti, quę ligat etiam ignorantes, distinguendo, prout latius distinguit Philip.

lip. Franc. in d. cap. ut nostrum, in 2. col. & sequ. quando est auocata causa motu proprio Principis, vel ad instantiam partis, ut ibi per eum.

Et exinde transumpto processu originali ad expensas petētis, & intimatis partibus de transmissione processus clausi, & sigillati vnā cum votis, motiuis, & iustificationibus Iudicum, iuxta formam literarum Regiarum auocationis causæ, incipit currere quadrimestre, vel semestre, iuxta formam Capituli Regni, distinguendo quādo Rex noster esset in Regno Neapolis tempore dictarum Regiarum literarum, vel in alijs Regnis suis, super quo aduertendum est, quod tale Capitulum Regni concessum fuit per Regem Alphōsum in Ciuitate Neapolis, prout patet in data dictorum Capitulorum, & dum facit mentionem de alijs Regnis suis, respectu maioris termini concedendi, debet intelligi de Regno Valentia, & Aragonia, quæ ipse tunc temporis vti Rex, & Dominus possidebat: quia illud pronomen, *suis*, intelligitur ratione dominij existentis de presenti tempore cap. prædicti, *l. quintus, §. argento, in c. l. si ita*, & vtrouique per *Bart. ff. de auro, & arg. leg. vnde dubitatum* fuit, quid si Rex esset tempore datæ dictarum literarum auocationis causæ feudalis in Regnis Castellæ, quæ tunc non erant Regis Alfonsi conditoris dicti Capituli, sed exinde quæ sita fuerunt Catholico Regi Ferdinando ex causa dotis, & dictum fuit: Item fauore Regni, nè longius causæ feudales Sicularum protraherentur, maxime quod in dubio fieri debet interpretatio in fauorem Regni, prout in dictis Capitulis Regni continetur, & nunc etiā fortius dubitari potest, si Cæsarea Maiestas Regis, & Imperatoris nostri Caroli tempore datæ dictarum literarum in Germania, vel in alijs partibus Imperij, aut in partibus Flandriarum reperiretur, & idē dicendum erit, attenta ratione prædicta, vel saltem indigeret noua declaratione.

A D D I T I O.

A *Transmittatur.*] De hac quæstione vide nouissimè *Don Francisc. Milanen. in dec. 2. per totam*. Et quid si fuerint obtentæ literæ ad instantiam alterius ex partibus à Sua Cathol. Maiestate, quod causa transmittatur, & antè decisionem causæ fuerint dictæ literæ exequutoriæ in Regno, quid si pars, quæ impetrauit tales literas, obtinuerit sententiam in sui fauorem, an

possit ad instantiam partis succumbentis peti, quod causa transmittatur via recognoscendi ad Sacrum Regium Consilium virtute dictarum literarum, cum ad eius instantiam non fuerint nec obtentæ, nec exequutoriæ, dic quod non, & ita fuit decisum in *Mag. Cur. ut refert Milanens. dec. 4. lib. 1. per totam*, vbi allegat Authorem nostrum hic.

Quid in inferioribus Iudicijs, an debeant consulere M. Cur. vide *Afflict. in Const. Statuimus, lib. 1. fol. 160. num. 40.* vbi dicit, quod non. In materia vide *Conarr. pract. qq. cap. 9.*

Aduerte, quod in Regno hodiè causa spolijs non transmittitur ex Capitulo Regni Caroli sub num. 191. prout & de causa pacti de retrouendendo in feudalibus statutum est in Capitulis eiusdem Caroli 214.

B *Semestre.*] Et an hoc semestre possit prorogari, dic quod tantum ad alios menses sex, & non vltra ex *Cap. Carol. 139.*
Mastrillus.

S V M M A R I V M.

I *Feudalis causæ processus si fuerit causa recognoscendi transmissus ad Sacrum Consilium, & aliter fuerit votatus, quàm per M. R. C. sententia secundum quæ vota erit ferenda, Sacri Consilij, an Mag. Reg. Cur.*

A R G V M E N T V M.

Feudalis causæ processus si fuerit causa recognoscēdi trāsmis-
sus ad S. C. & aliter fuerit vo-
tatus, quàm per M. R. C. sen-
tentia secundum quæ vota
erit ferenda, Sacri Consilij,
an M. R. C.

Q V A E S T I O X L.

I **Q**uadragesimò, & successiuè quæ-
ro, si processus causæ feudalis +
vnā cum votis, & iustificationi-
bus transmissus fuit ad Sacrum
Regium Consilium causa recognoscendi,
& aliter fuerit votatus per Sacrum Con-
silium, quàm fuerat antè votatus per Ma-
gnam Regiam Curiam, an eo casu feren-
da

da sit sententia per Magnam Curiam secundum vota Sacri Consilij, an verò secundum vota Magnæ Regiæ Curiz, hæc quaestio successit superioribus annis in quadam causa feudali, & in ea super hoc fuit valdè dubitatum, & multa pro, & contra fuerunt adducta, quorum aliqua recensabo.

Et primò, quòd ferri debeat sententia secundum vota Magnæ Regiæ Curiz, & non Sacri Consilij adducebatur, quia si ferretur sententia secundum vota Sac. Consilij, illa diceretur sententia Sacri Consilij, & non Magnæ Curiz, & Magna Regia Curia tunc non esset Iudex ordinarius in causa, sed merus exequutor ad pronunciandam eam in Regno virtute cædulæ Papyri Sacri Consilij, ex quo sequeretur, quòd per indirectum Siculus extraheretur à Regno, contra formam Capitulorù Regni, de quibus scripsi suprà in *precedenti questione*, & ab illa sententia tanquam à sententia Sacri Consilij non appellaretur, quia à sententia Principis nō appellatur, & Iudices Magnæ Curiz non tenerentur in iudicatu, quia non sic votauerunt, prout sententia lata reperitur.

Secundò, quia transmissio processus in causis feudalibus introducta fuit causa recognoscendi vasallum suum, & non causa iudicandi, sed si liceret aliter votare in Sacro Consilio, quam fuerit votatū in Regno, & secundum illud votum Sacri Consilij, sententia fereretur in Regno, sequeretur, quòd talis transmissio processus non fieret causa recognoscendi vasallum, sed causa iudicandi, contra formam Capitulorum Regni.

Tertiò, quia auocatio causæ suspendit iurisdictionē Iudicis inferioris in eo statu, in quo reperitur tempore, quo fuerit auocata, ut dixit *Philipp. Francus in cap. ut nostrum, in 1. col. de appellat. & Paul. de Castro in l. iudicium soluitur, in princ. ff. de iud.* sed non fuit auocata causa feudalis ad literas Regias respectu votorum causæ, sed postea quā votata fuit, & relata Illustr. Domino Proregi, & tunc processus talis causæ feudalis vnà cum votis, motiuis, & iustificationibus transmittatur, & interim supersedeatur intrā dilationem contentā in Capitulis Regni, & sic sola iurisdicatio ferendi sententiam tantum fuit auocata, sequitur ergò, quòd aut respectu votorum causa feudalis non fuit auocata, & sententia ferri debet secundum vota Magnæ Curiz, & non secundum vota Sacri Consilij, aut fuit etiam auocata causa re-

spectu votorum, & tunc erit sententia Sacri Consilij, & non Magnæ Curiz, & erit contra formam literarum auocationis causæ, & contra Capitula Regni.

In contrarium autem, quòd ferri debeat sententia secundum vota Sacri Consilij, & non secundum vota Magnæ Curiz primò adducebatur, quia transmissio processus fit causa recognoscendi non solum futurum vasallum, sed etiam vota Iudicum, & idè mittuntur etiam iustificationes votorum, vnà cum votis, aliàs illis opus non esset, si de meritis votorum Sacrum Consilium cognoscere non posset, vnde data recognitione votorum Sacro Consilio, datur etiam eorum correctio, & confirmatio, aliàs huiusmodi recognitio votorum esset inutilis, & sine effectu, & sic non valeret, per ea, quæ ponit *Iason in l. fin. s. fin. ff. de offic. eius*, & si potest Sacrum Consilium eadem vota confirmare, poterit etiam ea corrigere, si sibi videbuntur iniqua, quia sicut se habet oppositum in opposito, sic & propositum in proposito, *l. fin. s. fin. ff. de leg. 3.*

Secundò, si Iudex ferat sententiam secundum consilium Sapientis, quod tenetur petere, & sequi ex forma statuti, illa tunc erit sententia Iudicis, & non Sapientis, licet secundum eius consilium feratur, & licet aliter fortè Iudici iudicandum fore videretur, per ea, quæ posuit *Bart. in l. Titium, & Manium, s. altera, ff. de administrator. & in l. 1. s. si plures, ff. de exercito.* ergo eodem modo licet Sacrum Consilium aliter votauerit, quam votatum fuerit in Regno per Magnam Curiam, ex quo tamen eadem Magna Curia tenebatur ex mandato Regio transmittere talem processum causæ feudalis vnà cum votis, motiuis, & iustificationibus ad idem Sacrum Consilium, tenebitur ergo etiam ferre sententiam secundum vota Sacri Consilij, licet aliter iudicandum sibi fortè videatur, & sic tenetur mittere processum, & sequi quod sibi per cædulam Papyri mandatum fuerit, & per consequens non poterit eo casu dici sententia Sacri Consilij, sed Magnæ Curiz, & erit causa appellabilis, sicut ab alijs sententijs diffinitiuis causarum feudalium latis per Magnam Curiam appellari consuevit.

Tertiò tandiù durat auocatio causæ, quantiù reperitur auocata, quia cessante auocatione per remissionem causæ ad Iudicem inferiorem, non dicitur amplius auocata, sed dicitur de iurisdictione ordinarij, cui remissa fuit, ut concludunt *Do-*

L Hor.

*For. in d. cap. ut nostrum, & in d. l. iudicium soluitur, sed postquam talis causa feudal-
lis fuit auocata cum votis, data recogni-
tione votorum Sacro Consilio, si talia vo-
ta sibi iusta videntur, & illa confirman-
tur, tunc respectu votorum non dicitur
talis causa feudal- auocata, sed recogni-
ta: si verò talia vota sibi videantur iniqua,
& ratione recognitionis votorum illa,
& corrigitur, dicitur etiam causa respectu
votorum non solum recognita, sed auo-
cata, & ideo tenetur Magna Regia Curia
sequi vota Sacri Consilij, & non sua: quia
sic sibi remittitur causa, & remissa iurisdic-
tio, quæ per auocationem causæ prius
fuerat suspensa, ergo sic est de necessitate
iudicandum, prout per cædulam Papyri
remissa fuit, aliter adhuc duraret auoca-
tio causæ, & suspensio iurisdictionis, & si
aliter sententia fereretur, quàm causa re-
missa fuit, esset ipso iure nulla, *d. cap. ut no-
strum*, & ita fuit aliàs seruatum in Magna
Curia, maxime quia Iudices Magnæ Re-
giæ Curia tantundem iuris, & c. prouisionis
consequuntur, & sub clypeo maioris
Magistratus aliter votantis facilius excu-
santur in iudicatu.*

Posset esse tamen satis cautum parti,
quæ contrariam reportauit in Sacro Re-
gio Consilio, vt aduersus huiusmodi re-
cognitionem, & correctionem votorum,
coram R. M. supplicare de reuisione, pro-
uita aliàs audiui fuisse iudicatum, & ser-
uatum, super præmissis tamen relinquo
melius cogitandum.

S P M M A R I F M.

- 1 *Vota Sacri Regij Consilij in causa feudali-
ua recognoscendi an teneatur sequi
M. R. C. qua non votauit, quia sedes fuit
mutata.*
- 2 *Vota Iudicis mortui, vel mutati an, &
quando teneatur sequi successor eius in
officio.*
- 3 *Citatio partis requiritur coram successore
in officio, mortuo, vel mutato eius præde-
cessore.*

A R G V M E N T V M.

**Vota Sac. Reg. Consil. in causa
feudali uia recognoscendi an
teneatur sequi M. R. C. quæ
non uotauit, quia sedes fuit
mutata.**

Q V A E S T I O XLI.

- Q**uadragesimoprimum, & confe-
quenter quarto, * si processus
causæ feudal- fuit transmissus
causa recognoscendi ad Sa-
crum Regium Consilium tempore vnus
sedis Magnæ Regia Curia votantis, &
tempore alterius subsequenter remittatur
in Regnum, nunquid Iudices sedis sequen-
tis teneantur ferre sententiam eo modo,
quo per cædulam Papyri mandatum ex-
titit per Sacrum Regium Consilium absq;
1 alia uisione processus, † superioribus an-
nis iste casus euenit in quadam causa
feudali maioris Ecclesie Panormitanæ, in
qua reuiso processu causæ vnà cum votis,
motiuis, & iustificationibus Iudicum se-
dis præteritæ pro pleniori informatione
sedis præsentis Mag. Cur. nec non uisa,
cædula Papyri Sacri Regij Consilij pro-
cessum fuit ad prolationem sententiæ dif-
finitiuæ per sedem subsequenter, iuxta
mandatum Sacri Consilij, quod satis in se
potuit habere rationem: quia licet muta-
ti sint Iudices, qui votauerunt in causa,
durat tamen idem Magistratus represen-
tatus per sedem subsequenter, *l. propon-
2 batur, ff. de iudic.* & bene potest successor
exequi votum, sui prædecessoris in offi-
cio, iuxta ea, quæ ponit *Bart. in l. ab ex-
equutore, ff. de appellat.* & sicut mortuo Iu-
dice potest eius successor in officio sup-
plere ea, quæ prædecessor suus facere de-
buit, vt dixit *Bald. in l. mortuo, ff. de iudic.*
B dummodò quòd præcedat sola noua
3 citatio partis, † vt uoluit *Bartol. in l. edi-
ctum, ff. iudic.* eodem modo fieri poterit fi-
nito officio Iudicum sedis præteritæ per
sedem subsequenter, maxime quòd illa
sedes præsens non habet aliquid cognos-
cere, nec de nouo votare, sed tantummo-
dò proferre sententiam, & de hoc hodiè
est factum nouum *Capitulum pandecta-
rum in titulo de iure prouisionum Iudicum
Mag. Reg. Cur. Cap. si cõtingat*, quòd trans-
mittatur processus.

A D D I T I O.

- A De quæstione uide *Don Franc. Milanen-
dec. Mag. Reg. Cur. 2 n. 28.* ubi plura, & re-
fert propria uerba Authoris nostri hic, ex
quo iste tractatus non erat impressus.
B *Citatio.*] Immo sententia, seu interlo-
quutoria absque ista noua citatione esset
nulla, ex communi conclusione *Bart. Bal.
Angel. Jacob. Alber. & Paul. de Castro in l.
edi-*

editum, ff. de iudic. qui dicunt, ad hoc semper allegari dicitur textum, Ioan. Andr. in cap. licet, in princ. de accusat. gloss. & Bart. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex.

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudalis causa transmissa in primo iudicio causa recognoscendi, nunquid iterum transmitti debeat in iudicio appellationis.
- 2 Capitula Regni in dubio debent intelligi in fauorem Regni.

A R G V M E N T V M.

Feudalis causa transmissa in primo iudicio causa recognoscendi, nunquid iterum transmitti debeat in iudicio appellationis.

Q V A E S T I O XLII.

Quadragesimo secundo, & successiue quero, si processus causae feudalis fuit semel transmissus in primo iudicio ad Sacrum Regium Consilium causa recognoscendi, nunquid iterum in iudicio appellationis transmittatur. † In hac quaestione si nos consideramus, transmissionem processus faciendam esse respectu recognitionis causae feudalis, & personarum litigantium, ex quo semel causa cognita fuit, sufficit vt amplius non recognoscatur, & sic vltius recognoscendi causa non transmittatur, quia vbi lex facit mentionem de aliquo actu, semper intelligitur de primo actu tantum, l. bone, §. hoc sermone, ff. de verbor. signific. cum concordantibus, de quibus per Felin. in c. 2. de treug. & pac. cum ergo Capitulum Regni † faciat mentionem de transmissione processus causa recognoscendi, sufficit, quod de prima transmissione, & de prima recognitione causae tantum intelligatur, ne partes diu laboribus, & expensis extra Regnum defatigentur, & ne iustitia fouentis ius ab eius expeditione, & executione diutius prorahatur, maxime quod Capitula Regni potius in dubio in fauorem Regnicolarum intelligi

debent, & ita fuit alias seruatum in causa Baroniae Gibillinae, quae semel fuit recognita in primo iudicio, vt amplius in iudicio appellationis non transmittetur processus, nec recognoscatur in Sacro Consilio, & ideo literarum Regiarum auocationis causae in iudicio appellationis causa recognoscendi non fuerunt executionis concessae: si vero consideramus recognitionem votorum Iudicum, qui votarunt, & tunc cum in quolibet iudicio sint diuersi Iudices, & diuersa vota proferantur, licet vota Iudicum primi iudicij satis cognita fuerint, quia tamen vota Iudicum appellationis possint esse diuersa, nec illa fuerunt cognita, possent forte de nouo recognosci, super quo tamen pro nunc relinquo melius cogitandum, & pondera text. in cap. Regni ab Alfonso Rege concessio in anno Domini 1452. sub titulo, quod causa extra Regnum non extrahantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Instantia in causa feudali quanta sit.
- 2 Instantia respicit telam processus, & ordinem iudicij.
- 3 Instantia in causis feudalibus quando incipit.
- 4 Litis contestatio quando fiat in his, in quibus lis expressè non contestatur, & per quem actum fiat.
- 5 Litis contestatio fit per praesentationem capitulorum in actibus, in quibus expressè non contestatur.
- 6 Litis contestatio fit per contumaciam ad effectum in scripturis contentum in actibus, in quibus lis expressè non contestatur.
- 7 Litis contestatio vbi proceditur per viam instantia quando fiat.
- 8 Instantia in Magna Curia non perit concluso processu.
- 9 Conclusio in causa, & sententia equiparantur in pluribus.
- 10 Instantia quando prorogatur, & termini prorogantur, & e contra.

A R G V M E N T V M.

Instantia in causa feudali quanta sit.

QVESTIO XLIII.

Quadragesimotertiò principaliter quæro, quanta est instãtia *causæ feudalis. † In primo iudicio instantia respicit telã processum, † & ordinem iudicij, vt declarat *Bar. & Doct. in l. properandum, in prin. C. de iudi. in l. cum lite mortua ff. iudi. sol.* vndè cum non reperiatur expressè decusum in lege feudi, quanta sit, stamus dispositioni iuris communis, per ea, quæ habentur in *cap. 1. de feu. cogn.* secundum quam durabit triennio, sicut durat intãtia in causis ciuilibus, & incipiet in causis feudalibus † ordinarijs à die litis contestatæ, *d. l. properandum, in prin.* verum quia litis contestatio non scribitur in actis M. R. C. in hoc Regno, sicut de iure communi scribi, & notari consuevit, iuxta ea, quæ habentur per *glo. & Doct. in l. prolatam C. de senten. et in c. quoniã contra, de probat. per Practicũ Papien. in forma libelli, quo agitur iudicio rei vendicatorio, in ver. vita litis contestatione*, alia verò acta iudicij, & dationes terminorum in omnibus causis ordinarijs in actis M. R. C. in pleno iudicio sedente pro Tribunali scribi consueuerunt, *l. a procedente, C. de dilatio.* Ideò primus actus iudiciarius, qui immediate sequitur ipsam litis contestationem habet vim litis contestatæ, † & inde incipit currere instantia triennalis in causa feudali, & talis actus est præsentatio capitulorũ, quæ primo loco præsentantur in plena Curia, dato termino principali, & ex tunc connumeratur terminus instantiæ prædictæ.

Et prædicta procedunt in causis feudalibus ordinarijs. Vbi uerè lis contestatur in actis, in alijs verò causis feudalibus, in quibus proceditur per uisionem scripturarum de consensu vtriusq; partis, vbi nec lis contestatur expressè, nec ea scribitur in actis, tunc primus actus contradictorius, qui fit in iudicio habebit vim litis contestatæ, † prout declarat *Fel. post alios in capit. insinuantes, in ult. col. de offi. deleg.* & talis publicus actus contradictorius tunc erit incusatio contumaciæ † partis conuente facta in pleno iudicio ad effectum in scripturis contentum, maxime Aduocato partis respondente pro ea, prout scripsi supra q. 20.

Eodem modo in causis feudalibus, in quibus proceditur per viam instantiæ, seu cedula condempnatoriæ, cum etiam in eis non contestetur lis expressè, nec ea scri-

batur in actis, primus actus contradictorius habebit vim litis contestatæ, † & talis actus erit presentatio capitulorum, quæ fit in instantia, vel ille primus actus, quando Iudex incipit tractare de meritis, vt dixit *Iason in l. nulla dubitatio, C. de procura.* & talis actus erit condénatio Iudicis in pede cedule condempnatæ, sequuta receptione ipsius, parte citata in actis M. R. C. prout scripsi supra q. 20.

Et licet de iure communi de necessitate requiratur, vt infra triennium feratur sententia diffinitiuã, aliàs efficitur instantia perempta, *d. l. properandum, in prin.* tamen hodiè in hoc Regno sufficit ex forma Ritus, quòd causa concludatur infra triennium à die litis contestatæ, nec ulterius transit in hermodicium, † quod satis habet in se rationem, quia in pluribus conclusio † in causa, & sententia equi-
parantur, * *l. si rem §. si. cum glo. ff. de iudi. glo. et Doct. in capitulo significauerunt, ver. liquere, de testi.* & plura cumulat *Fel. in proposito in capi. cum dilectus, de fid. instr.* & tantò fortius in causis feudalibus habet in se rationem propter maiores dilaciones resultantes ex terminis duplicatis, prout scripsi supra q. 16. vndè sequitur, quòd quemadmodum quando principalis instantia restringitur ex forma statuti, omnes termini particulares restringuntur, vt dixit *Bart. in l. solent, in ult. col. ff. de ali. & ciba. lega.* eodem modo quando instantia † prorogatur, termini prorogantur, vt eadem res eodem iure censeatur, *l. eum, qui ades ff. de usucapio.* & contrariorum eadem sit disciplina, *l. inter stipulantem, §. Sacram ff. de verb. oblig. l. si. §. si. ff. de leg. 3.* item ex alio, quia causæ feudales sunt causæ maioris importantiæ, & magnarum rerum, vt dixit *Bal. in l. in bonæ fidei, in 2. col. C. de re. cre.* & ideò in eis post conclusum in causa, & aperta puncta dari debet Aduocatis vtriusque partis terminus mensis vnus ad disputandum, prout scripsi supra in qu. 30. & ideò sufficit, quòd infra triennium concludatur in causa.

Et prædicta omnia satis plenè procedunt in causis feudalibus ordinarijs, in quibus expressè concluditur in causa, & illa conclusio scribitur in actis, sed in causis feudalibus, in quibus expressè non concluditur in causa, vt quando proceditur per uisionem scripturarum, vel in causa spoliij de recenti, quando agitur ad restitutionem possessionis feudi, & tunc primus actus iudiciarius, qui fit post conclusio,

clusionem habebit vim conclusionis, ita voluit *Imo. in cle. 1. de cau. poss. & proprie. quem refert, & sequitur Feljn. in cap. insinuante, in ult. col. de offi. deleg. & talis actus erit recitatio processus per Iudicem in pleno iudicio, prout scripsi supra in quest. 32.*

A D D I T I O.

A Quod instantia transeat in hæredem allodialium, & nõ feudaliu, dixit *Frec. de subfeu. fol. 109. nu. 53. de instantia cause feudalis, vide Troyfi. super Rit. Regni Neapolis, Rit. 244. nu. 3. Marant. in suo Specul. parte 5. nu. 42. fol. mihi 77. à tergo, adde Odofr. in summa, in vfi. feud. in tit. intra que tempo. debe. fini. fol. 169. à tergo, & ibi multa in addi. per Liparul. & vide Octavi. Corsett. in ques. Foren. super Rit. q. 14. vbi quando causa respicit allodialia, & feudalia, an instantia dicatur feudalis, Et quid in causa possessoria, idem quest. 9. lib. 2. qui examinat Capit. Regni Regis Philippi in ordine 19.*

B *Aequiparantur.] Vincen. de Franc. decis. 286.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra feudatarium in causa feudali, nunquid præiudicet filiis, vel agnatis successuris in feudo.*

A R G V M E N T V M.

Sententia lata contra feudatarium in causa feudali, nõquid præiudicet filiis, vel agnatis successuris in feudo.

Q V A E S T I O XLIIII.

Q Vadragesimoquarto quæro, nõquid sententia lata contra feudatariu in causa feudali præiudicet filiis, vel agnatis successuris in feudo. † Respondeo, quod hanc quæstionem posuit *And. de Iser. in cap. 1. §. si vasallus de suo feudo, in 2. col. & seq. vers. sed nunquid, si de fen. fue. controuer. vbi distinguit inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia concedentis, & an. lis mota tangat ius feudatarii possidentis*

tantum, vel omne ius agnatorum succedentium in feudo, & an eis scientibus, vel ignorantibus fuerit litigatum, quàm conclusiuè refert, & sequitur *Aluaros. ibi in pen. col. vers. quæro ab extrâ, vt ibi per eos, eamdem quæstionem posuit etiam Iacobin. de Sancto Georg. in suo tractat. de feu. in ver. & dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus, in 11. col. vers. quæro an sententia, & Dom. Franciscus Curtius in suo tracta. de feud. in 7. parte princ. vers. nonò quæro, vbi fortè idem repetunt, de quo vide etiam *Martin. Laudensem in suo tract. de primogenitura, in pe. col. Idè non repeto, ne membranam occupem, sed ad eorum dicta me remitto.**

A D D I T I O.

De hac quæstione vide *Ioan. Vincen. de Anna singu. 474. Octavi. Pedemon. decis. 157. per totam, in prima parte, sed vide Rolun. conf. 92. nu. 3. vol. 4. vbi multos refert, Emanuel Suarez comm. opinio. n. 72. littera F. & benè post omnes, quando sententia est lata contra legitimum contradicentem in feudo ex pacto, in maioratu, & cæteris similibus, videndus est *D. Ioan. Francisc. de Aponte Præceptor meus in conf. 90. num. 4. cum sequen. volum. 1. & latissimè Molin. in lib. 4. de Hispan. primog. cap. 8. quem ipse refert, & dat intellectum ad tradita per *Isern. in capitul. si uasallus de feudo, si de feud. defun. mil. fuer. controuerf. & an lata contra primogenitum noceat successuris in primogenitura, Menoch. consil. 501. vol. 6. & an lata contra vasallum noceat Domino, Rol. consil. 100. nu. 33. & 154. in 4. & conf. 22. nu. 3. & 23. eod. vol. Rui. conf. 70. nu. 9. & 14. in 5. vol. & an noceat successor in dignitate, quod sic, voluerunt *Oldrad. conf. 94. nu. 22. perpendatur enim *Tiraq. de primog. q. 35. nu. 17. Melchior. Pelæz in tractatu de Maioratu, in 4. parte, questio. 14. nu. 7. qui & in nu. 1. alios recenset, Boer. in q. 255. col. pen.*****

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1** *Appellatio an, & quando admittatur à sententia lata in causa feudali.*
- 2** *Appellatio est defensio iuris, & semper admittenda in dubio.*
- 3** *Appellari non potest à sententia lata super possessorio in causa feudali.*
- 4** *Appellatio an, & quando admittatur tam*

L 3 in

- in M.C. quàm in Consistorio,*
 5 *Sequestratio fructuum feudi admittitur
 pendente appellacione.*

A R G V M E N T V M

Appellatio an, & quando ad-
 mittatur à sententia lata
 in causa feudali.

Q V A E S T I O XLV.

- Q**uadragesimoquintò quæro, an,
 & quando admittatur appella-
 tio à sententia lata in causa feu-
 dali. † Respondeo regulariter,
 quòd appellatio semper admittitur à sen-
 tentia diffinitiva lata per Mag. Reg. Cur.
 in causa feudali, quia, vt dixit Bald. in l. 1.
C. de iur. & fact. igno. & in l. scire oportet,
 ff. de adm. tuto. Appellatio est defensio †
 iuris ciuilibus, & in dubio semper est admit-
 tenda, per glo. Ang. & Docto. in l. qui resti-
 tutione, in si. ff. de rei vendi. cum concor. de
 quibus per Philippum Francum in Rubr.
 de appell.

- Et prædicta sanè intelligo primò, quã-
 do in tali causa feudali fuit ordinariè pro-
 cessum iuxtà formam Ritus, secus autem
 si fuisset in causa summarie processum,
 vt quia fuisset actù iudicio spoliatorio de
 recenti ad restitutionem possessionis feu-
 di, iuxtà ea, quæ scripsi supra in quæst. 17.
 & dixit Ioan. Baptist. de Sancto seuerino in
 repet. cap. 1. de feu. cogn. in 6. parte, in 23.
 differen. quòd à sententia lata super pos-
 sessione in causa feudali appellari non
 potest, vel actum fuisset in causa feudali
 per visionem scripturarum, iuxtà ea, quæ
 scripsi supra q. 21. vel etiam actum fuisset
 in causa feudali per viam instantiæ, seu
 cedulæ condemnatoriæ, iuxtà ea, quæ
 scripsi supra q. 20. quia tunc cum in his
 casibus fuerit summarie, & per viam in-
 stantiæ, & ex abrupto processum, à senten-
 tia lata per Magnam Regiam Curiam
 in huiusmodi causa feudali non admitti-
 tur appellatio, prout dictant verba Ritus
 in vers. item si proceditur summarie.

Secundò intelligo, quando fuit la-
 ta sententia diffinitiva per Magnam
 Curiam † in causa feudali, secus si lata
 fuisset interlocutoria, siue illa habeat
 vim diffinitiuæ, siue non, vt quia fortè ex-
 pectet aliam post se sententiam diffinitiu-
 am, quia tunc ex præminencia Magnæ
 Regiæ Curie non appellatur ex forma

Capitulorum Regni, de quibus habetur
 in Capitulis Regni ab Alfonso Rege con-
 cessis in anno Domini 1457. sub tit. quòd
 Locumtenens, & Iudices.

- 4 Tertiò intelligo, quando talis sententia
 diffinitiva, in qua fuit ordinariè procef-
 sum lata fuit per Magnam Regiam Curiam
 in primo iudicio, secus si lata fuisset in
 causa appellacionis per Consistorium,
 Sacræ Regiæ Conscientiæ huius Regni,
 quia tunc ex præminencia Magistratus
 Consistorij prædicti, ab eius sententia lata
 in causa feudali non appellatur, de quo
 vide quæ latius scripsi in tit. de offic. Iudi-
 cis Sacræ Regiæ Conscientiæ, & infra di-
 cam q. seq.

Quartò intelligo, quando talis senten-
 tia diffinitiva fuit lata ciuilitè de feudo
 inter duos vasallos, secus autem si lata
 fuisset criminalitè inter Dominum, seu
 Procuratorem Regij Fisci pro eo, & feu-
 datarium ad priuandum eum feudo ex
 aliqua culpa commissa, quia tunc licet de
 iure communi feudorum ad Superiorem
 appellatur, iuxtà ea, quæ habentur in cap.
 1. §. sancimus, in princ. quo tempore nihilomi-
 nùs ex præminencia Magnæ Regiæ Cu-
 riæ in hoc Regno à sententijs criminali-
 bus latis per Magnam Curiam tam inter
 priuatos, quàm inter Fiscum, & priuatum
 non admittitur appellatio, vt disponitur
 ex forma Ritus, in verb. à sententijs latis in
 Magna Curia in criminalibus causis, & sic
 ex his stat vera conclusio, quòd à senten-
 tijs diffinitiuis ciuilibus latis per Magnam
 Curiam in causa feudali, in quibus fuit
 ordinariè processum, admittitur appella-
 tio, per ea, quæ dicta sunt supra. Et si quæ-
 ratur, quem effectum operabitur talis sen-
 tentia suspensa per appellacionem, per
 quam causa reducta fuit ad eos terminos,
 quibus erat tempore litis contestatæ, vt
 voluit Bart. in l. 1. §. incidit, ff. ad Turpillia-
 num. Respondeo, quòd operabitur talem
 effectum iuris præsumptione, per quam
 satis constare dicitur de iure ipsius obti-
 nentis, vt probata eius paupertate possit
 obtinere pecuniolam, vt voluit Bald. &
 Angel. in l. si instantia, ff. de inoffic. testam.
 cum his, quæ scripsi supra q. 22. non tamè
 poterit obtinens sententiam in sui fauo-
 rem eo casu petere, quòd pendente appel-
 latione sequestratur † possessio, vel fru-
 ctus ipsius feudi, ita voluit Panorm. cons. 3.
 incip. ni ar in presenti causa, in 2. col. vers.
 item soluitur quæstio, in 2. volum. de quo
 vide Bart. in l. Imperatores, §. idem rescri-
 pserunt, ff. de appellat.

Appellatio an detur in causa feudali, *Odoffr. in summa feud. in tit. utrum a sent. lat. super feud. appel. fol. mihi 170. a tergo, & ibi Lipar. Io. Fich. in addit. ad Villalob. com. opin. lit. F. num. 29. ubi dicit, quod in tali appellatione tempora de iure communi statuta obseruantur, & communem esse opinionem, allegat Doffer. in cap. fin. quo temp. Fran. Cur. in tract. de feud. in ult. par. in 11. 12. & 13. q. & ita tradit in facto obtinuisse.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio a sententia diffinitiva lata in causa feudali ad quem deferri debet.
- 2 Appellatio in materia feudali non potest deuolui ad Superiorem omisso medio.
- 3 Appellari potest de iure communi ad Papam omisso medio.
- 4 Papa est Ordinarius singularium.
- 5 Index a quo potest iustificare sententiam suam coram Iudice ad quem.
- 6 Consistorium in hoc Regno est officium superius cum M. R. Cur. & magis praeminentis.
- 7 Consistorium representat conscientiam Principis, & fuit subrogatum in locum officij Praefecti praetorio.
- 8 Appellari non potest a sententia Praefecti praetorio.
- 9 Consistorium conferebatur uni Doctori tantum ad vitam, & Messanensi.
- 10 Consistorij Iudices quos esse debeant in causa feudali.
- 11 Consistorij Iudices dicuntur Iudices ordinarij.
- 12 Feudalibus in causis vertentibus in Consistorio proceditur prout in Magna Regia Curia.
- 13 Appellationis causa est eiu, dem naturae sicut principalis.
- 14 Index tertius datus ob discordiam Iudicum datur per Proregem sine tabula Iudicum suspectorum.

A R G V M E N T V M.

Appellatio a sententia diffinitiva lata in causa feudali ad quem deferri debet.

Quadragesimosexta, & successiue quarta, ad quem deferri debeat appellatio a sententia diffinitiva lata per Magnam Curiam in causa feudali. † Istam

- questionem ponit *Iacobin. de S. Georgio in suo tract. de feud. in uerb. & dicti vasalli prodictis rebus feudalibus, in 12. col. vers. quia vero, ubi concludit ex mente Innocent. & aliorum in cap. caterum, de iud. & Io. Raynaldi in repet. cap. Imperialem, s. pratered si inter duos, de prohib. feud. alienat. per Feder.* quod ad Superiorem proximiorum dominum ipsius feudi, de quo tunc agitur est appellandum, & inde ad alium dominum magis superiorem, & sic gradatim usque ad Imperatorem, per *text. in l. Imperatores, in princ. ff. de appell. & in c. 1. s. sancimus, quo tempore mil. & hanc eandem questionem simpliciter ponit Dom. Franc. Curt. in suo tract. de feud. in 7. par. in 15. q. nulla facta mentione de Iacobin. de S. Georgio in loco praalleg. sicut in pluribus alijs locis, & questionibus sui tractatus quamplures quaestiones positas per eundem Iacobin. eo tacito referre consuevit, & ratio est, quia etiam in materia feudali non potest appellatio † deuolui ad Imperatorem omisso medio, sicut videmus de iure communi in *d. l. Imperatores, in princ. & in aurb. de appellatione, s. fin. col. 4. & ita voluit glo. qua sequitur Aluar. ibi in 2. col. in d. s. sancimus, licet de iure Canonico † appellari possit ad Papam omissis medijs, 2. q. 6. cap. ad Romanum, & capit. quatuor, & cap. si duobus, de appellat. et cap. antiquo, de priuil. cum similib. quia ipse est Ordinarius † singularium, cap. cum nobis olim, de elect. Adde tamen, quod si causa feudalis deuolueretur ad Papam, vel Imperatorem, ibi Iudices a quo, qui tulerunt sententiam, possent, & debent adesse, & hoc est speciale in magnis feudis, ita *Io. Baptista de S. Severino in repet. cap. 1. de feud. cog. in 6. par. in 21. differ. sicuti Index a quo possit etiam † ex meris actis coram Iudice ad quem iustificare sententiam suam, per Doct. in cap. sepe, de appell. et in l. tale pactum, s. qui prouocauit, ff. de pact. & propter hoc a sententijs diffinitiujs latis per Magnam Regiam Curiam in causa feudali appellari consuevit in hoc Regno * ad Consistorium Sacrae Regiae Conscientiae, veluti Magistratum immediate superiorem Mag. Reg. Cur. prout disponitur in Capitulis editis a Rege Alfonso, vocatis, di la Sala Bassa, in anno Domini***

ni 1423. *sub titulo de appell. ad nostram*
 6 *Sacram Conscientiam deuolutis per nos*
committendis, nam Consistorium † Sacræ
Reg. Conscientiæ in hoc Regno dicitur
 7 *quã Magistratus præeminēs, & superior,*
 8 *quã sit ipsa Magna Curia, repræsentans*
conscientiã † Principis, quod Consistoriũ
 9 *fuit subrogatum in locum officij Perfecti*
prætorio, vndè sicut à sententijs Præfecti
 10 *prætorio * non appellatur, † quia non ali-*
ter Præfectus prætorio, quã propria cõ-
scientia Principis esset iudicaturus, vt di-
cit text. in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfecti præto.
in l. præfecti ff. de mino. in l. 1. §. à præfectis
ff. de lega. 3. & in l. si quis aduersus, C. de
preci. Impe. offe. eodem modo à iudicio
 11 *ordinario Consistorij Sacræ Conscientiæ*
non appellatur, quia officium subroga-
tum consequitur naturam, & conditio-
nes, & prærogatiuas eius officij, in cuius
locum subrogatur, vt dixit Bar. in l. 2. §.
equidem ff. ad Tertullia. cum simil. in l. si
stipulatus ff. de usur. in l. 1. §. bellissime ff. de
legato. nomi. caueat. quod Cap. Regni fuit
 12 *exinde per aliud Capitulum Regni ab e-*
 13 *dem Alfonso Rege concessum in anno*
 14 *Domini 1451. sub titulo de officio Iudicis*
Sacræ conscientiæ confirmatum, & olim
 15 *hoc officium Consistorij S. Reg. Conf.*
conferebatur vni Doctori tantum, qui ex
Regia concessione illud exercebat ad
vitam, & ex priuilegio nobil. Ciuit. Mess.
debebat esse Messanensis, verum quia
 16 *iuris dissonum visum fuit id, quod per*
 17 *quatuor Iudices M. R. C. determinatum*
 18 *est, per vnus tantum Iudicis decisionem*
 19 *committi, sed duorum † vel plurium ido-*
 20 *neorum, & sufficientium à partibus mi-*
 21 *nimè suspectorum iudicio committendũ,*
 22 *propterea per Capitulum Regni statu-*
 23 *tum, & ordinatum fuit, quod si quando*
 24 *accideret ab aliqua sententia lata per d.*
 25 *M. C. appellare, eo casu partes ad eum*
 26 *pro regimine huius Regni recurrent, vt*
 27 *per eum dicta causa committatur perso-*
 28 *nis sufficientibus, & eisdem partibus mi-*
 29 *nimè suspectis, prout in d. Cap. cõtinetur.*

Aduertendum tamen est, quod Doctores eligendi in locum Iudicis ordinarij Sacræ Regiæ Conscientiæ dicuntur ordinarij, † & non delegati, quia subrogantur in locum officij ordinarij dati à Principe, & nunc expirati in eius locum tales Doctores eligendi pro eadem causa feudali subrogantur, de quo latius scripsi in titu. de officio iudicis Sacra Regia Conscientiæ lib. 2. car. 9. & in lib. 1. allegationum mearum, car. 6.

Item aduertendum est, quod tales Doctores eligi consueuerunt per Illust. Dominum Proregem in hoc Regno ex Doctoribus minus suspectis datis per partes per eorum tabulas, iuxta formam Cap. Regni concessi per Catholicum Regem Ferdinandum in anno Domini 1515. sub titulo de electio. Iudicum delegatorum, & hi, quibus appellationis causa committitur dicuntur confidentes, quia partes in eis confidunt, & hoc habuit originem ex dicto Speculatoris, & Ioãnis Andrea ibi in additionibus Specu. in tit. de requisitionibus Cõsiliij, §. 1. uer. scias igitur, in fi. voluit Bal. in l. 1. C. de relatio. et in l. in bona fidei, in penult. col. de reb. cred. de quo vide quæ scripsi in allegationibus meis, lib. 1. car. 74. in fi.

Tertiò aduertendum est, quod coram dictis Iudicibus confidentibus ordinarijs, & subrogatis in locum Consistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ proceditur † in pleno iudicio, duplicatis terminis dandis, prout dati fuerunt in iudicio principali, iuxta formam Ritus, nec non dato termino mensis vnus ad disputandum, & facta relatione Illust. Domino Proregi, & seruatis alijs sollempnitatibus, quæ seruata fuerunt in iudicio principali, † prout scripsi supra in q. 16. & prima ratio est, quia vbi in iuribus feudorum non reperitur contrarium expressè decisum, debemus seruari iura Romanorum, etiã in materia feudali, c. 1. §. strenuus, & ibi communiter Feudistæ, de feu. cogni. Secunda ratio est, quia in respicientibus ordinatiua iudicij seruamus consuetudines, & statuta loci, vbi iudicium agitur, l. 3. §. si. cum glo. ff. de testi. glo. in cap. illud 12. distinctio. Panor. & Moder. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitu. Aret. & alij in cap. quod clericis, de for. compe. Tertia ratio est, quia causa appellationis est eiusdem naturæ, cuius est causa principalis, vt dixit Bal. in Rubr. extrã de appell. in 3. col. in fin. & si dicti Iudices ordinarij confidentes dati loco Iudicis Consistorij S. R. C. discordes erunt in votando, tunc eligitur tertius †, seu quintus Iudex per Illust. Dom. Proregem secundum conscientiam suam, nulla data tabula minus suspectorum, nec facta nominatione minus suspectorum, iuxta formam dicti Cap. nouissimi Regni ab eodem Catholico Rege concessi, & indè facta prius relatione Illust. Dom. Proregi procedere poterunt ad prolationem sententiæ, & eius excommunicationem, quia ab eorum sententijs ex præminencia Magistratus non appellatur, vt supra

supra dixi per text. in d.l. 1. s. à prefectis, ff. de offic. Prefect. prat. & in l. si quis aduersus, C. de prec. Imper. offer. iuncto eo, quod voluit Bar. in l. 2. s. & qui, ff. ad Tertull. & ita seruamus in hoc Regno quotidie.

A D D I T I O.

A Hodiè habemus Cap. Regni nouissimū Regis Philippi in ordine 2. vbi statutum est, quòd Iudices Sacre Conscientie eligantur per biennium à Rege, & sint tres, & indè virtute literarum Sue Catholice Maiestatis sunt de Regio Consilio ad instar Iudicum Mag. Reg. Cur. cum eorum Præside, in materia quæstionis vide *Odof. in summa feud. in tit. qui cognos. de appell. fol. mihi 171.*

B Prætorio. Idem dixit *Maranta in speculo fol. 155. num. 250.* sed an liceat supplicare, & reclamare, quòd sic, vide *Rolan. cons. 94. num. 2. volum. 1.* vbi de communi testatur, *Dec. in l. fin. col. pen. in princ. C. de edit. D. Hadr. tollen. & cons. 533. col. pen. in fin. Ruin. cons. 157. col. pen. in fin. volu. 5. Menoch. cons. 406. nu. 27. & 28.* & an pluries possit reclamari, dic quòd non, nisi semel tantum, vt tradit *Vinc. de Franch. dec. 135. num. 3.*

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellationis in iudicio quæ sint fatalia in causis feudalibus.
- 2 Appellationis processus intrà quæ tempora introduci debeat ad Iudicem appellationis.
- 3 Appellationum causa semel introducta non transeunt amplius in hermodicium.

A R G V M E N T V M.

Appellationis in iudicio quæ sint fatalia in causis feudalibus.

Q V A E S T I O XLVII.

Quadragesimoséptimò quæro, quæ sint fatalia causæ feudalis in iudicio appellationis. + Respondeo, fatalia in causa appellationis de iure communi sunt triplicis generis, quædam enim fatalia sunt ad interponendam appellationem coram

Iudice à quo, & ista sunt decem dierum à die scientiæ late sententiæ diffinitiuæ, de quibus habetur in *auth. hodiè, C. de appell. 2. q. 6. cap. Romana, & cap. anteriorum;* quædam autem sunt fatalia ad introducendum processum, & illum præsentandum coram Iudice ad quem, qui cogniturus est de appellatione, & ea non habebant de iure communi tempus determinatum, sed arbitrio Iudicis à quo relinquebantur, vt in *l. si Præses, C. de appellat. in cap. cum sit Romana, de appell. & in cap. ab eo, vbi gloss. & Doctor. de appell. lib. 6.* sed hodiè ex forma Constitutionum Regni datur spatium quinquaginta dierum à die appellationis interpositæ, numeradū appellati, infrà quod processum copiari, & expediri facere tenetur, vt illū expediri infrà dictum terminum Iudici + appellationis in causa feudali valeat præsentare, vt in *Const. Appellationum tempora, in tit. de appellat. lib. 2.* à qua sumpsit originem Rit. huius Regni, vt ibi in *ver. item si fuerit appellatum,* vbi loquitur rām à sententijs latis in Curijs inferioribus, quàm in Magna Curia, & sic eo casu, quo causa feudalis per viam appellationis à Magna Reg. Cur. deuoluitur ad Consistorium Sac. Reg. Conscient.

Quædam verò sunt fatalia prosequenda, & finiendæ appellationis, & hæc de iure communi sunt anni vnus, & ex causa triennij, vt in *auth. ei, qui, C. de temp. appellat. & in d. cap. cum sit Romana,* de quibus vide quæ ponit *Aluar. in cap. 1. §. sancimus, quo tempore mil. & Iacobin. de Sancto Geor. in trac. de feu. in verb. dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus, 13. col. vers. nunc descendo, & Dom. Francis. Curt. in suo tract. de feud. in 7. par. 13. 4.* sed hodiè * in hoc Regno ex forma Ritus causæ appellationum post præsentationem processus in Consistorium Sacre Regiæ Conscientiæ non transeunt in hermodicium, + & hic non est dare fatalia prosequendæ, & finiendæ appellationis in hoc Regno per præsentationem processus, vt supra, & licet Ritus Regni loquatur de præsentatione processus in Magna Curia à Curijs inferioribus, tamen idem, & fortius erit dicendum in præsentatione processus à Magna Curia ad Consistorium Sac. Conscientiæ in causis feudalibus, quia postquam lis intrauit in Consistorium Principis, nunquam perit, * vt in *auth. sed lis, & ibi per Felin. & Doct. C. de temp. appell. & ita seruamus in Regno, & sufficit, quòd processus introducatur in Consistorium*

Sacræ Conscientiæ coram Magistro Notario ipsius Consistorij, prout voluit *Bald. in auth. qua supplicatio, in princ. C. de prec. Imper. offer. requiritur tamen, quòd postquam introductus est processus suppliciter Illustr. Domino Proregi pro dandis Iudicibus in causa appellationis ex confidentibus vtriusque partis, iuxta formam Capituli Regni, prout dixi supra in precedenti q. & quòd dentur Iudices ordinarij Consistorij Regiæ Conscientiæ, & coram eis presentetur supplicatio, & commissio causæ parte citata ad fundandam iurisdictionem dictorum Iudicum, vt dixit *Bald. in l. falsus, in 6. col. vers. & scias, C. de furt. aliàs non sufficit, si pars non institit, quòd dentur Iudices in causa appellationis, vt consuluit *Angel. conf. 146. incip. quidam Matth. & Alex. conf. 164. in 2. volum. de quo vide gloss. in cap. cupientes, §. quid si per viginti, de elect. libr. 6. & vide in allegationibus meis, lib. 2. car. .***

ADDITIO.

- A** Sed quid de consuetudine huius Urbis Panormi, dic quòd dantur solum quindecim dies ciuibus, prout in *cap. 16. & idem est de iure, Eman. sing. 107. Maranta fol. 645. num. 401. & vide quæ dixi supra quæst. 45.*
- B** *Prosequenda appellationis*] Vide *Dom. Io. Franc. de Aponz. conf. 98. per totum, volu. 1.*
- C** *Sed hodie.*] Adde *Troyf. super Rit. Neap. 260. num. 1. cum seq. vbi omninò, Maranta in spec. par. 3. n. 89. fol. mibi 10.*
- D** *Perit.*] Aduerte, quòd quatenus dicit *Author* noster hic, quòd postquam lis intrat Consistorium Principis instantia nunquam perit, illud est intelligendum in causa pendente coram ipso Rege, quia Rex habet liberum arbitrium, secus autem in Consistorio Sacræ Regiæ Conscientiæ huius Regni, cum non habeat liberum arbitrium, ex traditis per *Matth. de Affliet. in dec. 283. qui loquitur in Sacro Consilio Neapolitano, quod idem est cù Tribunali nostro Sacræ Regiæ Conscientiæ, quæ ambo sunt subrogata in locum Præfecti prætorij, vt tradit *Gram. dec. 1. 3. num. 1. vers. præterea, & dixit *Author* noster in quæst. præced. & alibi sæpius, & in materia huius quæstionis vide *Cumi. in cap. Rit. 79. num. 4. Maranta in spec. part. 5. num. 15. Versil. ad Affliet. in d. dec. 283. nu. 9. Gram. in d. dec. 1. 3. Affliet. dec. 78. & in fortioribus terminis *Rolan. conf. 15, per totum, volum. 2.****

Mastrillus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Interloquutoria si detur in causa feudali, aduersus eam quæ remedia competant.*
- 2 *Appellatio an admittatur ab interloquutorijs latis in Mag. Reg. Curia in causis feudalibus.*
- 3 *Appellationis remedio denegato, nunquam intelligitur denegatum remedium nullitatis, & reuisionis.*
- 4 *Causa non amouetur à Iudicibus, licet interloquutoria illius causa per Superiorem fuerit correctæ.*

A R G V M E N T V M.

Interloquutoria si detur in causa feudali, aduersus eam quæ remedia competant.

Q V A E S T I O XLVIII.

- Q** Vadragesimooctauò quæro, quæ remedia competat aduersus interloquutorias latis per Magnam Curiam in causa feudali.
- 1** li. † Satis supra visum fuit in *q. 45. qualiter ex sententijs diffinitiuis latis per Magnam Curiam deuoluitur appellatio in causa feudali ad Consistorium Sac. Regiæ Conscientiæ, modò videndum erit, quæ remedia competat aduersus interloquutorias latis per Magnam Curiam in causa feudali, & certum est, quòd ab interloquutorijs latis per Magnam Curiam, & in causa feudali, siuè illæ sint intermediz, incidentes, vel emergentes à tota causa principali, & expectantes sententiam diffinitiuam post se, siuè sint interloquutoriz habentes vim diffinitiuæ ex antiqua consuetudine in Regno, & ex præminētia Mag. Reg. Curiz, nunquam appellatur, † & hoc satis induci potuit consuetudine inducta spatij tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria hominum non existit, quia tunc illa habet vim priuilegij, *l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqu. quotid. & esti. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. & satis colligitur ex mente Ritùs, sed aduersus huiusmodi interloquutorias benè datur remedium nullitatis, & reuisionis, & tunc ad supplicationem partis committitur causa per Illustr. Dom. Proregem via nullitatis, & reuisionis duobus Iudicibus delegatis datis pro confidentibus ab vtraq; parte, vel**

vel vni confidenti tantum loco Sacri Regij Consilij, qui cognoscere habent de nullitate, vel iniquitate interlocutoriarum predictarum, vt probatur in quatuor Capitulis Regni ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1457. sub tit. quod Locum tenens, & Iudices, &c. & hoc satis habet iuris rationem, quia denegato remedio appellationis, nunquam intelligitur denegatum remedium nullitatis, † & voluit Bald. & Salic. in l. 1. in 12. q. C. si de moment. possess. fuer. appel. late per Philip. Francum in repet. cap. dilecto, in 49. qu. de appellat. & per Alex. conf. 2. in 2. col. in 2. volum. & etiam denegato remedio appellationis, nunquam intelligitur esse denegatum remedium reuisionis, quod per viam supplicationis ex gratia Principis concedi consuevit, l. Prefecti, ff. de minor. l. si quis aduersus, & in anth. qua supplicatio, C. de prec. Imp. offer.

Est bene verum, quod si remedium nullitatis, vel reuisionis intentatur aduersus interlocutorias Magnae Regiae Curiae latis, & expectantes post se sententiam diffinitiuam, licet talis interlocutoria fuerit correctata, vel reuocata per tales Iudices delegatos loco Sacri Consilij, † non tamen amouetur tota causa feudalis a iurisdictione Magnae Regiae Curiae, sed stante correctione predicta, procedunt Iudices Magnae Regiae Curiae in causa principali habita pro correctata, & reuocata dicta interlocutoria Magnae Curiae, prout per dictos Iudices delegatos fuerit reuocata, & hoc specialiter inductum fuit ex forma nouissimorum Capitulorum Regni a Ferdinando Rege concessorum in anno Domini 1509. in cap. quod incipit, item perche li litiganti, de quo vide quae scripsi in lib. I. allegationum mearum, car. .

A D D I T I O.

De quaestione vide Cumi. super Rit. cap. 44. num. 8. cum sequ. & cap. 76. num. 58. vbi multa, & ad materiam duarum quaestionum sequentium Authoris nostri.

Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia si fuerit lata in Consistorio Sac. R. C. aduersus eam quae remedia competant.
- 2 Consistorium in Regno est praeminens Magistratus, & habetur loco Iudicis appellationis, & est subrogatum in locum Praefecti pratorio.

- 3 Consistorium dicitur esse Principis Conscientia.
- 4 Appellatio ubi interponitur a sententijs, in quibus de iure non appellatur, talis appellatio non suspendit executionem.
- 5 Sequestratio fructuum feudi an, & quando fieri possit in causa feudali.

A R G V M E N T V M.

Sententia si fuerit lata in Consistorio S. R. C. aduersus eam quae nam remedia competant.

Q V A E S T I O XLIX.

Quadragesimononò quæro, quæ remedia competant aduersus sententiam latam per Consistorium in Sac. R. C. in hoc Regno, cum sit quidam praeminens Magistratus, † qui habetur loco Iudicis appellationis a sententijs diffinitiuis latis in causis ordinarijs, praesertim feudalibus a Magna Regia Curia, & ab eiusdem Consistorij sententijs tam interlocutorijs, quam diffinitiuis latis in causis ordinarijs ex praeminentia Magistratus non appellatur, vt dicit tex. in l. 1. §. 1. ff. de off. Praefect. prat. quia subrogatum in officio sapit naturam eius officij, in cuius locum subrogatur, vt voluit Bart. in l. 2. §. equidem, ff. ad Tertullian. & dixi latius supra in 46. q. cum igitur in hoc Regno tale Consistorium dicatur ipsa Principis Conscientia, † & propterea vocatur Consistorium Sacrae Conscientiae, sequitur, quod sicut ab officio Praefecti pratorio, quod dicitur ipsa Conscientia Principis non appellatur, vt dicit tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de offic. Praefect. prat. eodem modo a sententijs latis per Consistorium Sacrae Conscientiae non appellatur, & si forte de facto appellaretur, quando talis appellatio non esset admissa per Superiorem, vel quando non emanauerint literae inhibitoriae directae Iudicibus loco Iudicis ordinarij Consistorij Sacrae Conscientiae per Iudicem ad quem, hic articulus appellationis admittendae, vel non admittendae committeretur, nunquam impeditur executio sententiae latae † per Consistorium predictum, quia ubicunq; interponitur appellatio a sententijs, a quibus de iure non

non appellatur, talis appellatio non suspendit executionem, donec Iudici à quo fuerit inhibitum per Iudicem ad quem, *gloss. est, & ibi Doct̃or. in cap. Romana, in ver. notorijs, de appellat. lib. 6. Paul. de Castro post Bald. in l. 3. C. de appellat.*

Aduertendum tamen est, quòd licet aduersus sententiam latam per Consistorium S. Reg. Conscientiæ ex præminencia Magistratus non admittatur appellatio, admittitur tamen remedium nullitatis, & reuisionis, quia nullitas respicit reuerentiam iudicij, quia sententia nulla non est sententia, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. non putauit, l. non quæuis, ff. de bon. poss. contra tab. & reuissio innititur gratiæ Principis per viam supplicationis, l. Prefecti, ff. de minor. idè non remouetur remedium nullitatis, & reuisionis, prout scripsi supra in præced. q.*

Item aduertendum est, quòd licet post primam sententiam latam per Mag. Cur. in causa feudali nõ posset fieri sequestratio † possessionis, nec fructuum ipsius feudi, vt voluit *Panorm. conf. 3. incip. nitar in presenti causa, in 22. col. vers. item soluitur questio, & in 4. conf. in 2. volum* poterit tamen fieri talis sequestratio post secundam sententiam latam per Consistorium Sacræ Conscientiæ, quæ de sui natura non est appellabilis ex præminencia Magistratus, subsistente aliquo impedimento dictarum literarum interlocutorialium, vel alio simili, quo mediante sententia Consistorij non posset mandari executioni, vt ibi per eum, de quo scripsi supra in *quest. 45. in fin.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Missio in possessionem causa rei seruandæ an fieri possit in causis feudalibus, & remissive num. 3.
- Et an habeat locum in beneficijs ecclesiasticis, num. 2.

A R G V M E N T V M.

Missio in possessionem causa rei seruandæ an fieri possit in feudalibus.

Q V A E S T I O L.

Q Vinquagesimò principaliter quæro, nunquid in causis feudalibus locum

habeat missio in possessionem feudi causa rei seruandæ, † & videtur quòd non, quia sicut in beneficijs ecclesiasticis † non habet locum missio in possessionem causa rei seruandæ, vt in *cap. 2. de eo, qui mitt. in possess. causa rei seru. lib. 6.* quia sine mandato Superioris, & canonica institutione possideri non possunt, *cap. 1. de reg. iur. in 6. ita dicendum videtur in feudalibus, quia sine beneficio domini concedentis possideri non possunt, vt voluit Bald. in l. qui se patris, in 7. col. vers. & scias, C. unde lib. de*
 3 qua materia vide latius † in *Constit. Consumacem, in tit. de pæn. consum. lib. 2. & q. seq. & vtrouique Doct̃or.*

A D D I T I O.

De hac questione vide bene *Offau. Corset. super Rit. lib. 1. qu. 7. per totam, vbi meminit Authoris nostri, & quid in feudis Comitatus, Cassan. in consuet. Burg. fol. 12. in fin. & 13. in princ.*

Matrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Nullitas si tentetur sententiæ lata in causa feudali qualiter in ea procedatur, tam si fuerit lata per Mag. Reg. Cur. quàm per Consistorium S. R. C. tam diffinitiuam, quàm interlocutoriam.
- 2 Nullitate tentata an, & quando emanari debeant literæ inhibitoriæ.
- 3 Nullitas an, & quando impediatur.
- 4 Nullitas an, & quando decidi debeat cum meritis.
- 5 Nullitatis exceptione reiecta, an, & quando possunt decidi merita causa.
- 6 Princeps potest validare processum.
- 7 Sequestratio fructuum an, & quando fieri possit causa nullitatis pendente.
- 8 Appellatio quando, & quare non admittitur in interlocutorijs latis per Consistorium S. R. C.
- 9 Iudices delegati sunt de latere Principis, et loco Sacri Regij Consilij.

A R G V M E N T V M.

Nullitas si tentetur sententiæ late in causa feudali, qualiter in ea procedatur, tam si fuerit lata per M. R. C. quàm per Cōsistorium S. R. C. tam diffinitiuam, quàm interlocutoriam.

QVÆ

Q V A E S T I O L I.

Q Vinquagesimoprimum principa-
liter quæro, qualiter proceda-
tur in iudicio nullitatis sētētīę
latę in causa feudali. † Distinguo, quod aut nos loquimur de nullitate sententię latę per M. R. C. aut per Consistorium S. C. si per Mag. Cur. & tunc aut loquimur de nullitate sententię diffinitiuę, aut de nullitate interlocutorię, si de nullitate sententię diffinitiuę latę per M. C. & tunc siuē nullitas deuoluatur ad Superiorem de per se seorsum ab appellatione, siuē simul cum ipsa appellatione, semper deuoluitur ad Consistorium S. R. C. quia Consistorium Sacrę Conscientię dicitur Iudex ordinarius omnium causarum, præsertim feudalium, quæ deuoluūtur via nullitatis, vel appellationis coniūctim, vel diuisim à sētētīis diffinitiuis latis per Mag. Reg. Cur. prout scripsi supra in 46. q. & potest agi de nullitate seorsum ab appellatione, quia si fortē causa non esset appellabilis, & deduceretur nullitas simul cum appellatione, remota appellatione remoueretur & nullitas, quæ venit accessorie ad ipsam appellationem, prout voluit *glo. in l. 1. C. quando prouocare, & ibi Salic. sed si deduceretur nullitas de per se, tunc licet causa non sit appellabilis, potest tamen agi de nullitate tentata seorsum ab appellatione, vt voluit Salic. in l. 1. C. si de momen. poss. sue. appell. de quo vide Iaso. in l. Titia textores, §. nihil interest, vers. 3. adde. ff. de leg. 1. & in l. 1. in 4. col. ff. de iust. & iure, vbi tenet oppositum.*

Si verò loquimur de nullitate interlocutorię latę per M. R. C. in causa feudali, & tunc talis nullitas deuoluitur ad Iudices delegatos dandos ex confidentibus vtriusque partis loco Sacri Regij Consilij, iuxta formam Capitulorum Regni, prout scripsi supra 48. q. sed si nos loquimur de nullitate sententię latę per Consistorium Sacrę Regię Conscientię, tunc siuē agatur de nullitate sententię diffinitiuę, siuē de nullitate interlocutorię in causa feudali, tunc semper causa deuoluitur ad Iudices delegatos dandos ex confidentibus vtriusque partis per Illustr. Dominum Proregem, iuxta formam Capitulorum Regni, de quo vide quæ scripsi in primo libro allegationum mearum cap. 74.

Proceditur autem coram his Iudicibus in causa nullitatis prædictę hoc mo-

do, quia si deducitur nullitas sententię diffinitiuę, vel interlocutorię latę in causa feudali per capita promptuaria, resultantia ex actis, vel ex visione terminorum, vel per relationem difficultium in his, quæ spectant ad eorum officium, & tunc productis, & præsentatis capitulis nullitatis coram Iudicibus causę parte citata, statim expediuntur literę inhibitorię directę Iudicibus, qui iudicarunt, nè procedant ad vteriora in executione sententię latę per eos, iuxta ea, quæ habentur in *cap. non solum, de appell. lib. 6.* & expediuntur parte non citata, per ea, quæ notant *Docto. in c. cum dilectus, & in c. tuam, de ordin. cognit. & inde visis capitibus nullitatis vnā cum alijs protestatis, & auditis Aduocatis vtriusque partis proceditur ad expeditionem causę nullitatis prædictę.*

Si verò deducitur nullitas per capita, nullitatis requirentia altiorem indaginem, & probationem facti, maximè per positiones probatorias, & tunc illis præsentatis proceditur in causa nullitatis datis terminis, iuxta naturam causę, prout in causa appellationis dari consueuerunt, & nõ expediuntur literę inhibitorię, quia nondum constat de nullitate prædicta, nec talis nullitas † impedit executionem sententię, de cuius nullitate agitur per altiorem indaginem, & procedetur in iudicio nullitatis datis terminis duplicatis, dato termino mensis vnus ad disputandum, & facta relatione Illustr. D. Proregi, & seruatis alijs sollempnitatibus, prout processum fuit in iudicio principali, prout scripsi 5. q.

Aduertendum tamen est primò, quòd licet talis sententia, vel interlocutoria ex capitibus promptuarię nullitatis, vel extrā alijs requirentibus altiorem indaginem sit nulla, si tamen ipsa nullitas oriatur ex defectu iudiciarię sollempnitatis omisę, dummodò aliter debito nostro super negotio liqueat de pura substantia veritatis allegatorię, vel exceptione nullitatis huiusmodi, non obstante, ad facilem decisionem causę super meritis † Iudices dictę causę Deum, & ipsam iustitiam præ oculis habendo procedere possunt iuxta formam *Pragmaticæ Sanctionis* editę per Regem Alphonsum in anno Domini 1434. quæ incipit, *Intelleximus*, & ratio potuit esse, quia quando vertitur causa coram Principe, non curatur ordo iudiciarius, vt voluit *glo. et And. de Iser. in Constitut. Cord. in tit. de exhiben.*

ben. malefacto. lib. 2. vel quia potest Princeps † validare processum nullum, prout Papa facere consuevit in Romana Curia, vt dixit *Bal. in l. rescripta in 2. col. C. de præci. impe. offe.* quem refert, & sequitur *Guglielmus de Perno cons. 20. in 5. car. in fin. & in 11. car.* vel quia potest Princeps vti plenitudine potestatis, vt finem liti- bus imponat, vt dixit *Bar. in l. militis, in vltima col. in ff. de mino.* poterunt etiam eo casu Iudices causæ nullitatis etiam partibus contradicentibus, nè varijs iudicijs, & expensis defatigentur cognoscere tam de nullitate, quam de meritis ipsius causæ, & partibus auditis vnica sententia pronunciare tam super dicta nullitate, quam super meritis causæ prædictæ, prout dispositum fuit in *Capitulis Regni à Ferdinando Rege concessis in anno Domini 1503. in cap. quod incipit. Item perche più volti soli accadiri, &c.* quod capitulum fuit ex indè confirmatum per eundem Catholicum Regem Ferdinandum in alijs *Capitulis Regni* ab eodem Rege concessis in anno Domini 1509. & restrictum, nisi fortè talis nullitas oriretur, vel ex defectu terminorum, vel denegatæ defensionis, quæ si fuissent admixtæ, deduxisset pars probationes tales, quæ releuassent iustitiam suam ad victoriam causæ, de qua tunc agitur, prout in *d. cap. Regni*, quod incipit. *Item per li multi, & longhi subterfugij* latius continetur.

Secundò aduertendum est, quòd pendente iudicio nullitatis promptuaræ, cuius virtute fuit inhibitum Iudicibus, qui iudicarunt, nè procedant ad vteriora circa executionem sententiæ latæ per eos, stantibus literis inhibitorijs prædictis, poterit eo casu peti per partem obtinentem sententiam in sui fauorem, vt Iudices nullitatis procedant ad sequestrationem † possessionis, & fructuum feudi, de quo agitur, vsquè ad exitum causæ nullitatis prædictæ, ita voluit *Philippus Francus in repe. c. 1. §. dilecti, in 12. col. vers. vlt. licèt de appel. de quo vide etiam quæ scripsi supra in præcedenti q.*

Tertiò aduertendū est, quòd licèt ab omnibus Iudicibus delegatis à Principe in primo iudicio appelletur ad M. R. C. vt est *text. in Cõstit. Statuimus, in tit. de officio Magistri Iustitiarj, li. 1. & ibi not. D. Math. de Afflict. in 5. nota.* tamen ab istis delegatis, qui cognoscūt de causis deuolutis ad eos via nullitatis, aut reuisionis ab interlocutorijs latis per M. R. C. & à sententijs diffinitiujs, vel interlocutorijs latis

per Consistorium S. R. C. nõ appellatur, & ratio est, quia tales Iudices delegati dantur in causa per Illust. Dominum Proregem nomine Sux Regiæ Maiestatis loco totius Sacri Regij Consilij, prout dicitur *Capitulum Regni sub titulo, quòd Locumtenens, & Iudices*, quod est inter Capitula Regni ab Alfonso Rege concessa in anno Domini 1457. quo casu sicut à Consistorio Sacræ Conscientiæ non appellatur in hoc Regno ex præminencia Magistratus, prout scripsi supra in *præcedenti q.* ità etiam nec à toto Sacro Regio Consilio, nec à Iudicibus delegatis in causa loco totius Sacri Regij Consilij appellatur, quia sunt de latere Principis, † vt dicitur in *l. quisquis C. ad l. Iuliam mai. & tex. in §. sed summa patriciatu dignitas, In situ. qui. mod. ius patr. pot. solu. &* per tales Cõsiliarios dicitur Rex habere omnia iura in scrinio pectoris sui, vt dicunt *Docto. in l. onium, C. de testa. in liuris peritos, ff. de excus. tuto. & in c. 1. de consit. lib. 6.* licèt fortè ab vno Consiliario Regis tantum, qui non representat totum Sacrum R. C. ex consuetudine Regionis, prout ex vno ex Auditoribus Romanæ Curie ad ad alios duos de Rota ex concessione Summi Pontificis appellatur.

Quartò aduertendum est, quòd licèt dici possit de nullitate sententiæ, vel interlocutoriæ latæ in iudicio nullitatis causæ feudalis, quia nullitas sententiæ, vel interlocutoriæ respicit rectitudinem processus, & non merita causæ, prout declarant *Docto. in l. iuslè possidet, ff. de acq. poss. & quælibet sententia, vel interlocutoria* habet suam instantiam, & suum processum de per se separatum ab alia, tamen si dicatur de nullitate talis sententiæ latæ in iudicio nullitatis, quæ habeat duas alias sententias conformes antè se, talis nullitas non impedièt executionem vltimæ sententiæ, quæ transiit in rem iudicatam, *clemen. prima, & ibi Petrus de Ancha. & Docto. de re iud. & tunc non obstante tali nullitate deducta, nostra dabitur vltima sententia executioni, præstito prius per obtinentem de restituendo in casu, quo succubuerit in hoc vltimo iudicio nullitatis, vt voluit Pau. de Cast. in l. si feriat, ff. de fer.*

S V M M A R I V M.

- 1 Reuizio sententiæ latæ in causa feudali si tentetur, qualiter in ea procedatur.
- 2 Reuisionis iudicium conceditur per viam sup.

- *supplicationis ex gratia Principis.*
- 3 *Reuisio conceditur ubi non permittitur appellatio, vel de iure, vel quia causa de sui natura non erat appellabilis, vel quia sententia transiit in rem iudicatam.*
- 4 *Reuisionis iudicium non conceditur, nisi prius soluto debito, & expensis, & non sufficit satisfacere, vel dare pignora, nec facere depositum.*
- 5 *Forma debet adimpleri, nec sufficit in æquipollenti.*
- 6 *Reuisio si petatur, debent solui expensæ illius iudicij, cuius sententia petitur reuisio.*
- 7 *Reuisionis in iudicio an, & quando debeat præstari fideiussio de restituendo.*
- 8 *Reuisionis iudicium an, & quando possit ultra semel tentari.*
- 9 *Reuisionis biennium quando incipiat currere.*
- 10 *Reuisionis causa præsentata supplicatione P.C. efficitur perpetua.*
- 11 *Reuisionis iudicium an, & quando debeat expediri per eadem acta.*
- 12 *Reuisionis in iudicio an, & quando possit extendi dictio, & cetera.*
- 13 *Reuisionis in iudicio an possit peti authenticatio actorum.*
- 14 *Authenticatio actorum non addit aliquid de nouo.*
- 15 *Reuisio conceditur utrique parti, & non amplius.*

A R G V M E N T V M.

Reuisio sententiæ latæ in causa feudali si tentetur, qualiter in ea procedatur.

Q V A E S T I O LII.

- Q**uinquagesimo secundo quæro, qualiter procedatur in iudicio reuisionis sententiæ latæ in causa feudali. † Respondeo, iudicium reuisionis sententiæ, vel interlocutoria conceditur per viam supplicationis ex gratia Principis, † *l. præfelli. ff. de minor. l. si quis aduersus, & in auth. qua supplicatio, C. de preci. impe. offe.*
- 1 *ubi non permittitur appellatio †, vel de iure, quia causa de sui natura non est appellabilis, vel de facto, quia causa de sui natura erat appellabilis, sed quia non fuit appellatæ, sententia transiit in rem iudicatam, & hoc satis colligitur ex mente*

- Capitulorum Regni. sub titulo de causis reuidentis in Capitulis Regni ab Alfonso Rege concessis in anno Domini 1457. & hoc iudicium reuisionis † nunquam conceditur, nisi pars prius debitum soluerit, & expensas legitimè taxatas, iuxta formam Ritus Regni, sub titulo de reuisione sententiarum, ita quòd non sufficit aliter satisfacere, dando pignora, vel fideiussores, *l. promissor. s. si. ubi glo. ff. de consti. pecu. glo. & Doctor. in s. venditur, Instit. de re diuis. nec etiam sufficit facere depositum, vt voluit Bart. in l. item liberatur, s. qui paratus, per illum tex. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. maximè quia Ritus imponit formam, dum dicit, non aliter supplicans admittatur, vt declarat Bar. in l. de his C. de transact. quo casu illud, quod est positum pro forma, † debet ad vnguem adimpleri, vt dixit Bald. in auth. matri, & auig. C. quando mul. tute. offi. fungi pot. & ideò non potest adimpleri in suo æquipollenti, vt dixit Alex. post Bal. in l. i. ff. de lib. & posthum.**

- 6 *Intellige tamen de expensis † illius iudicij, cuius sententiæ petitur reuisio. & non aliorum iudiciorum præcedentium in eadem causa, quia solutio expensarum fit ratione temeritatis ipsius litigantis, qui succubuit, *l. eum, quem temere, in prin. ff. de iud. & ideò cedit loco pene, vt dixit Bal. in l. nò ignoret, in fi. C. de sent. ex peri. sed pœnæ sunt restringendæ, l. pe. ff. de pen. & c. odia, de regu. iur. lib. 6. cum similibus, igitur, & c. Ritus tamen generaliter loquitur de omnibus expensis legitimè taxatis in odium petentis iudicium reuisionis, contra quem resultat præsumptio ex sententia, quæ transiit in rem iudicatam, quod ius non foueat propter auctoritatem rei nò iudicatæ, *l. seruo inuiso s. cum prator ff. ad Trebell. l. 3. s. idem quaeri potest ff. de reb. cor. l. si instantia, ubi Ange. & Paul. de Cast. ff. de inoffi. testa. & quia indefinita legis æquipollent vniuersali, vt voluit glo. & Docto. in c. generali, de electio. lib. 6. & sic appellatione expensarum venient omnes expensæ aliorum iudiciorum, ideò super hoc meliùs cogita.***

- 7 *Est benè uerum, quòd si pars succumbens supplicauerit via reuisionis Illust. Domino Proregi infra decem dies à die sententiæ latæ contra eum, poterit antè solutionem debiti, & expensarum petere, quòd per victorem recipientem solutionem prædictam, sibi prius præstetur fideiussio † de restituendo in casu succumbentiæ in iudicio reuisionis, prout dicitur*

tur in *Ritu* prædicto, & in *d. auth. quæ supplicatio*, sicut etiam aliàs ex forma *Ritus* mādatur exequutioni sētētia lata in causa oppositoria, nō obstante appellatione interposita, præstito per creditorem nihilominus idoneè, vt Bancus de restituendo in casu succumbentię in iudicio appellationis, ac etiam sicut aliàs pendente iudicio nullitatis, quæ non impedit exequutionem sententię, de cuius nullitate agitur, & quia requirit altiorem indaginem sic exequutio sententię, præstito per obtinentem de restituendo in casu succumbentię in iudicio nullitatis, vt voluit *Pau. de Cast. in l. si feriatis ff. de feri.*

B Aduertendum tamen est, et primò, nè iudicium hoc reuisionis, quod conceditur ex gratia perpetuò tentari possit, † ad hoc vt aliquis sit finis litium, postquam sententię transierunt in rem iudicatam prouisum fuit per *Capitula Regni* ab Alfonso Rege concessa in anno Domini 1457. *sub titulo quòd infra biennium † causa reuidcantur*, quòd elapso biennio à die scientię sententię latę, quę transiuit in rem iudicatam, præsertim in causa feudali, non audiatur aliquis in reuisione sententię prædictę, & hoc habuit originem ex dispositione iuris communis, per *tex. in l. vnica C. de off. præse. pratorio*, & postquam supplicatum fuerit via reuisionis, & causa commissa Iudicibus delegatis datis ex confidentibus vtriusque partis, iuxta formam Capitulorum Regni, & sequuta est presentatio supplicationis, & commissionis causę prædictę Iudicibus delegatis, parte citata ad fundandam iurisdictionem Iudicum delegatorum, per ea, quę ponit *Bald. in l. falsus in 6. col. vers. et scias*, vbi scripsi, *C. de furt.* hæc causa reuisionis efficitur perpetua †, tanquam illa, quę semel intrauit in Consistorium, seu Consilium Principis, vt in *auth. sed lis, & ibi per Doct. C. de tempo. appell.* & scripsi supra in 47. q.

II Secundò aduertendum est, quòd hoc iudiciū reuisionis expeditur per eadem acta, † cum quibus per priores Iudices fuit iudicatum, ita dictant verba *Ritus in tit. de modo procedendi in causis summarijs*, & in *c. item quòd à sententijs latis, in fin.* in tantum vt ab extrà nihil addi possit etiam ad informationem Iudicum delegatorum, quia fundatur ex gratia Principis ad cognoscendum substantiam veritatis super iudicio præcedenti, si per priores Iudices in causa fuit rectè iudicatum, per *tex. in d. l. præfetti ff. de minor.*

& si noua acta admitterentur, non possent cognosci substantia veritatis, vel iniquitas Iudicum, qui iudicarunt, per ea, quę habentur in *clemen. appellanti, de appell.* in tantum quòd fuit aliàs dubitatum, nunquid in iudicio reuisionis possit extendi dictio, & c. † posita in protestato processu, quæ nondum fuerat coram prioribus Iudicibus extensa, & virtualiter cōtinet ea, quę de stilo Notarij comprehendendi possunt, iuxta ea, quę ponit *Isou* post alios in *l. Gallus, §. quidam rectè* vbi idem etiam dicitur de iuramento, *ff. de lib. & posthum.*

Fuit etiam dubitatum, nunquid in iudicio reuisionis peti possit authenticatio † alicuius scripturę, quę non fuit authenticata, nec eius authenticatio petita coram prioribus Iudicibus, qui iudicarunt, & dicendum est, quòd peti potest, quia per authenticationem † scripturarum non dicitur aliquid de nouo addi, sed additum confirmari, & ideò etiam post conclusum in causa in iudicio principali peti potest, vt voluit *Bal. in c. 1. in 1. col. de fid. instrum. Deci. in cons. 467. num. 15.*

Tertiò aduertendum est, quòd beneficium reuisionis sententię latę in causa feudali semel tantum conceditur vtriq; parti † pro quolibet, & non vltra, *d. l. si quis aduersus, C. de preci. impe. offe.* & inde nullum aliud datur remedium, sed sententia transit in rem iudicatam absque aliquo remedio retractationis eiusdem, & qualiter inter se differant, & conueniāt appellatio, & reuisio, vide latius quę ponit *Do. Matth. de Aff. in præludijs Consti. Regni 10. q. & Iaso. in l. si quis aduersus C. de preci. impe. offe.*

A D D I T I O.

A *Intellige tamen.*] Vide *Dec. in cap. reprehensibilis, n. 9. & 10. de appell.* vbi vult, quòd si Iudex appellationis condemnat, vel absoluit ab expensis, intelligitur de expensis vtriusque iudicij, allegat *Fulgos. in cons. 158.* vbi vide, nam meo iudicio videtur determinare totum contrarium. Et in materia huius quæstionis vide *Cumi. super Rit. c. 33. & c. 44. nu. 10. & c. 43. nu. 26. & 28.*

B *Primò aduertendum.*] Vide *Gram. de cif. 13. Vrsill. ad accif. Aff. 78. Loffred. cons. 14. nu. 72.*

Mastrillus.

SVM-

S V M M A R I V M.

1. *Sententia, quæ transiit in rem iudicatam qualiter mandetur executioni.*
2. *Sententia, quæ transiit in rem iudicatam habet executionem paratam de iure communi.*
3. *Sententia si mandatur executioni, an debeat pars citari.*
4. *Executio sententiæ in bonis feudalibus an, & quando fiat.*
5. *Decretum secundum habet vim sententiæ diffinitiuæ.*

A R G V M E N T V M.

Sententia, quæ transiit in rem iudicatam qualiter mandetur executioni in causa feudali.

Q V A E S T I O LIII.

- Q**uinquagesimo tertio quæro, qualiter mandetur executioni sententia lata in causa feudali, quæ transiit in rem iudicatam. † Respondeo, quod hanc quæstionem ponit *Iacobin. de Sæcto Georg. in tractat. suo de feud. in ver. & dicti uasalli pro dictis rebus feudalibus, in ult. col. uers. uerum quia lata sententia, & ego post eum dico sic, nam certum est, quod sententia, † quæ transiit in rem iudicatam habet paratam executionem de iure communi, ut declarat *Bar. in l. 2. ff. de iur. iur.* quæ executio fuit hodiè in hoc Regno restricta per *Ritum Regni*, ut procedat infra annum tantum à die, quo sententia transiit in rem iudicatam, aliàs agi debet actione in factum per viam cedulæ condemnatoriæ, prout dicitur in eodem *Ritu, in tit. de modo procedendi per viam cedulæ*, vnde distinguo sic, quod aut actum fuit actione reali super feudo, & tunc sententia mandatur executioni super illomet feudo, de quo fuit litigatum, & licet hoc casu de iure communi debeat citari † pars, quæ succubuit in causa feudali, antequam fiat executio, ut voluit *Bar. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud. Bal. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. & Camp. in cap. ex ratione, de appell.* tamen hodiè in hoc Regno ex forma *Ritus* executio rei iudicatæ † infra annum * sic-*

ri potest, etiam parte non citata, quia, **A** in ordinatiuis huius iudicij executioni seruamus statuta, & consuetudines loci, vbi tale iudicium executionum agitatur, l. 3. §. si. cum glo. ff. de testi. glo. in cap. illud 1. 2. distinct. cū similibus, sed hæc citatio respicit ordinem iudicij, *clemen. sepè, de verb. signific.* ponit *Bar. in l. cū lite mortua, ff. iudi. sol. ergo, &c.* & sic statim lata sententia per *Consistorum Sacre Conscientiæ* super feudo, quæ transiit in rem iudicatam fiunt incontinenti literæ executionales dictæ sententiæ in forma, per quas destinatur *Commisarius* ad capiendam possessionem feudi pro eo, qui obtinuit in causa, & ita factum fuit in causa *Baroniæ Gagliani*, & in causa *Baroniæ Gibillinæ*, aliquando tamen is, qui succubuit in causa, nè patiatur expensas executionis, consuevit offerre *Iudicibus*; qui iudicarunt in causa per eius supplicationem vacuam, & expeditam possessionem feudi, & constituere se nomine obtinentis præcario possidere feudum, de quo agitur, donec realiter de per se capiat sibi possessionem feudi, & tunc ad cautelam concedi consuevit obtinenti sententiam brachium associatorium ad capiendam possessionem prædictam, iuxta ea, quæ ponit *Bar. & Salic. in l. creditoribus* vbi scripsi *C. de pignor.* & ita seruatum fuit in causa *Baroniæ Roccellæ*.

Si verò fuerit actum actione personali contra feudatarium ad certam summam pro onere feudi, & victor causauefit executionem virtute rei iudicatæ infra annum contra feudatarium in bonis eius allodialibus pro ea summa, pro qua fuit condemnatus, & tunc plena executione per interpositionem primi decreti iuxta formam *Ritus* poterit feudatarius succumbens opponere se infra quindenam, & deducere exceptiones modificatiuas, quæ non impugnant sententiam, iuxta ea, quæ ponit *Iason in l. 1. Cod. de iur. & fact. igno.* & proceditur in causa oppositoria, in qua si fuerit condemnatus, quod executio procedat, tunc seruatis alijs debitis sollempnitatibus, quæ requiruntur iuxta formam, *Ritus*, procedi potest ad secundum decretum in bonis allodialibus, secundum ordinem datum in *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* & in subsidium illis existentibus non soluendo pro ea sententia, pro qua non sufficiunt, interponi poterit secundum decretum super feudo, seu fructibus feudi, ita voluit *And. de Iser. in c. 1. §. quid*

ergo, in 2. col. de inuesti. de re alie. fact. & in Constitu. Si quis post litem, in tit. de poena consummacia in civil lib. 1. & utrobique allegat in argumentum tex. in l. commodis pecuniarum ff. de re iud. & in l. stipendia, C. de exequ. rei iud. vt ibi per eum.

Aduertendum tamen est in præmissis, quod aut hoc secundum decretum interpositum fuit super feudo in subsidium pro eo debito, pro quo feudum potuit obligari, vt per fideiusionem domini, pro seruitio militari, pro soluenda dote de paragio, vel uita, & militia. aut pro restitutione dotis, & similibus, * & tunc ius creditoris super feudo durabit perpetuo, non solum in præiudicium successorum in feudo, & etiam in præiudicium Regiæ Curia, si feudum domino aperiatur, si uero fuit interpositum hoc secundum decretum super feudo in subsidium pro eo debito, pro quo de sui natura feudum non potuit obligari, repugnante forma concessionis feudi, & tunc durabit ius creditoris super feudo durante vita feudatarij tantum, quo fuit condemnatus, & non ultra, quia resolutio iure feudatarij datoris resoluatur ius creditoris acceptoris, vt voluit *glo. in l. lex uel ligali fundo ff. de pignor. & in c. 1. s. rursus, de controuer. inuesti. & ita dixit And. de Iser. in d. c. 1. s. quid ergo, & in d. Constitu. Si quis post litem, sequitur Iacobin. de Sancto Georg. in d. tract. in loco præallegato, de quo uide que latius scripsi in alio tract. meo de concess. feudi, in 1. 5. q. octaua partis principalis.*

Secundo aduertendū est, quod quando fieret missio in possessionem in bonis feudalibus ad instantiam creditoris, cui feudatarius est obligatus, non fit missio ex secundo decreto in substantia, seu corpore feudi, nec ius, aut uile dominium feudi capitur, sed solum commoditas, hoc est fructus, redditus, & prouentus ipsius feudi, ita notat Barto. in l. si finita, s. si de uel ligalibus, ff. de damn. infect. Bal. in auth. ei, qui iurat, in 7. col. C. de bonis auctor. in possi. quos sequitur idē Iacobin. in loco præallegato, de quo uide D. Matth. de Aff. decis. 26. incip. fuit dubitatum, & decis. 249. vers. præterea,

Tertio aduertendum est, quod licet interpositio primi decreti, & alia sollempnitates requisitæ fieri possint per Commissarium destinatum loco Magnæ Curia super bonis feudalibus, ipsa tamen interpositio secundi decreti non potest fieri in feudalibus in subsidium, nisi per ipsam M. R. C. & in die regiminis M. R. C. & sub da-

ta eiusdem diei regiminis prædicti, & per omnes quatuor Iudices M. C. debet apponi manus * in tali secundo decreto bonorum feudalium, ex quo habet vim sententiæ † diffinitiuæ, vt declarat Felin. post alios in Rubrica de re iudicata, in quo Iudices M. R. C. non habent iurisdictionem in solidum, per *tex. in Consti. Statuimus*, prout latius scripsi supra in 7. *quest. versic. 2. restringitur*, & propterea in fine commissionis directæ Commissario super interpositione primi decreti, & alijs sollempnitatibus obseruandis solet apponi clausula, *reseruata nobis interpositione secundi decreti*, ne alias in futurum tale secundum decretum interpositum per Commissarium ex defectu iurisdictionis declaretur nullum, iuxta ea, quæ habentur per *glo. & Doct. in clemen. 1. de sequstratione poss. & fruct.* ubi scripsi concordantes.

A D D I T I O.

- A *Annus.* [Cum super Rit. c. 19. nu. 103. cum seq.]
 B *Similibus*] Immo & pro patrocinio præstito tradit Ioan. Vinc. de Anna sing. 203. qui allegat Authorem nostrum in alio suo tract. de concess. feud. quem citò Deo dante Typis dabimus, in par. 2. *quest. 10.*
 C *Manus.*] Vide que dixi supra in *libra C. quest. 7.* & adde *Octau. Corsett. alleg. 52. vol. 3. per totam*, quam ad pennam uidi Mastrillus.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Restitutio in integrum nunquid competat in causa feudali aduersus sententiam latam per M. R. C. uel Consistorium S. R. Conscientia.*
- 2 *Restitutio in integrum non datur, nisi personis restituibilibus.*
- 3 *Restitutio in integrum an possit ultra se, uel concedi, & sic pluries.*

A R G V M E N T V M.

Restitutio in integrum an competat aduersus sententiam latam per M. R. C. uel per Consistorium S. R. Conscientiæ.

QVAE-

QVÆSTIO LIV.

Quinquagesimoquarto quæro, nunquid aduersus sententiam latam per M.R.C. vel per Consistoriū S.R. Consciētīę in causis feudalibus competat remediū † restitutionis in integrū. Respondeo, remediū **A** extraordinarium * non datur nisi personis restituibilibus † ex capite læsionis, **B** * & causa iusta subsistente, vnā cū priuilegio personæ restituendæ, *l. nam & postea, §. si minor, ff. iur. iur. nec impedit* **C** exequutionem sententię, * vt voluit *Ias. in autb. qua supplicatio, vbi scripsi cōcordantes, de preci. impera. offer. & ponunt Doct. in l. 1. C. de in integ. resti. post. nē quid eo fiat.* Personę autem restituibiles ex forma Ritus huius Regni in *tit. de mod. proceden. in caus. ordi.* sunt mulieres, pupillus, & Fiscus, & in *tit. de mod. proceden. in summarijs* additur Ecclesia, quo casu distinguendum erit inter sententias diffinitiuas, & interlocutorias, quia si restitutio in integrum petitur per personam restituibilem aduersus sententiam diffinitiuam latam in causa feudali, tam per M. R. C. quā per Consistoriū S. R. Consc. & tunc subdividitur, si talis persona restituibilis in processu litium, seu iudiciorum beneficiis restitutionum à legibus indultarum potita fuit, huiusmodi restitutio in integrum aduersus diffinitiuas sententias omnibus quantumcunque personis restituibilibus penitus denegatur, si verò in processu prædicto talibus beneficiis restitutionum potita non fuit, eo casu beneficium restitutionis in integrum petere potest, itā formaliter disponit *Constitutio Regis Petri*, * quę incipit *Cum propter congruitatem*, & sic per *d. Constitut. corrigitur id, quod voluit And. de Iser. in 2. col. ver. quid si restitutus esset minor, vbi tenuit cōtrarium, quòd immò pluries aduersus sententiam diffinitiuam restitui potest, licet aliās pendente iudicio ad pinguius probandum fuisset restitutus, dum tamen non circa idem restitueretur, per tex. in l. 1. §. si sapi. in integ. resti. nisi fuisset expressè denegata, vt ibi per eum. Si verò petatur in integrum restitutio aduersus interlocutoriam datam tam per M. R. C. quā per Consistoriū S. R. Consc. & tunc cōpetit iuxta dispositionē iuris communis, concurrentibus, & verificatis extremis, vt in *tit. ff. C. de in integ. restitut.* Quæ autem dicantur beneficia restitutoria, à legibus indulta,*

ponit *Iser. in d. Consi. Obscuritatem, in tit. de restit. mulie. lib. 2. vbi dicit, quòd in processu iudicij bis tantum conceditur restitutio personis restituibilibus, vt ibi per eum, & primus terminus restitutionis dicitur terminus ex causa primę restitutionis, sed iste terminus in causis allodialibus est dierum sex, vt dicit *Rit. in tit. de mod. proce. in caus. ordina.* in causis feudalibus erit duplicatus dierum, duodecim, & sic etiam ex indè dabitur terminus ex causa, secunde scilicet restitutionis, & erit pariformiter dierum, duodecim in causa feudali, prout latius scripsi supra in 16. q.*

A D D I T I O.

- A** *Extraordinarium.*] Sed quid si competat remediū ordinariū, putā appellatio, vel reuicō, an possit petere restitutionem in integrum, dic quòd sic, quia licet restitutio in integrum sit remediū extraordinarium, quia tamen pinguius prouidet, quā appellatio, concurrat cum remedio ordinario appellationis, *glo. & Doct. in l. fin. C. si aduer. re. iudic. plenissimè Sfor. omninò videndus de restit. in integ. questio. 17. artic. 9. nume. 8 2. cum sequen. & questio. 7 2. artic. 1. nume. 7. quidquid dicat Non. in cons. 37. num. 7.*
- B** *Læsionis.*] Et qualiter probetur, & an requiratur causę cognitio, vide *Boss. qui restatur de communi in tit. si aduer. re. iudi. num. 4. Sfor. Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 34. artic. 5. 6. & 7. & questione 36. art. 10. nu. 73. vbi dicit, quòd requiritur plena probatio læsionis, & communem esse refert ex multis, quos ibi allegat, *Rebuff. de rest. in integ. art. 1. gl. 3. nu. 15. & Minsyng. Centu. 4. obser. 21. Pedem. decis. 158. nu. 9. cum seq.**
- C** *Sententię.*] Vide plenè *Sfor. vbi sup. q. 43. artic. 1. per totum*, vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, & inter aliās in *num. 26.* dicit, non procedere in Regno Neapolitano, quando petitur restitutio in integrum aduersus decretum affirmatiuum habens exequutionem paratam, secundum *Rit. Mag. C. Vicaria, & ex Pragm. Regis Ferdinandi primi, & allegat Affil. itā limitantem in decis. 357. sed Ipse tenet contrarium per rationes per eum ibi deductas.*
- D** *Regis Petri*] Nota, quòd hoc Capitulum in Regno hodiè non est in vsu, vt ait

Franciscus de Neapoli ibidem, & contra illud sæpius iudicatum fuit, & noniffimè hoc anno in causa Illu str. Donnę Franciscę Lercaro, & de Amescosa contra Don-

nam Mariam Corbera, in quorum processu multę alię similes fuerunt deductę interloquutorię.

Mastrillus.

F I N I S!



INDEX RERVM OMNIVM,

ET MATERIARVM

Quæ in hoc opere continentur locupletissimus.

A



- Actio* denotat separationem. q. 17. num. 24. fol. 91.
- Acta* si sunt presentata in iudicio presenti, poterit Iudex dare terminum, ut ea presentet, aliàs deleantur capitula protestatoria, vel quòd priuetur commodo talium protestatorum. q. 28. nu. 3. 109.
- Acta* solent presentari in partibus pro se facientibus tantum, & nõ contra se, n. 7. ibid.
- Acta* presentata in iudicio non probant, nisi detur terminus ad reprobandum contra ea. q. 31. nu. 3. 115.
- Actio* personalis sequitur personam, & non fundum. q. 38. nu. 6. 66.
- Actio* non datur contra tertium possessorem pro vita, & militia præterita, litera E. 5.
- Actus* perfectio perficitur ex duobus necessarijs, scilicet voluntate, & potestate. q. 6. n. 5. 24.
- Actus*, qui fiunt in iudicio, & termini non requirunt citationem. q. 16. nu. 13. 88.
- Aduersarij* appellatione venit etiam tertius pro suo interesse, q. 17. nu. 17. 91.
- Advocatus* dum loquitur in iudicio M.C. debet stare, & non sedere. q. 16. nu. 11. 88.
- Aetas* considerari debet in paritate viri, & uxoris. q. 30. nu. 10. 54.
- Aetas* perfecta de iure Constitutionum Regni est restricta ad annos decem, & octo. q. 31. num. 4. 55.
- Aequalitas* seruari debet in iudicijs. q. 10. nu. 10. 81.
- Agere*, & excipere, & officium Iudicis implorare potest quis simul, & semel in vno iudicio, q. 13. num. 3. fol. 85.
- Alienatio* fructuum feudi pro vita, & militia dicitur alienatio necessaria. q. 10. nu. 5. 14.
- Alimenta* cum vita finiuntur, q. 10. n. 4. fol. 14.
- Alimenta* debentur filio exheredato. q. 17. n. 3. 33.
- Alimenta* debita sorori, donec perueniat ad nubilem etatem, qualiter taxantur, litera B. q. 5. 45.
- Appellabilis* an sit causa spoliij tentata in Curia Ecclesiastica, vide in lit. Causa.
- Appellatio* non fit, quando est lata sententia in causa cadulae condemnatoria, vel instantia. q. 20. num. 3. fol. 102.
- Appellatio* ita demum est communis, si pars utatur illa. q. 30. num. 12. fol. 114.
- Appellatio* an, & quando admittatur à sententia lata in causa feudali, Balzar. de feud. in titu. quo temp. mil. nu. 16. cum seq. fol. 111. q. 45. num. 1. 126.
- Appellatio* est defensio iuris, & semper admittenda iu dubio, nu. 2. ibid.
- Appellari* non potest à sententia lata super possessorio in causa feudali, nu. 3. ibidem
- Appellatio* an, & quando admittatur tam in M.C. quam in Consistorio, nu. 4. ibidem
- Appellatio* à sententia diffinitiuu lata in causa feudali ad quæ deferri debet. q. 46. n. 1. 127.
- Appellatio* in materia feudali non potest deuolui ad superiorem omisso medio. nu. 2. ibidem
- Appellari* potest de iure communi ad Papam omisso medio. nu. 3. ibid.
- Appellari* non potest à sententia Præfetti pratorio. nu. 8. 128.
- Appellationis* causa est eiusdem natura sicut principalis, nu. 13. ibidem
- Appellationis* in iudicio quæ sint fatalia in causis feudalibus. q. 47. num. 1. 129.
- Balzar. de feu. in tit. quo temp. mile. in ues. nu. 16. cum seq. fol. 111.
- Appellationis* processus infra quæ tempora introduci debeat ad Iudicem appellationis. nu. 2. ibidem
- Appellationum* causa semel introducta non transferunt amplius in hermodiciu. n. 3. ibid.
- Appellatio* an admittatur ab interloquutorijs latis in M.R.C. in causis feudalibus. q. 48. nu. 2. 130.
- Appellationis* remedio denegato, nunquam intelligitur denegatum remedium nullitatis, & reuisionis, nu. 3. 131.
- Appellatio* ubi interponitur à sententijs, in quibus de iure non appellatur, talis appellatio nõ suspendit executionem. q. 49. n. 4. 131.
- Appellatio* quando, & quare nõ admittitur in interloquutorijs latis per Consistorium S. R. Conscientie. q. 51. nu. 3. 134.
- Appellatio* ubi non admittitur an competat reclamatio, vel reuissio. litera B. 129.
- Appellationis* tempus currit de momento ad momentum, & qualiter. q. 17. nu. 23. 91.
- Attestationes* sūt de actis M.C. quadiu sunt penes Commissariu illas recipiētē. q. 27. n. 6. 108
- Attestationes* postquam veniunt non presentantur, sed infilzantur cum alijs actis eiusdem processus. num. 7. ibidem
- Attestationes* si venerint post conclusum in causa

I N D E X

- sa non rescindunt conclusionem. n. 8. ibidem*
*Attestationibus aduenientibus an detur terminus ad reprobandum, & dum capiuntur an, & quando impediatur processus ad ulterio-
 ra, nu. 9. ibidem*
*Authenticatio actorum an possit fieri post con-
 clusum in causa. q. 28. n. 5. 109.*
*Authenticatio qualiter sit faciēda de actiū prae-
 sentatis in Curia. q. 28. n. 6. ibid.*
*Authenticatio actorum non addit aliquid de
 nouo. q. 52. n. 14. 136.*
*Authoris distinctio in taxanda dote de paragio
 q. 32. num. 2. 56.*
Authoris pulchra distinctio. q. 34. n. 2. 59.
*Authoris distinctio quo iure agatur ad peten-
 dum dotem de paragio. q. 38. n. 7. 66.*
- B**
- Baro potest petere adiutorium pro filia mo-
 nachanda. q. 13. n. 5. fol. 30. & addit. 69.*
*Baro in quibus casibus possit petere adiutorium
 à suis vassallis, & remissiuē. q. 4. n. 2. 21.*
*Barones grauati oneribus feudi sine eorū cul-
 pa possunt sibi taxari facere placitum super
 feudo, ne teneantur vltra quàm facere pos-
 sunt. q. 1. n. 16. 2.*
*Baroni possidenti Baroniam grauatam mole-
 ris alieni consuevit taxari placitum loco
 alimentorum. q. 5. n. 8. 23.*
*Beneficium non potest renunciari nisi in mani-
 bus Superioris. q. 36. n. 3. 116.*
*Bimestre tempus in spolio quando currat. q. 17.
 num. 22. 91.*
- C**
- Cap. Si aliquem Regis Iacobi fuit ante eū
 Papa Honorij. q. 19. n. 4. 34.*
*Cap. Si aliquem Regni locum habet etiam in
 feudo nouo. q. 21. n. 4. fol. 37.*
*Cap. Volentes non habet locum forma repu-
 gnante. q. 18. n. 12. 98.*
*Cap. Regni de continuanda possessione duo co-
 pulatiue requirit, q. 18. n. 17. 99.*
*Cap. Regni de continua. possessione an, & quā-
 do verificetur in primo herede iuris vocato
 ab initio concessionis. q. 18. n. 23. 100.*
*Capitula Regni in dubio debent intelligi in
 fauorem Regni. q. 42. n. 2. fol. 123.*
*Cap. Regis Petri 7. in Regno non est in vsu. li-
 tera D. 139.*
*Castrum Ciuitatis, vel Villa si petatur, qua-
 actione agendum sit. q. 12. n. 5. 84.*
*Causa dotis de paragio an dicatur feudalis, q.
 37. num. 1. 64.*
Et q. 3. n. 1. 71.
*Causa dotis de paragio, & vita, & militia po-
 test compromitti, & quando. q. 7. n. 24. 76.*
*Causa feudalis si est tentata per pupillos, vi-
 duas, vel Ecclesias, an in ea procedi debeat
 ordinariē, vel summariē, & an sit appella-*
- bilis, vel non. q. 10. n. 3. 80.*
*Causa feudalis agitari debet coram domino
 feudi, q. 37. n. 3. 64.*
*Causa ordinaria de sui natura est appellabilis,
 q. 10. num. 1. 79.*
*Causa petitionis feudi virtute pacti de retro-
 uendendo an dicatur feudalis, q. 4. n. 1. 71.*
*Causa petitionis rei particularis feudi an sit
 feudalis. q. 5. n. 1. 72.*
*Causa fructuum feudi an dicatur feudalis, li-
 tera A. ibid.*
*Causa, qua quoquo modo tangit feudum dici-
 tur feudalis. q. 5. n. 2. ibid.*
*Causa non amouetur à Iudicibus, licet interlo-
 quutoria illius causę per Superiorem fuerit
 correctā. q. 48. n. 4. 131.*
*Causa restitutionis possessionis feudi an dica-
 tur causa feudalis. q. 2. n. 1. 71.*
*Causa summaria de sui natura non est appel-
 labilis. q. 10. n. 2. 80.*
*Causa spoliij tentata in Curia Ecclesiastica an
 sit appellabilis. lit. E. fol. 94.*
*Causa spoliij in Regno non transmittitur via
 recognoscendi ad S. R. C. lit. A. 120.*
*Et idem in causa pacti de retrouendendo.
 ibidem.*
*Causa vite, & militia an dicatur causa feuda-
 lis. q. 8. n. 1. 12.*
Et litera A. ibidem.
*Causę possessoria omnes sunt summaria. q. 9.
 num. 6. 79.*
*Causę continentia non debet diuidi. quest. 17.
 num. 4. 90.*
*Causę Sicularum an, & quando extrahantur
 à Regno, & quo remedio. q. 39. n. 2. 118.*
*Cedens liti mota an, & quando intelligatur
 renunciare instanti, iuri, & causę. q. 36.
 num. 2. 116.*
*Cedens liti an, & quando teneatur ad expen-
 sas. n. 8. 117.*
*Cedula iniunctoria, quod agat, & purificatoria
 in causis feudalibus debet expediri per om-
 nes quatuor Iudices M. R. C. q. 9. n. 7. 79.*
*Cedula iniunctoria, quod agat, terminus in
 causis feudalibus debet duplicari. q. 9. nu. 3.
 ibidem.*
*Cedula condemnatorię petitio qualiter fiat, &
 qualiter in ea procedatur. q. 20. n. 2. 102.*
*Census an possit constitui super feudo pro in-
 tronsuris decursis, seu fructibus retardata
 solutionis dotis de paragio. lit. A. 63.*
*Cessio litis facta per defunctum an noceat suc-
 cessori. q. 36. n. 6. 116.*
*Citatio qualiter sit faciēda in causis feudali-
 bus, & quanto tempore duret. q. 11. n. 1. 82.*
*Citatio vna pro tribus peremptoriē an possit
 fieri. n. 4. ibidem.*
*Citatio partis requiritur coram successore in
 officio*

M A T E R I A R V M

- officio mortuo, vel mutato eius predecessore. q. 41. n. 3. 122.
- Citationis substantialia quæ nam sint. qu. 11. num. 3. 82.
- Citationum literarum triplex datur vita antequàm circumducantur, nu. 5. ibidem
- Clausula petens quid importet. q. 12. n. 7. 84.
- Clausula, omni meliori modo quid importet. nu. 8. ibidem
- Clausula, declarari debere non obflare aliquam exceptionem impediendam litis ingressum quid operetur, q. 13. nu. 2. 85.
- Clerici non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine licentia Superioris. q. 7. nu. 19. 75.
- Clericus succedit in feudo franco, & libero. q. 22. nu. 5. 38.
- Clericus, & monachus est capax alimentorum. n. 7. ibid.
- Clerico, vel monacho debetur vita, & militia. nu. 6. ibid.
- Et litera E. 8.
- Comes, vel Baro an pro sorore, amita, vel nepote maritanda possit petere adiutorium à vassallis. q. 40. nu. 1. fol. 69.
- Compromitti an possit causa vita, & militia, litera A. 13.
- Et quid in causa feudali litera B. fol. 73.
- Conclusio in causa, & sententia æquiparantur in pluribus. q. 43. num. 9. fol. 124.
- Conclusionem quis actus faciat, ubi expressè non concluditur in causa, q. 21. n. 3. 103.
- Confessio dotis facta à viro, qui duxit in uxorem aliquam respectu nobilitatis valet, q. 30. nu. 6. 53.
- Consensus patris an requiratur in matrimonio contrahendo, litera A. fol. 32.
- Consistoriū in hoc Regno est officii superius M. R. C. & magis præminēs. q. 46. n. 6. fo. 128.
- Consistorium representat Consistorium Principis, & fuit subrogatum in locum Præfecti prætorio. nu. 7. ibid.
- Consistorium conferebatur vni Dكتور tantum ad vitam, & Messanensi. nu. 9. ibidem
- Consistorij Iudices quot esse debeant in causa feudali. nu. 10. ibidem
- Consistorij Iudices dicuntur Iudices ordinarij. nu. 11. ibidem
- Consistorium in Regno est præminens Magistratus, & habetur loco Iudicis appellationis, & est subrogatum in locum Præfecti prætorio. q. 49. nu. 2. 131.
- Consistorium dicitur esse Principis conscientia. nu. 3. ibidem
- Constitu. In aliquibus est odiosa. q. 25. n. 9. 44.
- Constit. In aliquibus loquitur in feudalibus, non in allodialibus. q. 28. nu. 3. 48.
- Constit. Regni, quæ loquitur generaliter, & indistinctè, generaliter, & indistinctè debet intelligi. q. 7. nu. 16. 75.
- Consuetudo Regionis attendi debet. q. 19. n. 2. 34.
- Consuetudo Regionis qualiter attendi debeat in taxanda dote de paragio. q. 31. n. 1. 54.
- Consuetudo cuiuslibet Prouinciæ ubi iudicium agitur quantum ad citationes, & lites seruanda est. q. 11. nu. 2. 82.
- Consuetudo seruanda est in respicientibus ordinem iudiciorum ubi agitur. q. 27. n. 4. 107.
- Contrarium imperium an admittatur in causa spoly, litera D. 94.
- Contumacia actoris maior est, quàm rei. q. 11. nu. 9. 83.
- Creditori remanet ius saluum in credito suo, quamuis hæres substitutus à suo debitore recuset adire. q. 5. nu. 4. 23.

D

- Decretum secundum habet vim sententiæ diffinitivæ. q. 7. nu. 20. 76.
- Decretum secundum in causis feudalibus debet subsignari per omnes quatuor Iudices. q. 7. num. 21. ibid.
- Decretum secundum habet vim sententiæ diffinitivæ. q. 53. num. 5. 138.
- Deiectio possessoris in spolio qualiter probetur, q. 17. num. 35. 93.
- Determinatio vna respiciens plura determinabilia, debet æqualitèr determinari, q. 25. nu. 8. 43.
- Dictio loco postea exponitur. i. loco qualis qualis petitionis. q. 9. nu. 5. 79.
- Dictio, loco postea, quid importet. q. 21. n. 5. 104.
- Dignitas viri, & uxoris consideratur, & qualiter. q. 30. nu. 3. 52.
- Dilationis causa cessante cessat dilatio, qu. 11. nu. 7. 83.
- Dominus feudi dicitur Iudex ordinarius non delegatus, vti datus à legè. q. 7. nu. 12. 75.
- Dominus an possit petere adiutorium à vassallis pro vita, & militia debita fratri, litera A. f. 5. & litera B. 14.
- Dominium non transfertur ex actu nullo, & quando. q. 13. nu. 8. 98.
- Dominium vtile feudi qualiter probetur in personam agentis in iudicio rei vendicatorio. q. 24. nu. 1. 106.
- Donatio facta per sponsum senem uxori adolescentulæ valet. q. 30. nu. 11. 54.
- Dos de paragio debetur sorori per primogenitum ratione exclusionis. q. 1. nu. 14. 2.
- Dotis de paragio dispositio facta per patrem filia in plus, vel minus quàm sibi de iure debetur quando valeat. q. 18. nu. 3. 96.
- Dos de paragio an possit esse minus legitima, litera A. 119.
- Dos sororis nuptæ non potest excedere legitimam, litera A. 26.

Dos

I N D E X

- Dos de paragio an debeatur super feudo ex pacto, & providentia, litera A.* 35.
Et an super feudo hereditario. ibidem.
Et an super feudo refutato. ibidem
Et an super feudo plano, & de tabula. ibidē
- Dos si fuerit legata filie an possit peti antequam sit nubilis aetatis, litera C.* 45.
- Dos de paragio in eo, quod excedit legitimā an possit gravari onere fideicommissi, litera A.* 61.
- Dos de paragio succedit loco legitime, q. 2. n. 7. 3*
- Dos de paragio an equiparetur vitæ, & militia. q. 2. num. 11.* 4.
- Dos de paragio debetur tempore mortis patris, q. 6. num. 2.* 10.
- Dos de paragio, & vita, & militia an inter se differant, q. 11. num. 1.* 15.
- Dos de paragio est onus feudi, sed vita, & militia onus fructuum feudi. q. 11. n. 3.* ibidem
- Dos de paragio debetur in pecunia numerata, sed vita, & militia debetur super fructibus feudi manu propria ipsius fratris primogeniti soluendis. q. 11. num. 5.* ibidem
- Dos de paragio in sorore maritanda potest ascendere ad totam tertiam portionem sibi competētē, secus in vita, et militia. q. 11. n. 6.* ibid.
- Dos de paragio quare dicatur, & propter quid sit introducta, q. 1. nu. 1.* 16.
- Dos de paragio an succedat loco legitima. q. 2. num. 1.* 18.
- Dos de paragio non debet taxari minus quam sit legitima, aliàs agitur ad supplementum, remissive q. 2. num. 5.* ibidem
- Dotis de paragio petitio transmittitur ad heredes, remissive q. 2. nu. 6.* ibidem
- Dos de paragio debetur absque aliquo onere, vel gravamine. & remissive. q. 2. n. 7.* 19.
- Dos de paragio debetur deducto are alieno. q. 2. num. 8.* ibidem
- Dos de paragio relicta à patre debetur pure, & incontinenti absque eo, quod filia nubat, q. 2. num. 9.* ibidem
- Dos de paragio relicta à patre differt à legato dotis, q. 2. nu. 10.* ibidem
- Dos de paragio petitur conditione ex lege, scilicet Constit. In aliquibus, & remissive q. 2. n. 12.* ibidem.
- Dos de paragio an sit onus feudi, q. 3. nu. 1.* 20.
- Dos de paragio dicitur as alienum, & ut as alienum à feudo deducitur, q. 3. nu. 4.* ibidem
- Dos de paragio quibus personis debeatur, q. 4. num. 1.* 21.
- Dos de paragio an debeatur primogenitæ, quæ succedit in feudo non subsistente masculino, q. 5. num. 1.* 23.
- Dos de paragio debetur primogenitæ non succedenti in feudo propter onera, q. 5. n. 5.* ibid.
- Dos de paragio an debeatur sorori, si masculus superexistens in eodem gradu non succedat in feudo, q. 6. nu. 1.* 24.
- Dos de paragio non debetur filie primogenitæ, q. 6. num. 2.* ibidem
- Dos de paragio an debeatur sorori ex altero parente tantum, q. 7. num. 1.* 25.
- Dos de paragio an debeatur sorori spurie, vel naturali, quæst. 8. nu. 1.* ibidem
- Dos de paragio an debeatur sorori nuptæ sine dote, q. 9. nu. 1.* ibidem
- Dos succedit loco alimentorum, q. 9. n. 2.* ibidem
- Dos de paragio succedit loco legitime, & qualiter debetur, q. 9. nu. 4.* 26.
- Dos de paragio debetur sorori, etiam quod non nubat, q. 9. nu. 5.* ibidem
- Dotem de paragio petendi ius an sit transmissibile, vel cessibile, q. 9. nu. 6.* ibidem
- Dos de paragio mulieri nuptæ qualiter taxari debeat, remissive, q. 9. nu. 7.* ibidem
- Dos de paragio an debeatur sorori, quæ maritata fuit, & dotata, & dotem perdidit, q. 10. num. 1.* 27.
- Dos de paragio an debeatur sorori, quæ tempore successionis reperitur vidua, q. 11. n. 1.* ibidē
- Dos de paragio an debeatur sorori maritata, et dotata aliunde, quam ab illo, qui eam exclusit, q. 12. nu. 1.* 28.
- Dos de paragio debetur in pecunia, & non in corpore feudi, q. 12. nu. 2.* ibidem
- Dos de paragio debetur super feudalibus facta prius discussione allodialium, q. 12. n. 3.* ibid.
- Dos de paragio an debeatur sorori, quæ fuit Monasterium ingressa, q. 13. nu. 1.* 30.
- Dos de paragio illis personis debetur pro quarum dote potest Baro à suis vasallis petere adiutorium, q. 13. nu. 4.* ibidem
- Dos de paragio est transmissibilis, & cessibilis q. 13. nu. 6.* ibidem
- Dos de paragio an debeatur sorori, quæ non vult nubere, nec Monasterium ingredi, q. 14. num. 1.* 31.
- Dos de paragio an debeatur filie Baronis, quæ nupsit contra voluntatē patris. q. 15. n. 1. 32.*
- Dos de paragio an debeatur filie Baronis, quæ peccavit in corpus suum, q. 16. n. 1.* 33.
- Dos de paragio an debeatur filie Baronis ex iusta causa exhæredata, q. 17. nu. 1.* ibidem
- Dos de paragio an debeatur sorori inhabili ad successionem feudi ex aliqua propria inhabilitate, quam ex prerogativa sexus, & primogenitura. q. 18. nu. 1.* ibidem
- Dos de paragio pro quibus bonis debetur, q. 19. num. 1.* 34.
- Dos de paragio an debeatur tam pro feudo paterno, quam materno. q. 20. nu. 1.* 35.
- Dos de paragio semper debetur super eo feudo, à cuius successione reperitur foemina exclusa. q. 20. nu. 2.* ibidem
- Dotem de paragio ut non consequatur filia super*

M A T E R I A R V M.

- super feudo materno quale sit consilium*, q. 20. nu. 6. 36.
- Dotis de paragio iuribus quando renunciare possit filia*, q. 20. nu. 7. *ibid.*
- Dos de paragio an debeatur tam pro feudo novo, quam antiquo*, q. 21. nu. 1. 37.
- Dos de paragio eatenus debetur, quatenus fuerit à primo acquiretore dispositum*, q. 21. n. 3. *ibid.*
- Dos de paragio an, & quando debeatur de feudo franco, seu ad francum allodium concessio*, q. 22. nu. 1. 38.
- Dos de paragio est onus feudi personale*, q. 22. nu. 4. *ibid.*
- Dos de paragio an debeatur tam pro feudo perueniente ex linea, & successione transuersalium, quam ex linea, & successione ascendentium*, q. 23. nu. 1. 39.
- Dos de paragio quare fuerit introducta*, q. 23. nu. 2. *ibid.*
- Dos de paragio an debeatur pro feudo, quod tempore mortis patris reperitur alienatum*, q. 24. nu. 1. 40.
- Dos de paragio an debeatur super iure lucendi*, q. 24. nu. 4. *ibid.*
- Dos de paragio taxatur respectu reddituum, non attento valore corporis feudi*, q. 24. n. 5. *ibid.*
- Dos de paragio quando taxatur an debeat deduci prius pretium, quo fuit recuperatum feudum alienatum*, q. 24. nu. 7. 41.
- Dos de paragio an, & quando censeatur loco legitima*, q. 24. nu. 8. *ibid.*
- Dos de paragio quo tempore debeatur filie Baronis post mortem patris à fratre primogenito*, q. 25. nu. 1. fol. 42.
- Dos de paragio debetur filie, et si non velit nubere, & transmittitur ad heredes*, q. 25. n. 3. 43.
- Dos de paragio non praestatur filie, nisi postquam peruenerit ad nubilem etatem, & interim habebit alimēta à fratre Barone*, q. 25. n. 4. *ibid.*
- Dotis supplementum filia post mortem patris petere non potest, si in vita fuit contenta cum iuramento dote data*, q. 25. nu. 13. 45.
- Dos de paragio cum taxatur, quantitas reddituum considerari debet tempore mortis patris*, q. 25. nu. 14. *ibid.*
- Dos de paragio an augeatur, si redditus post mortem patris accrescunt*, q. 25. nu. 15. *ibid.*
- Dos de paragio si est petita, & non data, an, & quando debeantur fructus interim percepti*, q. 26. nu. 1. 46.
- Dos de paragio debetur in pecunia, et pro ea fit executio discussis bonis allodialibus*, q. 26. nu. 2. *ibid.*
- Dos est quid uniuersale sicut hereditas*, q. 26. nu. 7. *ibid.*
- Dos non potest solui super fructibus*, q. 26. n. 9. *ibid.*
- Dote pro taxanda qua considerari debeant*, q. 27. nu. 1. 95.
- Dos de paragio taxatur deducto ere alieno*, q. 28. nu. 6. 99.
- Dos de paragio non augetur, neq; minuitur, si redditus feudi post mortem eius, à cuius successione excluditur creuerint, vel diminuti fuerint*, q. 28. nu. 9. 99.
- Dos de paragio an taxari debeat in pecunia numerata, mos Regionis attenditur*, q. 31. n. 5. 110.
- Dos, & intersurium dotis equiparantur*, q. 31. nu. 6. 110.
- Dos debita à statuto non debet compensari cum alio debito, vel legato*, q. 35. nu. 4. 123.
- Dos soluta filia deducitur tamquam es alienum in taxanda dote alteri filia*, q. 36. nu. 2. 125.
- Dos data à patre confertur cum alijs fratribus, & sororibus in successione*, q. 36. nu. 3. 125.
- Dos de paragio quo iure hodie in Regno taxatur*, questio. 38. nume. 8. 134.
- Dotare filiam an sit officium paternum, et quando maternum, & quid quando reperitur aliunde dotata*, q. 20. nu. 5. 36.
- Dotariū quando constituat, et quare*, q. 30. n. 8. 53.
- Dotata à patre an excludatur à successione matris*. lit. A. fol. 29.

E

- E** Xceptiones impediētes litis ingressum admittuntur in quolibet iudicio ordinario, q. 13. nu. 1. 85.
- Exceptiones dilatoriae, & peremptoriae an, & quando opponi possunt in causis feudalibus*, q. 29. num. 1. 110.
- Exceptio declinatoria fori opponi potest in causis feudalibus*, q. 29. nu. 2. *ibid.*
- Exceptio incompetentiæ in causis feudalibus opponi potest, & quoad quæ, q. 29. n. 3. *ibid.**
- Exceptio hostica an, & quando possit opponi in causis feudalibus*, q. 29. nu. 4. *ibid.*
- Exceptio prescriptionis feudi an, & quando opponi possit in causis feudalibus*, q. 29. n. 5. *ibid.*
- Exceptio prescriptionis vasallagij an, & quando possit opponi in causis feudalibus*, q. 29. nu. 6. *ibid.*
- Exceptio nouendij ratione lucus opponi potest in feudis*, q. 29. nume. 10. 111.
- Exceptio nouendij per quos allegari potest*, q. 29. nu. 12. *ibid.*
- Exceptio Hostica an possit renunciari, & an possit opponi post conclusum in causa, & quid in causa criminali*, litera B. *ibid.*
- Exequutores ad maritandam puellas possunt supplere usque ad condignam dotem, ut condenter maritari possint, prater id, quod dispositum fuerit per testatorem*, q. 30. n. 2. 52.
- Exequutio sententiæ alimentorum non suspenditur per appellationem*, q. 38. nu. 11. 65.
- Exequutio modo non potest procedi pro debita non liquido*, q. 17. n. 40. 93.
- Exequutio sententiæ in bonis feudalibus an, & quando fiat*, q. 53. nu. 4. 137.
- Exheredatus an succedat in feudo*, q. 17. n. 2. 33.

- F**
- F** *Acultates qualiter considerari debeant in taxanda dote de paragio, q. 28. nu. 1. 48.*
- Falsitatis causa pendente testium productorum in causa feudali, an debeat interim superferri in expeditione causa, q. 34. nu. 1. 116.*
- Fatalia de iure communi statuta ad appellandum observantur in causis feudilibus, Balzar. de feud. in titn. quo tempo. mil. inue. nu. 16. cum seq. fol. 11. & litera A. 130.*
- Femina de iure Constitutionum Regni postponitur omnibus masculis concurrentibus ad successionem feudi in eodē gradu, q. 2. n. 6. 3.*
- Femina de iure cōmuni est incapax, & exclusa à successione feudi, q. 1. nu. 4. 17.*
- Femina de iure Cōstitutionū Regni succedit in feudo, & exclusa habet paragiū, q. 1. n. 5. ibi.*
- Femina dicitur quasi hæres de dote sua, q. 2. num. 4. 18.*
- Feuda de iure cōmuni diuidua erant, q. 1. n. 5. 2.*
- Feuda de iure Constitutionum Regni sunt indiuidua, nu. 7. ibidem.*
- Feuda de iure Constitutionum Regni diminui, aut dismembrari non possunt, nu. 8. ibid.*
- Feuda de iure Sicularum indiuidua sunt ex testamento, & ab intestato, nu. 10. ibidem.*
- Feuda æquiparantur castrensibus, & militijs, q. 18. num. 21. 99.*
- Feuda indiuidua esse, fauor est publicus, q. 1. num. 17. 2.*
- Feudales causæ enumerantur inter causas ordinarias ex forma Ritus, q. 9. nu. 3. 78.*
- Feudales causæ dicuntur magna, & in eis non defertur iuramentum in supplementum probationis, nu. 4. ibid.*
- Feudales causæ sunt ordinariæ, & magnarum rerum, q. 10. nu. 6. 80.*
- Et q. 16. nu. 5. 88.*
- Feuda, officia, & beneficia non possunt sine auctoritate, superioris possideri, q. 17. n. 33. 92.*
- Feudales causæ per quæ iura deciduntur in Regno, Maran. in spe. p. 3. n. 90. & q. 38. n. 1. 117.*
- Feudalis causa quæ sit, q. 37. nu. 2. fol. 64. Et q. 1. nu. 1. 70.*
- Feudalis causa an dicatur, si vertitur quæstio de bonis mobilibus existentibus in feudo, q. 5. num. 4. 72.*
- Feudalis causa an sit, vel non sit, qui sint effectus, q. 6. nu. 1. 73.*
- Feudalis causa, quod agatur per alios Magistratus, quàm per Mag. R. C. Prorex non solet consentire, q. 7. nu. 22. 76.*
- Feudalis causæ processus si fuerit causa recognoscendi transmissis ad Sacrum Consilium, & aliter fuerit rotatum, quàm per M. R. C. sententia secundum quæ vota erit ferenda, Sacri Consilij, vel M. R. C. q. 40. nu. 1. 120.*
- Feudalis causa transmissa in primo iudicio cau-*
- sa recognoscendi, nūquid iterum trāsmissi debeat in iudicio appellationis, q. 42. n. 1. 123.*
- Feudalibus in causis vertentibus in Consistorio proceditur prout in M. R. C. q. 46. n. 12. 128.*
- Feudalium causarum ordo procedendi qualis sit in Regno, q. 9. nu. 1. fol. 78.*
- Feudaliū causarū iurisdictio non potest alijs committi, nec prorogari, quia est Magistri Iustitiarj, & M. R. C. in Regno, q. 27. n. 2. fol. 107.*
- Feudaliū causarū processus qualiter transmittatur ad Sacrū Regiū Cōsiliū, q. 39. n. 1. 118.*
- Feudalibus in causis cūm proceditur ordinariē, qualiter dentur termini, q. 16. nu. 1. 87.*
- Feudalibus in causis datur terminus mensis unius ad disputandum, q. 16. nu. 4. 88.*
- Feudalibus in causis terminus principalis mensis unius est communis, q. 16. nu. 7. ibid.*
- Feudalibus in causis omnes termini, publicationes, & conclusiones solent dari per Advocatum in iudicio M. C. pleno, & Iudicibus sedentibus pro Tribunali, q. 16. nu. 10. ibid.*
- Feudalibus in causis quādo proceditur per viā instatiē qualiter procedatur, q. 20. n. 1. 101.*
- Feudalibus in causis quando proceditur per visionem scripturarum qualiter procedatur, q. 21. nu. 1. 103.*
- Feudalibus in causis nō potest deferri iuramentū in supplementū probationis, q. 25. n. 3. 106.*
- Feudi onus perueniens ex causa dotis de paragio dicitur personale, & non transit in terrios possessores feudi, q. 3. nu. 5. 20.*
- Feudi mentio ubi fit ad fundandam intentionē, illa dicitur causa feudalis, q. 1. n. 2. 70.*
- Feudi alienatione minus legitime facta si agat hæres ad reuocationem feudi, poterit reconueniri super bonis allodialibus pro quātitate pretij, q. 15. n. 3. 86.*
- Feudi restitutio criminaliter si petatur qualiter agendum sit, q. 17. n. 44. 93.*
- Feudo quidquid accrescit post mortē patris, accrescit filio succedēti in feudo, q. 26. n. 5. 46.*
